De C. Petronio pauca suprà repetenda sunt. Nam illi dies per somnũ, nox officiis, & oblectamentis vitæ transigebatur. Vtque alios industria, ita hunc ignauia ad famam protulerat; habebaturque non ganeo & profligator, vt plerique sua haurientium, sed erudito luxu. Ac dicta factaque eius quanto solutiora, & quandam sui neg'igentiam præferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur. Proconsul tamen Bithyniæ, & mox Consul, vigentem se ac parem negotiis ostendit: dein reuolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni assumptus est, elegantiæ ARBITER, dum nihil amœnum & molle affluentia putat, nisi quod ei Petronius approbauisset. Vnde inuidia Tigellini, quasi aduersus æmulum, & scientia voluptatum potiorem. Ergo crudelitatem Principis, cui cæteræ libidines cedebant, aggreditur, amicitiam Sceuini Petronio obiectans; corrupto ad indicium seruo, ademptaque defensione, & maiore parte familiæ in vincla raptâ. Forte illis diebus Campaniam petiuerat Cæsar, & Cumas vsque progressus, Petronius illic attinebatur. Nec tulit vltrà timoris aut spei moras. Neque tamen præceps vitam expulit, sed incisas venas, vt libitum, obligatas, aperire rursum, & alloqui amicos, non per seria, aut quibus constantiæ gloriam peteret. Audiebatque referentes, nihil de immortalitate animæ, &

mæ,& sapientium placitis,sed leuia carmina & faciles versus. Seruorum alios largitione,quosdam verberibus affecit. Iniit & vias,somno indulsit,vt quanquam coacta mors, fortuitæ similis esset. Ne codicillis quidem (quod plerique pereuntium) Neronem aut Tigellinum,aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum fœminarumque, & nouitate cuiusque stupri perscripsit,atque obsignata misit Neroni, fregitque annulum,ne mox vsui esset ad facienda pericula. Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent,offertur Silia matrimonio Senatoris haud ignara, & ipsi ad omnem libidinem adscita,ac Petronio perquàm familiaris,agitur in exsilium, tanquam non siluisset, quæ viderat pertuleratque proprio odio.

SERVIVS MAVRVS HONORATVS Commentar. in Virgil. lib.III. Æneid.

Hoc autem in Petrónio lectum est.

IDEM Comment. in XII. *Æneid.*

Nomina in TOR communia sunt,vt hic & hæc balneator:licet Petronius vsurpauerit,balneatricem dicens.

HELENIVS ACRO Comment. in Horat. Epod. V.

Habitum & modum expressit Canidiæ furentis. Petronius vt monstraret furentem &c.

LVCTATIVS PLACIDVS Comment. in Statii Thebaid. lib. II.

Vt Lucanus,& Petronius Arbiter istum secutus.

B. HIERONYMVS STRIDONENSIS Epist. ad Demetriad.

Cincinnatulos pueros & calamistratos, & peregrini muris olentes pelliculas,de quibus illud Arbitri est; *Non bene olet*,&c.

AVRELIVS MACROBIVS THEODOSIVS lib. I. *Comment. in Somnium Scipionis.*

Fabulæ &c. auditum mulcent, velut comœdiæ, quales Menander eiusve imitatores agendas dederunt: vel argumenta fictis casibus amatorum referta,in quibus vel multum esse Arbitrum, vel Apuleium nonnumquam lusisse miramur. Hoc totum fabularum genus,quod solas aurium delicias profitetur, è sacrario suo in nutricum cunas sapientiæ tractatus eliminat.

FVRIVS PVBLIVS FVLGENTIVS lib. I. *Mythologiarum.*

Sola est Satyra, quæ modum imponit furentibus. Scilicet Petronianæ subit Albutia: hac enim adludente & Plautinæ Saureæ dominatus obdormiscit, & Sulpicillæ Ausonianæ loquacitas deperit, Sallustianæque Semproniæ, quamuis præsens sit, melos raucescit.

IDEM ibidem.

Denique huius rei non immemor Petronius ait.

IDEM lib. II. *in Tantalo.*

Hanc fabulam Petronius breuiter exponit dicens, *&c.*

FLAVIVS CALPVRNIVS FLVENTIVS lib. de Continentia Virgilian.

Vnde & Petronius in Euscio ait, &c.

CLAVDIVS MARIVS VICTORINVS AFER Artis Grammaticæ lib. III. *de duobus Ionicis Sotadeo & Sotadico.*

Huius tenoris ac formæ quosdam versus Poëtas Lyricos carminibus suis indidisse cognouimus, vt & apud Arbitrum inuenimus eius exemplum, &c.

IDEM lib. IV.

Metrum erit Anacreontion: siquidem eo frequentissimè vsus sit; sed & apud nos plerias, inter quos Arbiter Satyrico ait, &c.

FABIVS FVLGENTIVS PLANCIADES de Prisco Serm. ad Chalcidium.

Vnde & Petronius Arbiter ait, &c.

B. CAIVS SOLLIVS SIDONIVS APOLLINARIS ARVERNORVM EPISCOPVS Carm. IX. *ad Magnum Felicem.*

Non Licinius hic, Lucretiusque est,
Non Furnus, Memor, Ennius, Catullus,
Stella, & Septimius, Petroniusque.

IDEM in Narbone.

Et te Massiliensium per hortos
Sacri stipitis Arbiter colonum.
Hellespontiaco parem Priapo.

VECTIVS DIOMEDES Artis Grammaticæ lib. III.

Et illud hinc est comma, quod Arbiter fecit tale &c.

GAIVS

GAIVS IVLIVS GRAMMATICVS VRBIS ROMAE in Epigrammate.

Petronii carmen diuino pondere currit,
Quo iuuenum mores arguit atque senum.
Quare illo præ se gaudet lasciua puella,
Ac quoque delitias frigida sentit anus.
Nam subter diri scripsitque Neronis amictu
Arbiter arbitrio dictus & ipse suo.

PVB. SERGIVS in Donati Artem II.

Cuius nominatiuus erit hic Quirites, vt dicit Petronius.

PRISCIANVS CAESARIENSIS Grammatic. lib. VIII.

Communia verò esse defendit, tum natura ipsius sensus, tum veterum non improbanda auctoritas: à qua quæ potuimus è diuersis colligere libris, exempla proferamus. Petronius &c.

IDEM lib. XI.

Multa ex huiusmodi verbis inueniuntur apud antiquissimos participia præteriti temporis, &c. Petronius &c.

POMPEIVS in Arte.

Ait Petronius hic Quirites, numero singulari.

B. BENEDICTI ABBATIS FLORIACENSIS Glossarium.

Excelsissimus dicitur à Petronio in I. Satyrarum.

B. ISIDORVS HISPALENSIS EPISCOPVS lib. V. *Etymolog. cap.* XXXVII.

Petronius aliter existimat, dicens &c.

IOANNES SARISBERIENSIS in Anglia, & posteà CARNOTENSIS in Gallia EPISCOPVS lib. III. *Policratic. siue de Nugis Curial. cap.* VII.

Hoc ipsum Arbiter noster ingemiscit, etsi alterius videatur induisse personam.

IDEM lib. eod. cap. VIII.

Ferè totus mundus, ex Arbitri nostri sententia, mimum videtur implere, ad * comœdiam suam quodammodo respiciens.

* *Id est, Petron.*

IDEM lib. VIII. cap. XI.

Non quidem solus est in mulierum ineptiis ridendis aut exprimendis Petronius: scribit B. Hieronymus, quia totæ Euripidis tragœdiæ in mulieres maledicta &c.

BARTHOLOMÆVS VICECOMES in Defloratis Petronii fragmenta ita inscribit:

Petronii Arbitri Afranii Satyrici &c.

M. CONRADVS de MVRE CANONICVS THVRICENSIS in Fabulario.

Philosophus est Sapientiæ amator, naturaliumque rerum & Secretorum delectator &c. Hic quoque Poëtarum Scriptoribus historiarum, nomina multorum quoque miscet Philosophorum &c. Plautus, Pedius, Pedo, Pherecides, Periander, Persius, Petronius &c.

B. VINCENTIVS BELVACENSIS EPISCOPVS lib. XX. Speculi historial. cap. XXV.

Eodem tempore fuit Petronius Bononiensis Italiæ Ecclesiæ Episcopus, vir sanctæ vitæ, & Monachorum studiis abadolescentia exercitatus. Hic scripsisse putatur Vitas Patrum Monachorum Ægypti, quem velut speculum ac normam professionis suę Monachi amplectantur *Legi*, inquit * Gennadius, *sub eius nomine in Ordinatione Episcopi, ratione & humilitate plenum tractatum, quem lingua eleganter ostendit non ipsius esse, sed, vt quidam dicunt, Patris eius Petronii eloquentissimi & eruditissimi in secularibus litteris viri: Nam & Præfectum Prætorii se fuisse in ipso tractatu designat. Mortuus est Theodosio & Placido Valentiniano regnantibus.* * ACTOR. De quodam libro Petronii, partim metrico, partim prosaico, pauca hæc moralia, quæ sequuntur, excerpta notaui. PETRONIVS. Quid faciunt leges &c.

* *Gennad. de [illegible] ecclesiast. cap. 41.*

* *Pro Auctor, i.e. ipse Vincentius, qui Petronium Arbitrum cũ Petronio Episcopo confundit.*

B. ANTONINVS ARCHIEPISCOPVS FLORENTINVS in Summa Historiali, siue Chronicor. part. 2. tit. 11. cap. 2. §. 5. vbi de S. Petronio Bononiensi.

Vincentius in Speculo historial. lib. 21. cap. 25. sic ait: De quodam libro Petronii partim metrico, partim prosaico, hæc moralia excerpta notaui.

Quid faciunt leges, vbi sola pecunia regnat?
Aut vbi paupertas vincere nulla potest?

Iam

Iam nunc iudicium nihil est, nisi publica merces.

Prosa. *Tutius est paruo are rem perditam recuperare, quàm in ambiguam litem descendere.*

Periculosum est alienis interesse Secretis.

Vanam facit mixturam cum sapientia forma.

Ego sic semper & vbiq. vixi, vt vltimam quamq. lucem, tanquam non redituram consumam.

Quid non commune est, quod natura optimum fecerit?

Nescio quomodo bona mentis est soror paupertas.

Nibil tam arduum est, quod non extorqueat improbitas.

Versus:

Ad pradam strepitumq. lucri suffragia vertit
Venalis populus, venalis Curia primum,
Ipsaq. maiestas auro corrupta iacebit.
Quisquis habet nummos, secura nauigat aura,
Fortunamq. suo temperat arbitrio.
Carmina componit, declamat, concrepat omnes:
Et peragit causas: sitq. Catone prior.
Parua loquor: quiduis nummis prasentibus opta:
Eueniet: clausum possidet arca Iouem.
——— O maxima rerum
Et meritò pietas homini mitissima virtus.

Sunt & alia dicta.

IACOBVS MAGNI ORDINIS EREMITARVM S. AVGVSTINI AVTISIODORENSIS, Sopholog. lib. v. *cap.* XIII. *& lib.* VI. *cap.* XVIII.

Iuxta illud Petronii:

IDEM lib. VI. *cap.* XII.

Nam, teste Petronio, *Ingeniosâ gula est.*

IVL. * *POMPONIVS SABINVS Commentar. in Cirin Virgilii.* *(* Is est Pomponius Latus.)*

Post eum Diuus Claudius quatuor mansuefactas (scil. tigres) in caueis aureis, in circo: quarum meminit Petronius, cum ait &c.

IOANNES TRITHEMIVS ABBAS SPANHAIMENSIS de Scriptoribus Ecclesiastic.

a Petronius Episcopus Bononiensis, conuersatione Monachus, in diuinis Scripturis valdè doctus & eloquens, & non minus sanctitate quā scientia reuerendus, qui multis in vita & post mortem miraculis coruscauit, sicut in eius historia legitur. Scripsit inter cætera *de Vita Sanctorum Patrum lib.* 1. De *Ordinatione Episcopi lib.* 1. & alia nobis incognita. Moritur sub Theodosio & Valentiniano, anno Domini CCCLXXXV. indictione XIII.

a De hoc Episcopo, qui diuersus longe est ab Arbitro nostro, videri possunt Eucherius Lugdunens. in *Paraenetic. ad Valerian.* Gennadius Massiliensis *de Scriptoribus ecclesiastic. cap.* 41. Leo Magnus *Epistol.* 52. Honorius Altisiodorens. *de Scriptor. ecclesiastic. cap.* 41. Antoninus Florentinus *Chronicor. part.* 2. *tit.* 11. §. 5. Non rectè Cardinal. Baronius in *Not. ad Martyrolog. Roman* IV. *Non. Octobr.* eum confundit cum Petronio Iureconsulto, cuius non semel meminit Sidonius Apollinaris in *Epistol.* Videatur *Vita S. Petronii* ab Sigonio restitura apud Laur. Surium *de Probat. Sanctor. Vitis tom.* 5. ipse Sigonius in *Commentar. de Reb. Bononiens.* Sixtus Senensis in *Bibliothec. Sancta libr.* 4. Erasmus Roterodam. in *Schol. ad Eucherii Paraenetic.* Posseuinus Soc. Ies. in *Apparatu sacro*, verb. *Hieronymus* Rosvveydus in *Not. ad Vitas Patrum*, Andr. Riuetus *lib.* 4. *Critici Sacri cap.* 8.

RAPHAEL MAPHEVS VOLATERRANVS lib. XVIII. *Commentarior. Vrban.*

Petronius * Arbiter Poëta, cuius aliqua de Medicina versibus conscripta ad nos peruenerunt.

* *In editione Wecheliana deest cognomen Arbiter.*

L. DOMITIVS BRVSONIVS LVCANVS lib. IV. *Rer. memorabil. cap.* 1.

Quartilla apud Arbitrum Petronium ait; &c.

A. IANVS PARRHASIVS NEAPOLITANVS Commentar. in Claudian. de Raptu Proserp. lib. 1. *p.* 67.

Eumolpus apud Arbitrum ait; *Non verno persona cantu* &c.

EDITIO VENETA, cuius primum folium in meo exemplari abscissum est, in calce habet:

Impressum Venetiis per Bernardinum Venetum de Vitalibus, anno Domini MCCCCXCIX. die XXIII. mensis Iulii.

EDITIO LIPSIENSIS in frontispicio.

Petronius Arbiter Poëta Satyricus. *Et deinde:* Petronii Arbitri Satyra, in qua vitia Romanorum reprehenduntur, incipit. *Et in fine:* Finis Petronii Arbitri in Satyra integra. Impressum Liptzgk per Iacobum Thanner Herbipolensem, anno Salutis nostræ 1500.

PETRVS

PETRVS CRINITVS de Honesta Discipl. lib. IV. *cap.* XIII.

Legebamus nuper Venetiis ego & Ioannes Venetus Petronii Arbitri Satyricon opus contra declamatores: in quo cum alia multa nos magnopere affecerunt, tum illud præcipue carmen, in quo de Pauone & ciconia ludens &c.

IOANNES BAPTISTA PIVS Comment. in Fulgentii Mytholog.

Petronius festiuus Poëta elegantissimusque Satyras Varronis more scripsit, quarum fragmentum versa & prorsa oratione scriptum, nostro in armario continetur.

IDEM in Annotation. posterior. cap. XLVIII.

Petronii Arbitri opusculum aureum manus eruditorum versant, imò fragmenta operis aurei, in quo contendit Petronius effugere ab omni verborum vilitate, sumereq; satagit voces à plebe semotas, vt fiat illud: *Odi profanum vulgus & arceo.* Hunc auctorem plura scripsisse, quàm exstent, ostendit Fulgentius Placiades, quædam in Mythologiis suis aduocans, quæ non comparent. In his, Dii boni, reliquiis quanta sit librariorum incuria, quiuis vel mediocriter eruditus noscere potest.

PHILIPPVS BEROALDVS, Commentar. in Cicer. Tusculan. quæst. lib. 5.

De qua est Petronii Arbitri ille versus dignus memoratu.

FRANCISCVS FLORIDVS SABINVS

* * *

Quotusquisq; hodie viuit, qui non sibi censuram in scriptores quasi à Diis immortalibus demandatam, arbitretur? Vt enim de aliquibus toleretur iudicium, quisnam hoc tempore de Cicerone, Liuio, Salustio, Tacito, Terentio, Varrone, Corn. Celso, Plauto, Terentio, Virgilio, Horatio, Lucretio, Ouidio, Catullo, Tibullo, Propertio, Petronio, cæterisq; similibus, aliquid in sinistram partem, sine magno scelere decernere audeat? Quorum scripta orbi probatissima semper fuere, & à nullo adhuc satis digne laudata.

EDITOR PARISIENSIS REGINALDVS CHALDERIVS in Frontispicio.

Petronii Arbitri, quatenus extare comperitur, Satyræ fragmentum,

cuius vel hoc vnum distichon, quod nemini doctiorum non est in ore, æstimationem indicat & pretium:

Quisquis habet nummos, secura nauiget aura,
Fortunamq; suo temperet arbitrio.

* Ventum de an. 1495. *Et in calce:* Hæc ad * exemplar, quod vnicum habuimus, excusa sunt. Quisque pro suo arbitrio & eruditione, quod sibi displicet, restituat. Parisiis pridie Calend. Maias, anno MDXX.

LILIVS GREGORIVS GYRALDVS Dialog. III. *de Latinis Poëtis.*

Ab Eudæmone & Libanio non longè aberat Petronius, Arbiter dictus, & Massiliensis à plerisque existimatus. Hic Satyricum opus varium, & (vt sic dicam) miscellum composuit. Cuius licet fragmenta ad nos tantum peruenerint, eademque parum castigata, multæ tamen eruditionis hominem fuisse facilè cognoscimus. Nam in taxandis moribus cum acrem, tum festiuum maximè, & iocis seria miscentem videmus. Quo tempore vixerit, quodve institutum vitæ sectatus fuerit, haud sanè compertum: in declamationibus tamen versatum, ex iis, quæ extant, elicimus. In Quintiliani quidem Enarrationibus literatores quidam eum ante Quintilianum floruisse suspicantur. Sed Plasidus Lactantius illum vult Statio posteriorem, vt à quo versus sumpserit, & suis inseruerit, vt illum;

Primus in orbe Deos fecit timor ——

Petronii certè versus in testimonium à Grammaticis veteribus afferuntur, Terentiano, Seruio, Fulgentio, aliis. Non parum, mea quidem sententia, hi à veritate absunt, qui hunc ipsum Petronium eum esse non modo putarunt, sed literarum etiam monumentis mandarunt, qui Bononiensium sanctissimus fuerit Antistes; cuius præclara pietatis monumenta in re Christiana nostris in Annalibus traduntur. Tali sunt ignorantiæ, vt sic dicam, sipario recentes nostri scriptores obtecti, vt pro Sanctissimo & integerrimo, impium & nefarium Deorum cultorem aliquando nominent. Non alium, quàm Petronium Arbitrum, significari putarim illis Apollinaris hendecasyllabis:

Et Massiliensium per hortos
Sacri stipitis ARBITER colonum,
Hellespontiaco parem Priapo.

Scri-

Scripsit etiam Petronius lasciuè admodum & impudice, vt ex ipsis Fragmentis facile cognoscimus. Sed & de Massiliensibus eum scripsisse, testis est Seruius Maurus. Quin & eum Macrobius ait fictis casibus amatorum argumenta fabulasque scriptitasse.

* Quinam isti Enarratores? Legitur Raphael Regius Volaterranus *Enarrationes*, Laurent. Valla *Castigationes*, Bartholinus Pinus Lusitanus *Enarrationes*, Iodoc. Badius Ascensius *Explanationes*, Petr. Mosellanus *Annotationes*, Iohan. Sichardus *Varias lectiones*, Ioach. Camerarius *Recognitiones*, Petrus Gelandius *Argumenta Capitum*, in Quintiliani Institutiones edidisse, antequàm Gyraldus hæc scriberet. Nam cæteri Enarratores eo fuerunt posteriores, nempe Guilielmus Philander, qui Castigationes, Iacob. Lodoicus Strebæus *Compendium*, Ionas Philologus *Epitomen*, Stephan. Riccius *Annotationes ex doctorum virorum scriptis collectas*, Petr. Ramus *Distinctiones*, Adrian. Turnebus a (vt putatur) *Notas*, in easdem Quintiliani Institutiones, concinnarunt. At Pet. Pithæus *Præfationes*, Petieualdus Bellingenius Cæcinatus *Adnotatiunculas*, Petr. Ærodius Andegauensis *Scholia*, in solas Declamationes fecerunt. Quem autem ex istis omnibus innuat Gyraldus, non queo decernere, cùm nullus nunc sit ad manum. Quæ caussa est cur verba eorum, quibus Petronii faciunt mentionem, non licuerit inter hæc testimonia referre.

a *Cuiusmodi nuper dedit Daniel Pareus Philippi F. Dauidis nepos, iuuenis doctissimus Patreque dignus*

IOANNES ALEXANDER BRASSICANVS IC. & EQVES AVRATVS, Exemplar, quod manu eius propria exaratum habemus, ita inscripsit:

Petronii Arbitri, Scriptoris antiqui & valde boni, quæ quidem extant reliqua, recens à pluribus mendis, beneficio vetustissimi exempli, vindicata, & quoad eius fieri potuit, restituta; adiectis Scholiis vtilibus, nec minus eruditis. Ἀναγνώστῃ:

Μικρὰ μὲν ἔργα τάδ᾽ ἐστίν. ἔχει δ᾽ ἡδεῖαν ὀπωπὴν ὡς ῥόδον ἐν κήποις, ὡς ἴον ἐν πελάγεσι

CONCILIVM TRIDENTINVM in Regula Indicis librorum prohibitorum.

Libri antiqui, qui res lasciuas seu obscænas ex professo tractant, narrant aut docent, ab Ethnicis conscripti, propter Sermonis elegantiam & proprietatem permittuntur: nulla tamen ratione pueris prælegendi erunt. Deinde in ipso Indice inter libros vetitos reponitur:

Petronius Arbiter in Satyra.

PTOLEMÆVS FLAVIVS ANCONITANVS in Coniectaneor. & obseruation. Centuria, cap. XC.

Dulcis Poëta vsurpat Petronius Arbiter.

PETRVS NANNIVS ALCMARIANVS lib. IIII. *Miscellaneor. cap. vlt.*

Est adhuc aliud genus Satyræ, à Petronio Arbitro frequentatum, quod partim carmine, partim soluta oratione constat.

IOACHIMVS CAMERARIVS SENIOR in Epistol. ad Brassicanum.

Petronii Satyricon elegans est: sed flagitia & turpitudinem nefariam proponit, ad cuius cognitionem terreri debent animi piorum, consideratione horribilis iræ diuinæ, qui contemptum & neglectionem veritatis tam atrociter vltus fuit, vt in tantos errores, & talia peccata homines delabi fineret: in quorum mores hæc tanta & tam fœda immemorabilia vitia inuaderent, quib. quidem ciuitates & imperia tandem interierunt.

MICHAEL NEANDER SORAVIENSIS Physica Philosoph. part. II. *pag.* 358.

Petronii Arbitri elegantes versus, quos nuper Guilhelmus Canterus è Schedis antiquis protulit, tales sunt &c.

CONRADVS GESNERVS TIGVRINVS, MEDICVS ET PHILOSOPHVS, in Bibliotheca, verb. PETRONIVS.

Petronius Arbiter, Massiliensis à plerisq; existimatus, Satyricum opus varium composuit, cuius licet fragmēta ad nos tantum peruenerint, eademq; parum castigata, multæ tamen eruditionis hominem fuisse facile cognoscimus &c. Vide plura apud Lilium Gyraldum de Poëtis Latinis. Ioannes Alexander Brassicanus emendauit, & Annotationibus illustrauit, pauloque anteà, quàm obiret, Ioanni Oporino excudendum transmisit.

Et in verb. *Brassicanus.*

Ioannes Alexander Brassicanus, vir de bonis literis optime meritus, multos ante id tempus nusquam excusos auctores typographis publicandos exhibuit, quorum plerisque præfatione suas adiunxit: vt, Opera Eucherii, Græca Geoponica Constantini, Saluiani Episcopi librum de Vero iudicio & prouidentia Dei, Petronii Arbitri Satyras, quibus etiam Scholia adiecit.

ADRIA-

ADRIANVS TVRNEBVS Aduersarior. lib. I I. *cap.* XX.

Hæc ego è Petronio Memmii V.C. descripsi,quem domi sub sera & claustro habet,ne quem foris obscœnus & lasciuus scriptor impura sua petulantia contaminet.

Lib. VIII. *cap.* XVIII.

Versus sanè quàm amœni & elegantes extant Petronii Arbitri de ciconia: sed,quod inter nos dicere liceat, *coralistria*, in eis quid sibi velit, nullo modo assequor.

IDEM lib. XIX. *cap.* VI.

Petronius Arbiter venustatem orationis suæ inquinauit spurcissimis amoribus.

IDEM lib. XXVI. *cap.*V.

Expurgare mendas Petronii, id esset omnes littoris algas legere, omniaque maris eiectamenta.

PETRVS PITHOEVS IC. in Præfat. Coniectanecor.

Remitto ad te Petronium tuum,immò nostrum,immò iam omnium. Adieci etiam, vt iracundia tua ingratissimo isto cumulo expleri posset NOTVLAS tuas,&c. Non meministi,quæ Magnus Basilius de vtilitate ex huiusmodi Scriptoribus capienda monet? Memini,ais,& probo. Sed Petronii obscœnitas, spurcities, & (vt vno verbo dixerim) nequitia ea est,vt ne Lampsaci quidem ferri publicè posse videatur. At tu,ô bone vir,& Anacreontem,& Catullum, & Val. Martialem Coquum, cæterosque eius ordinis,etiam à pueris in schola decantari audis, nec irasceris. Hos tibi,credo,communis iam vsus tolerabiliores fecit: faciet hunc quoque cæteris aliquādo minus improbum videri. Quanquam ego quidem nec spurcitiem istam tam accuratam laudo,& vt ab hac religiosè omnes caueant,seriò moneo,& quantum possum magna voce denuntio. Vtantur modò fruanturque viri boni arbitratu,dum ne quid eorū culpa deterius fiat. Quod ad me attinet, hoc testor, hoc adfirmo, id mihi potius animi fuisse,Latinæ elegantiæ Arbitrum,quàm aut Neronis, aut Siliæ Petronium edere. Atque vtinam tam salacem & venereum hominem omnibus posthac infibulare liceat. Quod forsitan ausuri sunt illi, qui(vt Plauti verbis dicam)

Petroni nomen indunt verueci sectario.

Mihi quidem certè castrare non libuit,ne quod imperitis istis sectoribus & mangonibus accidit,simul & euirarem,& occiderem.

IOANNES SAMBUCUS HUNGARUS, MEDICUS, HISTORICUS & CONSILIARIUS CÆSAREUS, in Præfat. ad Listhium Secretarium Cæsar.

Syluulam hanc Satyricam, eruditam & variam, adeoq; ob fictas narratiunculas, nec vulgaria imitationis Poeticæ quædam exempla, insignem, restitutam ac pænè integram ad te mitto, &c.

IDEM in Notis:

Disertum vocat Petronium Maurus. Nam & ex libello hoc videtur versatus in Declamationibus: Posteaque se contulisse ad hoc Satyricum scribendi genus, Lucianum, seu potius Lucium Apuleium imitatus, &c.

PETRUS DANIEL AURELIUS IC. in Notis.

Apparet Petronii scripta magna ex parte concidisse. quæ, vt opinor, multa erant in mulierum ineptiis leuitateque ridenda & exprimenda, vtpote qui argumentis (vt ait Macrobius) fictis amatorum casibus refertis multum se exercuerat. Puto etiam suppressa fuisse propter nimiam obscœnitatem, & argumenta lasciuiis plena. Flagitia enim Neronis sub nominibus exoletorum feminarumque, & nouitate cuiusq; stupri perscripsisse, & obsignata misisse Neroni, ex supracitato Taciti loco & auctoritate constat: putantq; nonnulli ea esse ipsa, tam quæ nunc exstant, quàm quæ amphora quibusdam doctis & antiquitatis studiosis videre licuit: Sed an ea sint, valdè addubito. Eiusmodi quidem scripta MIMOS appellare vetustas consueuit, quod magna ex parte stuprorum actus côtineant: & Petronium ipsum *Mimographum* fuisse, non præter fidem est. Verosimile tamen est huic operi *Satyrarum* nomen impositum ob maledicentiam, & carpta Neronis vitia, tum etiam propter variam morum scænam, tum quasi per Satyram aspersionem, rerumque ridicularum & pudendarum narrationem. Huius etiam Arbitri esse pleraque, quæ de Priapo extant, Epigrammata, mihi probabile est. *Et rursum:* Atque vtinam, qui plura habēt magnâ studiosorum fraude inuisa, speciosis quamlibet coloribus non tamdiu retineant, aut Catullum, si possint, & Martialem, cum cæteris quoque eodem carcere damnent.

GERARTUS FALCKENBURGIUS NOVIOMAGUS Epistol. ad Dousam.

Pulmannus remittit tibi Petronium cum fenore, quem quando Plantino visum erit recudere, fiet in eo honorifica tui mentio. Intereà de carmine illi præfigendo cogitabis. Antuerpiæ, IV. Kal. April. CIↃ IↃ LXIX.

IANUS

IANVS DOVSA P. ad Falckenburgium Responsione.

Ad Petronium quod attinet, gratulor nobis aliquod fuisse opellæ illius pretium; ita eum pulcrè mihi, & quidem cum fœnore remisit Pulmannus tuus, vt nihil iam vltra ipsi ad summum felicitatis cumulum deesse existimem, præter typos Plantini nostri, & Gallicanum Memmianæ Bibliothecæ exemplar, quod vtinam Pithoeus nobis inuidere abstineat diutius. Interim de carmine illi, vti postulas, præfigendo, operam dabimus, ne editionem moretur.

HVBERTVS GIPHANIVS IC. in Ind. Lucretian. verb. CASVS.

Proferam vnum ex Petronio, in quo superioribus mensibus operam aliquam posuimus, non eam tamen, quam cuperemus. in eo igitur, vt alia multa, ita & hoc restituendum puto.

IDEM in Eleg. ad Sambucum.

En vestro redit arbitrio, SAMBVCE, politus
  Arbiter, & criticos exiit ipse stilos.
Scilicet iniecisse tuas, dum istuc rediturit:
  Perspicies medicas adque hibuisse manus.
Namque vnus flos chalcographon *a* Plantinius omnium
  Communi æterna dum studet arte bono.
Et sua dum limata tibi . . . . parat.
Ocius ergo suos adit, & compellat amicos,
  Symbola conferret vt sua quisque, monet.
b IVNIVS extremis sua mittit ab vsque Batauis,
  c MEMMIVS & (qui vtinam plura aliquando daret)
Gallicus adspergit; quin & *d* CRANEBVRGIVS; inde
  Nos etiam, vt constet Symbola, nostra damus.
Sic positis nouus exuuiis redit Arbiter; adfert
  Datque tibi gustum symbolæ & arbitrium, &c.

a Christoph. Plantinus corregit dectorum virorũ symbola in Petronium.
b Hadrian. Iunius Medicus.
c Erricus Memmius IC.
d Theodorus Pulmannus Cranebur.

IOANNES TORNÆSIVS LVGDVNENSIS in Præfat. ad Lebeum IC. & Præsidem.

Me semel atque iterum Petronium, quem typis iam tum destinabam, legere atque relegere summo studio videres, quæ tua facilitas humanissima est, haud grauatè me occupatissimum in eo negotio, & de illo te officio:

ficio rogantem, adiuuisti in conferendo eius Satyrico cum sex exemplaribus, quæ tum ad manum fuerunt, &c.

CLAUDIUS BINETUS IC. & CANONICUS BELLOVACENSIS in Præfat. in Petronii Epigrammata.

Scitè Gyraldus eorum putidam opinionem arguit, qui Petronium lasciuioris nequitiæ auctorem, Bononiensium sanctissimum Antistitem somniant. Nec dissimili ferè periculo hallucinantur, mea sententia, qui Ausonio Consulari cognominem quendam Burdegalensium substituunt. Næ verò omnium scitissimè vir nostræ ætatis quam plurimis peritis antistes, qui Petronium non quidem Antistitem, (nisi qui Veneris libidinumque peruigiliis & sacris præesset, sic appelles) sed ex Tacito conceptissimis verbis Neroni elegantiæ Arbitrum fuisse adscitum ostendit, verissima coniectura, &c.

IOSEPHUS IUSTUS SCALIGER COMES A BURDEN, lib. I. epist. XXXI. ad Pet. Pithæum.

Illud etiam te rogo, Sotadicum illud Petronii, vt apponas in fine Catalectorum nostrorū, sub titulo MISCELLA PETRONI: vbi spatium ei reliquimus: & si me amas, addes aliquid commentatiunculæ tuæ ad lectorem &c. Carmen longum Petronii, statim post epistolam Lucani collocari volumus. *Et mox ibidem:* De Petronio tuo etiam aliquid expecto. *Et epist. XXXII. ad eundem:* Auximus Catalecta nostra plus quam centum poëmatiis, quæ antehac nunquam excusa fuerunt, & quorum multa sunt Petronii. Id quod iudicatum prius è stilo, posteà versibus quibusdam, qui iam editi sunt, confirmatum fuit. Tantum sumus φιλαυτοι in iudiciis nostris: & ignosces philautiæ siue stultitiæ meæ.

IDEM Commentar. in Priapeia diuersor. Poëtar.

Scripserunt huius argumenti Poëmatia plures veterum, Catullus, Tibullus, Ouidius, Petronius Arbiter, alii. Itaque ex illorum epigrammatis totus hic liber concinnatus est, & conflatus ab eo, qui epigramma libro præposuit &c. Sane Petronium huiusce argumenti & nominis quædam lusisse auctor Sidonius:

Et te Massiliensium per hortos
Sacri stipitis Arbiter colonum
Hellespontiaco parem Priapo.

Et rursum ad carm. LXXX. Hoc distichon est singulare epigramma. Neque dubito, quin ex Satyrico Menippeo Petronii acceptum fuerit. Nam alia ad huius intelligentiam opus sunt, quæ, verisimile est, in prosa sua tractabat Petronius.

IANUS

IANVS DVRANTIVS CASELLIVS IC.
Variar. lection. lib.1.cap.v.

Apud Petronium Arbitrum multa sunt impudica, fateor, & quæ ipse iniquis oculis animoque legeret iniquo. At ipsum idcircò dari æternis tenebris obliuionique sempiternæ, quî fieri potest? Illum Venus ab obliuionis periculo sartum tectumque facias, qui in te ornanda nullas dicendi veneres, nullas prætermisit elegantias. Væ Gothico sæculo! quo nòn modò capite minutum est Romanum Imperium, verum etiam liberales artes velut nube quadam obductæ sunt, non solum bibliothecæ ritu sepulchrorum clausæ, verum etiam incendio flammisque consumptæ. Væ quoque Cassianis quibusdam Monachis, qui cum sine tentigine ac prurigine Petronio dare operam non possent, illi lasciuienti & luxurianti penem sustulerunt. Vellem quidem ipse prætextatis verbis abstinuisset, & rebus aliis conscribendis capitale ingenium, & graphicam eloquentiam occupasset, sanè disertorum apud Latinos familiam duceret. At Neronis sæuitiæ id ascribo, cuius vlciscendi causa sub exoletorum & cinædorum spurcis figmentis incœstas & exsecrabiles libidines palam fecit. Qui hoc non intellexere, illi velut impudico & propudioso nebuloni fibulam imposuerunt, quasi ille Iuuenale fuerit impudicitior, qui easdem res eodem ore prosequutus est. Desiderabatur ipse non ità diu, sed P. Pithœus & Cl. Binetus, Romanæ maiestatis optimi vindices, fecere, ne ipsum vel amissum desideraremus, vel corruptum & inquinatum contemneremus, &c.

IACOBVS NICOLAVS LOENSIS MEDICVS,
Miscellan. epiphyllid. lib. IV. cap 1.

Ne quis ab Isidoro confictum putet, sciat Petronium Arbitrum ante eum hoc litteris mandatum reliquisse. Quod etsi in his fragmentis, quæ hodie circumferuntur, Petronii non exstat, citante tamen Ioanne Salesberiensi (quem vulgo Architrenium vocant) in opere suo, quod Polycraticum appellat, Petronius huiusmodi tradidit. Verba eius auctoris, etsi hominis doctioris magis, quàm diserti, non veritus sum apponere.

IOSIAS SIMLERVS CANONICVS TIGVRINVS,
in Additionib. ad Bibliothec. Gesneri.

Petronii Arbitri Massiliensis Satyrici fragmenta restituta & aucta è Bibliotheca Ioannis Sambuci Antuerpiæ Plantinus. Extant etiam eius Satyrarum fragmenta in bibliotheca Petri Pithoei.

MARTINVS ANTONIVS DELRIO SOCIETATIS IESV Commentar. in Senecæ Medeam, v. 14.

Petronius Arbiter, obscœnus alioquin & paganus; quem nollem Diuus Antoninus in Summa historiali, & alii quidam cum S. Petronio Episcopo confudissent. nam refellit Satyra Arbitri, Sambuci & Pithœi studio edita, in qua versus illi, quos homines huic beato adscribunt errore graui.

IANVS GVLIELMIVS LVBECENSIS SAXO, Plautin. quæstion. in Epidic. cap. v.

Non de nihilo Petronium amas, P. Pithœe, vernulæ & Latinæ vrbanitatis purissimum fontem. Nam floralia sacra quod celebrat sine fuco atque fallaciis, more Romano, non tam seueri esse debemus, vt quod in aliis ferimus, quia necesse est, in hoc vno damnemus, qui illis apertior fortassis est, at non inhonestior. Recte tu, qui huic Arbitro æquissimus Arbiter fuisti, & sententia tua vitam illi salutemque reddidisti, &c.

IDEM in Mostellar. cap. iv.

Te consulo, Ant. Oisele, quem Arbitri studiosum opinor, vel quia mundissimi in sermone nitoris est, vel quia ab amicissimo tibi homine *(scilicet P. Pithœo)* in lucem & cognitionem eruditorum retractus.

PETRVS MATVRVS PRESBYTER SOCIETATIS IESV LVGDVNENSIS, in Annotation. ad B. Antonini Florentini Chronic. part. 2. tit. 1. cap. 11. §. 5.

Ex Petronio Arbitro hæc desumpta sunt, quæ habet Vincent. lib. 10. cap. 25.

IVSTVS LIPSIVS ISCANIVS, Commentar. in Taciti Annal. lib. xvi.

De C. Petronio] Quem viri docti eum censent, cuius fragmenta hodie purissimæ impuritatis. De quo etiam delibero; sicut & de prænomine, quod apud Plinium lib. 37. cap. 2. *Titus* est, itemque Plutarchum libello Πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου.

IDEM lib. 1. Antiquar. lection. cap. viii.

Petronii Arbitri fragmenta pauca habemus, scriptoris tersi & venusti, &, nisi quod in re illa voluptatum nimis Latinè interdum loquatur, cætera laudati. Eius pro parte emendandi caput hoc scripsimus.

IDEM

IDEM lib. III. Antiq. lect. quo conuiuiorum ritus proponuntur.

Prodeat & testis Petronius, in cuius amœnissimis Satyris viginti locis Gyton quidam frater Olenii nominatur.

IDEM lib. III. Epistolicar. quæstion. cap. II.

Vt in vita, sic in studiis iuuat seueritati adspersa comitas. Ea caussa frequenter soleo à grauioribus libris animum quasi in ludum mittere ad scriptores amœniores. Quo in numero Petronium repono, quicquid dicant isti frontis seueræ. Et tua fide, P. Pithœe, vidistin' quidquam venustius, argutius, post natas Musas? Non ego; abesset tantum nuda illa nequitia; qua tamen nihil offendor: ioci me delectant, vrbanitas capit: cætera nec in animo, nec in moribus meis magis labem relinquunt, quàm olim in flumine vestigium, cymba. Vt vina apposita vinosum mouent, invinium (vt antiqui loquebantur) non mouent: sic ista animum iam antè improbum fortasse incitent; casto & castigato non adhærent. Et sunt tamen inter Musæos homines, qui hunc scriptorem fuisse velint; à quibus nos certè, mi Pithœe, dissentimus. Meæ sententiæ testes has Notas do; quæ cuicuimodi illæ, non nisi ab eo, qui cum cura legerit, eruantur.

IDEM lib. V. Epistol. quæst. cap. XIX.

Immensum tibi, Pithœe, Petronius debet: liceat & mihi, si fas est, venire in partem nominis tui, &c.

IDEM in Oda ad Iuuentutem.

En PETRONIVS, Arbiter lepôrum,
Et salsus pater, & salax iocorum,
Quos nouit Latium, vetusque Roma,
Pædore obsitus impolitiaque
Dudum, nunc melior politiorque
In nouam properat venire lucem, &c.
At tu nostra faue & caue Iuuentus.
Merum mel latet hîc, latet venenum.
Probis mel merum, at improbis venenum.

BONAVENTVRA VVLCANIVS BRVGENSIS in Epigrammate dialogistic. in Dousiacam editionem.

A. Ἐυτραπέλων τίς ἐστι; B. Πετρώνιος, ὅς ποτε Ῥώμῃ
Τίμιον ἀστεϊκῷ βλέψατο ἐν ἀγλαΐῃ.

A. Οὐδ' αὖ Μασσαλίας τὸν ῥήτορα, τὸν πεζαοιδὸν
Αἴζυγος εὐεπίας ῥυθμῷ ἀγαλλόμενον.
Πῶς δ' ἔλαθες συγγραφῇ τόσσον χρόνον ἄνοχος ὄρφνῃ,
Ἐλλογίμοις, οὐδ' αὖ γνώριμος ὑμνοπόλοις:
B. Αἴτιος, Εὐτραπέλους ἀπλοΐσιος παιδὸς αἶνος.
Αὖθις βαρβαρικοῖς ἐγκατέκρυψε πίθοις.
Ὀψὲ δὲ δή με φιλόφρονες εἰς φάος φῶτες ἄνεγκαν.
Καίριον δουλοσύνης λύτρον χαρισάμενοι.
Αὐτὰ δὲ ληθεσθεὶς; κεκρυμμένος οἷα ἀμείβων
Πλάγχθην, ὑπόδικος λοίπον ἰσάριθμος &c.

CHRISTOPHORVS RICHARDVS BITVRIX IC. in Præfat.

Petronii Arbitri Satyricon, sanè eruditissimum, relegi, &c.

HADRIANVS BLYENBVRGIVS SCOBB. in Oda ad Dousam.

Plaude elegantis nequitiæ pater,
Atque eruditæ luxuriæ Arbiter,
Qui vix tibi notus tuisve
Quàm miser, hei, miserè peribas?
En redditus pænè ipse tibi, & simul
Detersa toto corpore, quæ lues
Diducta corruptos per artus
Vitam adeò fugientem alebat, &c.

*PETRVS GVIRANDVS ALOSIANVS IC. in * Epistol. ad Arnaudum.*

* *Quæ habetur in Petri Arnaudi IC. libro Iocorū.*

Venit Petronius nouæ editionis in manus. Tu petis, vt mittã: & quasi querendo quæris, quid de Arbitro arbitrer. Placet, & tædet dicere. Placet, quia multa placent. Nam siue defæcati sermonis puritiam spectes, merus lepos: siue priscas negotiorum formulas, multæ & elegantes. Tædet, quia pleraque, quorum me tædet: seu quæ abominor prorsus. Vis enim illas venerandæ antiquitatis gemmas legere? Has necesse est quæras in putore seu stercore rabidi & nefandi illius Cupidinis: cuius fœdissimæ faces, imò fæces, in eiusmodi quæstu tibi elucebunt. Proh Christiani pudoris candorem! Et hoc vidit Lipsianus, Dousa, hoc Richardus: illius *Præcidanea*, huius *Notæ* librum exornant? At improbanda non approbant. Esto. Sed quid vetabat, turpia expungere? Hæc si demas, dicent, quid reliqui fiet? Verum, inquam, quid impediebat, pro Gytone Gytonam reponere? Hei mihi! quàm pessimo exemplo talia luce donantur:

nantur: & quàm cariſſimo precio hæ vetuſtatis reliquiæ & cineres nobis emuntur. Quotus enim quiſque eſt, qui eiuſmodi ne quidem anteà cogitata, ſemel tamen lecta, ſtupefactus non admiretur: & inter admirationem & incredulitatem fluctuans ad aliquid turpe cæca quadam cogitatione ebrius non pelliciatur? Erubeſcant igitur, qui talia legenda exhibent. In exercentes inſurgant leges, armentur iura gladio vltore. Vel potius, ô

Flamine qui terras terres, & flumine torres,
Fulmine fac ſubitò talia monſtra peti.

Modeſtius ibi Linocerius poſt Phaleucos longè minus turpes, addit: *Cætera, niſi eloquenti Timantis ſilentio, dicere pudor non ſuſtinuit.* Quid tandem, ais? Amica ſermonis elegantia, amici ſales, amica veterum monumenta: ſed amicior naturæ honos, quem Chriſtianus pudor æmulatur. Priſci noſtræ fidei lumine quaſi hoc ſibi ſuo quaſi iure arrogabant. Nos alio iure vtimur: & cum naturam, tum rationem optimas ſequimur duces.

a CAROLVS SCRIBANIVS SOCIET. IESV in Amphitheatro honor. libr. III. cap. V.

a *Alius Clarus Bononienſis.*

Audi alterum cæli terræque contemptorem b Capaneum, *(Primus in orbe Deos fecit timor)* prouocantemque non iam Reges, ſed Deum ipſum, &c.

b *Qui fulmine ictus ob Deorum cõtemptum periit.*

MARCVS VELSERVS DVVMVIR AVGVSTANVS Rer. Auguſtanar. lib. V.

Petronii arbitrarias ſecures facilè hebetamus. nec enim Auguſtalitatis inſigne, ſed ad oſtendendum mirificum Trimalcionis nomen Regium, aut triregium verius, &c.

GEORGIVS THOMSONVS ANDREAPOLITANVS SCOTVS in Vindice veritatis aduerſ. Iuſtum Lipſium lib. II. cap. II. pag. 108.

c Sanctiſſimi viri opuſculum pietate refertum fortè habebat in pera Epiſcopus, Petronii Satyricon; quo educto, & aperto obtulit ſe hemiſtichium *Placitone etiam pugnabis amori?* &c.

c *Ironicè ſic vocat Petronium.*

IANVS DOVSA FIL. Coniectaneor. & Notar. in Catull. cap. I.

Sed ab *vltima nocte* ad *viduam* tranſeamus, quam ex ſequenti Carmine (Catulli) in Satyricon ſuum tranſtulit idem ille eruditæ luxuriæ arbiter.

ROBERTVS TITIVS BRVGENSIS, Assertionum lib.VII. cap.IV.

Nam Petronius multo potior auctor inquit.

IOANNES IACOBVS FRISIVS CANONICVS TIGVRINVS, in Bibliotheca Chronologic. A. D. 490.

Terentianus Maurus, contemporaneus a Alphio Auito, Septimio, Petronio, & Aurelio Apollinari.

a Alii, Alcimo Auito.

HIERONYMVS COMMELINVS in Catalogo suorum librorum Manuscriptorum.

Petronius de Mida Rege, & b Ænigmata versibus conscripta.

b Non Petronii, sed Symphosii fortè, aut Aldhelmi Saxonis.

CONRADVS RITTERSHVSIVS IC. Notis in Phædrum.

Eadem caussa &c. Petronii Arbitri elegantissimum Satyricon ita nobis lacerauit ac detruncauit, vt vix Orpheum mulieres Thraciæ, vel Pentheum Bacchæ discerpserint miserabilius.

VLYSSES ALDROVANDVS MEDICVS, Ornitholog. lib.IV. cap.XVII.

Haud me latet, capum à Petronio Poëta antiquissimo Gallum dici.

ALBERICVS GENTILIS IC. in Vergilian. lection. locum ex Petronio citans ad filium ait:

Audivi tum acrem, & stomachi Lycidæ nostri.

MARCELLVS DONATVS MEDICVS, Dilucidation. in Spartiani Adrian. pag. 1081.

Petronius describens accubitum mollissimum omnium Malchionum &c.

ISAACVS CASAVBONVS Commentar. in Persii Prolog.

Petronius Arbiter Persio æqualis.

IDEM de Satyra lib.II. cap.II.

Petronius Arbiter cur opusculum suum, quo Neronis & aliorum Procerum

cerum flagitia horrenda, non minore flagitio publicauit, Satyricon potius, quam Satyram inscribere maluerit, frustrà fortasse quæsierimus: neque est tanti.

IDEM ibid. cap. IV.

Petronii libellus mera est Satura Varroniana, vt suo loco dictum: ipse tamen Saturicum siue Satyricum maluit inscribere. At qui Satyricon titulum Petronii libris imposuerunt, ij sine dubio Græcam vocis Satyræ originem spectant, cuius rei nunquam auctori venisse in mentem pro certo habeo.

IOANNES à VVOVVER HAMMABVRGIVS in tract. de Polymathia cap. I. de sua Petronii editione scribit.

Nuper exactis pueritiæ annis, ductus amabili insania, passus sum frangi famæ meæ florem editione abortiui libelli, qui mihi quasi tentanti vadum futuri fauoris præmissus, infelicibus auspiciis prælusit. Quibus studiis exceptus fuerit non scio, neque scire magni feci, cum in eius editione non meam ambitionem, aut gloriolæ aucupium, sed commune rei litterariæ commodum spectarim: Equidem iam securus famæ quasi in soporem lapsus requiescebam, sed turbarunt constantiam meam peruersa quorundam iudicia, quibus si stamus, profectò intererat infelicem fœtum nunquam nasci. Sed cum mihi excidit illa ætate, quæ capere non potest, quàm graue posteritatis iudicium, & alioquin parum sollicita, quid tristiores isti probent, vel supercilio suo proscribant, iacta iam alea satius duxi tollere deformem fœtum, quàm alienæ misericordiæ impiè exponere; præsertim cum ii, qui nos lacessunt, plumbeis pugionibus pugnent; quos rectè, si quid sentio, descripsit Aristides in orat. περὶ τοῦ παραφθέγματος. cuius verba ideò libentius vsurpo, quod ea tot sæculis antè de huiusmodi hominibus non tam præmeditata oratione dixisse, quàm sacro instinctu agitatus, velut vaticinio, effudisse videatur: οἱ πλείω μὲν. inquit, σολοικίζουσιν, ἢ φθέγγονται. ὑπερορῶσι δὲ τῶν ἄλλων ὅσον αὐτοῖς ὑπερορᾶσθαι προσήκει, καὶ τοὺς μὲν ἄλλους ἐξετάζουσιν, αὐτοὺς δὲ οὐδεπώποτ' ἠξίωσαν, καὶ σεμνύνουσι μὲν τὴν ἀρετὴν, ἀσκοῦσι δὲ οὐ πάνυ. ὀνειδίζουσι δὲ τοῖς ἄλλοις, οὐ τῶν πραγμάτων καταγνωκότες, ἀλλὰ φθονοῦντες ὅτι αὐτοὶ πράττειν οὐδύνανται: *Qui sapius inconditè loquuntur, quàm os aperiunt; alios contemnunt ipsi maximè despiciendi in alios sollicitè inquirunt, in se raro nunquam. Virtutem, quam non exercent, commendant. In aliis improbant ea, quæ ipsi quidem non damnant, sed quod parta facere non possunt, inuident.*

Omnes

Omnes interim Veneres & Gratias, quę ipsos aut infœcunda senticeta deseruerunt, lasciuiam & errorem appellant, quorum ferreo ore nullæ fidiculæ pudorem extorquebunt; in aliis accusantes, quod suum vellent, si per naturæ Genium liceret. Præuaricatores aliorum peccata abdita & latentia infami elogio ventilant, & minus cautæ ac simplici innocentiæ vitiorum præconem conducunt; cum ipsos proprii pudoris decoctores vlceribus & porrigine oblitos fœda flagitiorum scabies iam olim depascat. Stultitia est ex verborum propinquitate de ipsis rebus coniecturam facere. Sed arguenda erant verba illorum, qui factorum sunt innocentes. At te fugere potuit, ais, illud Plinii: *Narrantem similem esse facienti.* Ergo tam difficilis venia leuis errati. Admonere nos debuerat lenitatis humanitas maiorum, quos prope Mercurii statuam Gratiarum imagines collocasse Plutarchus prodit. Fauendum scilicet del ctis illorum arbitrabantur, quos ingenii amore lapsos constabat. Quanto enim hi proniores errori, tanto paratior iis apud omnes venia, & ignoscendi studium esse debet. Sed profecto oblitus sum mei, qui hæc verba tam indigne perdam, cum ineptissimos homines mores sui satis vlciscantur.

GASP. SCIOPIVS FRANCVS, CONSILIARIVS PONTIFICIVS ET CAESAREVS, &c.
Verisimil. lib. I. *cap.* IV.

Multa esse apud auctores non protrita volgò loquendi genera, & quæ cum nobis minus familiaria accidunt, & stupor noster elegantiam illorum non adsequitur, statim in medicinam rapiamus, pridem ab aliis demonstratum est, & ipse nunc duobus Petronii Arbitri locis, scriptoris elegantis, Iupiter! & tersi, ostendere conabor.

IDEM ibid. lib. II. *cap.* XIV.

Otiosi superioribus hebdomadis, ego inquam & v. CL. Ignatius Hanniel cum Nobilissimo iuuene Iohanne de a Bredow Eq. Marchico, Petronii Satyricon temporis caussa legebamus. In eo vt quicque nobis in mentem venerat, ad oram editionis Dousicæ, quam beneficio CL. Rittershusij Altorphio habebamus vtendam (nec enim eius notæ libri ad has oras se penetrare solent) adnotauimus. Et earum quidem coniecturarum, quæ tunc in solum misi, nonnulla heic proponere volui.

a *Cui Petronium exposuit in Academia Altorphina, & Phrases dictauit elegantiores.*

IDEM in Admonition. ad lector. in calce eorund. Verisimil.

Neque etiam dissimulare debui, cùm iam ad exodium opus hoc spectaret, adlatam ad me fuisse nouā Petronii Arbitri editionem, omnium illam

illam multò emendatiſſimam & pulcherrimam, cuius architectus Iohannes à Wouweren, iuuenis vt apparet ingenioſiſſimus, in vno atque altero loco idem pene mecũ cogitauit. *Rurſum ibid.* Repetio in Petronio vicinam, in Catullo verò eandem planè emendationem cum illa, quam multò antè ipſi Giphanio, & Generoſo iuueni Gundaccaro Baroni à Tannberg &c. amico meo ſuauiſſimo, forte mecum in Muſeo meo cenantibus, *a* propoſueram. &c.

a *Petroniana lectiones in conuiuio propoſita.*

IDEM in Scaligero Hypobolimæo pag. 12. b. de Theodoro Beza.

Pariſiis Geneuam peruolauit, & ad Caluinum *Totus* ſe recepit, eique mox rebus ipſis, *vt plurimum ſibi crederet, Totum ſe approbauit.* quo pacto poſſent ea, quæ inquinatiſſimus, ſiue, vt vos Arbitri Sacricolæ loqui conſueſtis, *officioſis illis ſuis manibus* in Nouum Teſtamentum exarauit, hanc nefariam eius impudicitiam non redolere?

Et pag. 9. b. Sed Ariſtoteles quoque in VII. Politicor. cum turpia omnia, & in quib. vel obſcœnitas vel improbitas ineſt, cuiuſmodi *b* Iambos & Comœdias eſſe ait, procul à conſpectu puerorum & adoleſcentum remouere iubet, quod ex loquendo, audiendo & videndo turpia, turpiter quoque faciendi licentiam conſequi dicat.

b *id eſt, Mimos.*

Pag. 22. b. Exiſtimabam prius te fato tantum eſſe Polyæni illius Petroniani, quod his ille verſiculis complorat; *Me quoq; per terras, per cani Nereos æquor.* &c.

Pag. 183. Sed pluris eſſe tibi video vnum Petronium, quàm mille Tullios.

Pag. 298. Sed tu gratus ſcilicet in Duſam eſſe voluiſti, qui non ſolum præclaras illas in Petronium Notas ediderit, ex quibus pæderaſtian non minùs, quàm ex ipſo Petronio, diſcere adoleſcentes poſſint.

Deniq; pag. 281. Cum pater tuus obſcenos & immemorabiles Auſonii, Martialis, Petronii ſimiliumque Poëtarum verſus negarit à Critico cenſendos, atque adeò ne legendos quidem omnino, aut audiendos, ſed deteſtandos & flammis expiandos, & pro ſignis Priapi, atq; adeò pro libris honori eius ſcriptis, Sanctorum imagines à nobis habendas eſſe cõtenderit: tu exortus es homo ſanctiſſimus & caſtitatis ac pudicitiæ exẽplar atq; ſpecimen, qui non modò illum ipſum cenſura Patris tui notatum Auſonium, ſed hoc etiam Burdigalenſi Triphallo nihilo deterius mutoniatos, Catullum, Tibullum, Propertium, & Priapeiorum verſuũ ſcriptores, magna temporis curæque impenſa à te recenſitos, caſtigatos, nec pœnitendis (vt gloriaris) commentariis illuſtratos emittere, &

adolescentibus commendare auderes. Hoc, fatis scio, nullo modo patri tuo probare posses. &c.

ARNOLDVS CLAPMARIVS, BREMENSIS SAXO IC. in Nobili triennio, p. 28.

Hunc (Homerum) leges & releges cum Theocrito & Virgilio, Horatium cum Pindaro, Lucretium & Manilium, cum Arato & Musæo, Hesiodo & Oppiano; Catullum & Propertium cum Callimacho & Anacreonte, Senecam cum Euripide, Æschylo & Sophocle, & reliquos veteres Poëtas ante aliquot annos à Stephano editos, Ennium, Lucilium, Laberium, Afranium, Pacuuium, Petronium, Varronem &c.

* Alii Aurelianum dicunt.

*LVDOVICVS * DORLEANS PARISIENSIS IC. in Cogitationibus ad Taciti Annales libr. v. pag. 83. col. 1.*

CAIO PETRONIO]; Qui dictus est Arbiter Neronianæ eloquentiæ; interuersor naturæ, & lucernarius. Viuebat enim ad lucernas, de die dormiebat. Quod hodie multi faciunt castrenses bardocucuLi. Est de eo epigramma, tractum ex bibliotheca Vaticana. Cæterum nō idem est C. Petronius, & T. Petronius, de quo Plinius lib. XXXVII. c. II. Nam T. Petronius mori non est iussus, sed C. Petronius, qui heic mor turus sub Nerone ostenditur. SVPRA PAVCA REPETENDA SVNT) De C. Petronio suprà pauca repetenda sunt; id est, scribendum est de Petronio paulò amplius, quàm paucitas expotat. PROCONSVL TAMEN BITHYNIÆ) Qualis fuerat ante eum Catullus Poëta, vterque vitæ mollioris.

IDEM ad lib. II. Annal. pag. 231. col. 2.

Inter Romanos elegans scriptor, Petronius Arbiter, illam vestem sericam vocat eleganter ventum textilem: *Rursum pag.* 315. *col.* 2. Sic Arbiter ille nequitiarum. *Iterum pag.* 317. *col.* 2. Sed magis Arbiter ille prostibularis. *Denique ad libr.* XI. *pag.* 604. *col.* 1. Petronius Arbiter hoc eleganti versu describit tempus istud.

IOANNES BARCLAIVS IC. in Euphormionis Lusinini Satyrico.

His elementis instructus adolescens, vt primum ingrata Romanæ linguæ initia euasit, statim ad amœnitatem Ciceronis traducendus est. Mox in omnes passim authores euagetur licentius studium, nec Petronio, Liuio, Sallustio &c. pigeat miscuisse Ciceronianam dictionem.

FRIDE-

FRIDERICVS TAVBMANNVS FRANCVS, Notis in Plauti Truculent. act. III. *sc.* III.

Elegantes sunt Publii Mimi versus apud Petronium Arbitrum, quos appingam.

MATTHÆVS RADERVS SOCIETATIS IESV, Comment. in Martial. lib. VIII. *Epigram.* III.

Musa ad Martialem:

At tu Romano lepidos sale tinge libellos,
Agnoscat mores vita legatq; suos.

quos tamen ita describit, vt parcat personis, exponat vitia. Hoc Petronius facit, petulantius tamen.

THOMAS DEMPSTERVS à MVRESK BARO SCOTVS I C. in Paralipomen. ad Rosini Antiquit. Roman.

Petronius Arbiter candidus, tersus, suauis, in omnibus mirandus, modo absit obscœnitas.

IOANNES SAVARO ARVERNVS IC. ET PRÆSES, in Notis ad Sidonii Carm. IX. *v.* 264.

De Petronio plura congesserunt veterum elogia, qui in eum notas texuerunt, quas consule.

*IANVS GRVTERVS in * Explanation. in Plauti Amphitruon. Prolog.*

** Restant manuscr. apud v. cl. Suffrid. Sixtinum Amstelrodamens.*

Festiuissimus Poëta Petronius Arbiter Satyrico.

CHRISTOPHORVS BETSIVS PARISIENSIS in sua editione Petroniana de anno MDCI. *pag.* 135.

Quandoquidem video inter eruditos conuenire, ex iis, quæ in Priapum leguntur inter Catalecta veterum Poetarum, nonnulla huius esse Petronii, visum est & ea adiicere, simul & alia quędam non dissimilis argumenti.

MARTINVS de ROA HISPANVS SOCIETATIS IESV, Singularium locor. lib. VI. *cap.* XVII. *de Petronio scribit.*

Sed ego nec tam religiosus sum in auctore non tam religioso, nec tam sacrosancta duco illius scripta, vt non putem licere, quod in sanctioribus licuit, mutare syllabam, aut etiam dictionem, modò probabili coniectura id fiat, & lux auctoribus afferatur.

FRANCISCVS RAPHELENGIVS IVNIOR, *in præfat. suæ editionis Petronianæ de anno* MDCIIII.

Nos commoditati tuæ consulendum rati, persuaderi nos passi sumus, ac proinde tantum non iustum commentarium in amœnissimæ eruditionis, & eruditissimæ festiuitatis auctorem tibi damus.

MICHAEL PICCARTVS FRANCVS PHILOSOPHVS ALTORPHINVS, *Periculor. Criticor. cap.* XVII.

Verè Arbiter elegantiarum est Petronius, quicquid Catones contradicant, & bonorum manibus terendus, licet Hellespontiaco par sit Priapo, vt ille cecinit.

EMVNDVS RICHERIVS, SORBONÆ THEOLOGVS, *in Obstetrice animor. cap.* IV. *num.* 4.

Vt iam non mirari oporteat, quare iuuentus ad libidinem prona, sed quamobrem non longè vitiosior sit; quippe qui Poëtarum quorundam carminibus, & Petronii operibus igni æterno deuouendis, quasi Diuorum Pauli Epistolis, Ambrosij Officiis, vel Augustini Confessionibus, impunè, liberè, gloriose vtatur. *Mox subiicit.* * Sed me censere dico Poëtas illos & auctores emungendos, non mutilandos; mundandos, non euirandos; velandos, non castrandos esse: hoc est, vt à Concilio Tridentino est sanctissimè constitutum, viris ad legendum, non pueris ad interpretandum esse concedendos &c.

* Videatur Iulius Nigronus Societ. Ies. in *Dissertat. de Lectione librorum amator'er.* Francisc. Sacchinus Soc. Ies. in *Orat. de Ratione libror. cum profectu legendor. & de vitand morib. nox. le'.* Laurent. Gambara *de Perfect. poëseos rat. & cur abstinendum sit à Script. Poematum turp. aut fal'or.* &c Sauaro *Not. ad Sidon. lib. 3. epist. 13. in fin.*

DANIEL HEINSIVS Præfat. ad Lector. in Maximi Tyrii Dissertationes.

Plautus aut Petronius ætatem occupant, Philosophia sordet & squallet.

* *Inuehitur in eos, qui omne suum studium in legendo, emendando & interpretando Plauto aut Petronio consumunt.*

EVSTHATIVS SVVARTIVS BAVARO-PALATINVS, *Analector. lib.* II. *cap.* IX.

Iuuat & vnico Præstantissimoq; elegantiarum Arbitro horam, & in antecessum leuicula quædam dare, (dum vltimam recipit manum, quam cum Indice operosissimo adornamus, noua editio) cum hodie ferè nullum placeat ingenium, quod in eo non faregerit.

PETRVS

PETRVS SCRIVERIVS LVGDVNENSIS BELGA,
Prolegomen. ad Senecam Tragic.

Video Epigrammata quædam de exsilio, quod Seneca primo Imperii Claudiani anno subiit, ex Schedis Pithœanis de, rompta, &c. Quædam Senecæ, quædam Petronii, aut alius possunt videri.

IOHANNES NORVVEGVS SYNGLESIENSIS HASSVS
in Promptuario Grammatico, in Nomenclatore varior. autor.

Petronius Arbiter, Massiliensis à plerisque existimatus, Satyricon opus varium composuit; cuius licet fragmenta ad nos tantum peruenerint, eademque parum castigata, multæ tamen eruditionis hominem fuisse, facilè cognoscimus, &c. Vide plura apud Gyraldum de Latinis Poëtis. Alexander Brassicanus fragmenta illa emēdauit, & Annotatiunculis illustrauit, pauloque antequam obiret, Ioan. Oporino excudenda transmisit. Petronii Arbitri Massiliensis Satyrici fragmenta restituta & aucta è Bibliotheca Ioannis Sambuci, Antuerpiæ, Plantinus, &c.

FRIDERICVS LINDENBROGIVS IC. HAMMABVRGIVS
Notis in Catalecta ad Lucani Panegyricum:

Apud Petronium in conuiuio Trimalcionis christallinæ sunt tesseræ. cuius verba digna sunt, quæ adscribantur.

SETHVS CALVISIVS LIPSIENSIS in Chronologic.
Anno Christi LXVI.

Inde in Tacito longa series recensetur clarissimorum virorum, quos Nero occidit. inter quos etiā est Petronius Poëta, qui voluptatibus plerumque totus mersus fuit. Interdum tamen se vigentem & negotiis parem ostendit. ideò etiam Proconsul in Bithynia fuit.

CHRISTOPHORVS BESOLDVS IC. in Dissertat. de Republ. curand. cap. II. *in princ.*

Adde elegans Petronii carmen de mutatione Reipublicæ Romanæ.

IDEM in Dissert. de Educatione, studiis literarum, peregrinatione, &c. cap. V. *num.* III. *in fine.*

Sic & contra declamatores, ac pro naturali eloquentia, festiuè pugnat Petronius in princ. Satyr.

CASPAR BARTHIVS EQVES SAXO, Aduersarior. lib. VII. *cap.* V.

Obscœnissima atque impurissima meretrix Quartilla apud Petroniū introducitur de se loquens, vt vitia seculi illius narrationibus fictarum

personarum vera proponuntur in eo Satyrico. *Et statim:* Sunt verò, qui poëtica leuitate, aut Satyrica licentia Petronium tale quid finxisse potius, quàm veræ rei gestæ narrationem proposuisse opinentur: quibus ego penitùs seorsum sentio. Talia enim erant secreta illa noctium Neronianarum, quæ literis prodidit Arbiter, ad quæ depingenda ingenio illo luculento perperàm abusus est, & nefario instituto, nisi quod vituperat potius & detestatur, quàm describit, quæ narrationis iucundæ effigie proponit. *Rursum ibidem:* Idem disertissimus scriptor, Petronius nimirum, (nam quæ turpia in eo sunt, adeò nuda omni ambitu, vt ipsamet se condamnent) æui Illatini magnis ingeniis adeò familiaris fuit, vt nonnullorum scripta vel solus, vel cum paucis aliis Latiniora fecisse sit credendus. In his est sacratissimus Episcopus, prudentissimus Princeps, & ingenio memoriaque admirabilis dissertator Ioannes Saresberiensis cognomine; cuius phrasis cum aliquando adeò similis huius Arbitri stylo atque acumini sit, meritò nos suspicio habet, plurima subesse proposito Episcopi seruientia, quæ reuerâ non ab ipso, sed â Neronianæ Aulæ secretario sint concepta.

IDEM lib. XLVI. *cap.* XVIII.

Is scriptor spurcus & obscœnus scripsit turpes libidines incestaque facinora Neronis sub personis adscititiis, ita ta nen vt mores etiam Quiritium per figuras & historias tangat.

IDEM Commentar. in Augustin. de Ciuit. Dei lib. I. *cap.* IX. *ad verb.* Facinorum immanitatem, *p.* 2919. *col.* 2.

Alia facinora libidinis multis recenset Seneca, multis abominatur Saluianus, & Satyrici veteres, inter quos Petronius Arbiter scelerate ingenii sui felicitate abusus, Neronis flagitia mixto genere vtroque dicendi non minore licentia scripsit, quâm ille patrauit. Qui scriptor non video, cur tanti sit, vt iuuentuti non modò non è manibus excutiatur, sed laudetur insuper & imitatione dignus habeatur à viris grauitatem adeò etiam strictè professis, vt ex aliis scriptoribus demant, ad quæ in isto legenda & euoluenda lectores suos ablegant; alii verò horum alioquin velut aduersarii etiam Commentariis insuper illustrent; in quorum secta & me fuisse sanè egregiè nunc pœnitet. Quid enim est absurdius, quàm vel propter monita sententiasque vnam & alteram, talem pestem in sinu gerere, in qua non tam verbis, quàm ipso argumento blasphemetur Deus, & Ethnica flagitia fiant Christianis familiariora. Non, aiunt, scripsit hoc fine. At vereor ne multis eo fine legatur. At non solus. Verùm

rum cæteris blandior & nequior. Quod quantumuis secus etiam sese haberet, scandali tamen immanis occasio vel in sordidissimis verbis spernenda est, ne dum in fuco eloquentiæ obductis venenosis & planè perditorum hominum talibus scriptis. Fateor & hoc ipso me Commentatorio istum nequitiæ magistrum pro teste producere. Sed ideò hæc scribo, vt quo fine id faciam, notum sit: minimè equidem, vt eum commendatiorem faciam, sed vt vtar tanquam eo, quem malim è memoria omnium sublatum, quàm per me factum notiorem.

ANONYMVS in Resolutionib. magistralib. quæstion. quodlibeticar. Cardinali Richelieu dedicatar. anno MDCXXV. Septemb. 17. quæst. 2.

Author libelli, *Miroir du temps passé*, estne Petronii Arbitri pronepos, an * Asinus aureus, an Luciani Charon, an Erasmi Dialogista, an spiritus Caluini? *Apuleii scil.*

IANVS RVTGERSIVS, REGIAE SVECOR. MAIESTATIS LEGATVS APVD ORDINES HOLLANDIAE, &c. in Confutatione Fabulæ Burdonianæ, pag. 305.

Primùm illud in numerum procedat; Petronium Iosephi delitias. Magnum sanè crimen; quod tamen adeò verum est, vt Iosephus, postquàm abhinc annos XXXVII. Valentiæ Cauarum illum auctorem ex membranis Cuiacii descripsit, vix vnam paginam illius inspexerit. Quo modo ergo delitiæ eius liber ille fuerit, quem post tam longinquum tempus reuisere dignatus non sit? Et tamen eum isti amphitheatrici latratus non adeò deterrêt, vt, si totus Petronius in membranis exstaret, pigeret eum describere. Si enim is scriptor indignus est, qui teneræ ætati committatur, at non dignus, qui pereat tamen. Quare non obiecerunt Martialem, Catullum, alios, apud quos

Nomen adest rebus, nominibusq́; pudor?

Quis veterum Poëtarum plus obscœnitatis, impuritatis, flagitiorũ professus est, quàm docet POENITENTIALE BVRCHARDI? a Quot sunt, qui ignorarent multa, quæ ibi leguntur, nisi ex ipso didicissent? Ridicula magis an impudens contumelia? Quot possunt huc adferri, nisi hæc rideremus potiùs, quàm in illis confutandis vel momentum temporis terere vellemus?

a In quam rem videndus Bernardin. Ochinus *lib. 1. Apologor. cap. 8* & Pet. Molinæus *de Monarch. temporal. Pontif. Rom. lib. 1. cap. 4. num. 17.* vbi de Thomæ Sanchez Disputation. *de Matrimonio*, & Cardin. Toleti *Instruct. Sacerdotum*, &c.

IAN-

BARTHOLOMÆVS SCHOBINGER SANCTIGALLENsis IC. in Epistol. ad Goldastum de anno MDCIII.

Petronii Satyricon accepi, & lubenter auideque perlegi. Rursum mihi in memoriam reuocauit ea, quæ flagitiosum eundem ad modum in Italia geri tum audiui, cum eam frequentarem. Renata Petronii tempora dicas, atque adeò ipsos reuixisse Encolpios & Ascyltas, si, quæ Romæ gesta scio, commemorem. Sed pudor vetat, quamuis testes aduocare possim Gemmingenum & Rottenstenium, quorum ille posteà in Vindelicum, hic Vangionum Præsulem ac Principem electus fuit, olim vterque sociennus & familiaris meus in Italia, & ipsa adeo Roma. Heu quanta ibi labes & corruptela castæ nostræ iuuentuti! quanta iniuria ætati tenellæ! O quanta obiurgatione digni sunt parentes, qui puros suos pueros in id lupanar detrudunt. Præstaret potius vniuersos Germanos obmutescere, quam vt tanto cum periculo, hoc est animæ corporisque dispendio, non valde necessaria illa lingua ab iis compararetur: Nec fortassis de nihilo est, Antichristi tempora in Neroniano illo schemate nobis adumbrari. Iamtum Ablauius Consul Romanus de suorum temporum nequitia querebatur;

Saturni aurea sæcla quis requirat?
Sunt hæc gemmea, sed Neroniana, &c.

ERYCIVS PVTEANVS in Epistol. ad Goldastum de anno MDCIX.

In Petronio quoque cum fructu publico eris: emacula, & florem illum Latini oris purum putumque repræsenta. Scæna quædam scelerum, nō nego, in hoc scripto; sed quam intueri, cum fructu certè virtutis sit: vibex, ipse titulus, quo tam enormem eluuiem seuerus Arbiter proscribit. Plerumque mortales ab oculis auribusque remouemus, quæ peccamus. Atqui ista alieni æui vitia sunt, tunc quoque reprehensa: quid si & nostri? Morum maculas Christiani videant, ad quas redierunt: si reprehendi nolint, saltem in schemate corrigantur. Ego sic censeo.

IOANNES PHILIPPVS PAREVS in Oda ad Goldast.

Quæ dira, amabo, pestilitas luis
Petronianam vexat vrnam?
Arbiter heu maculis onustus
Nunc virginalem pæne licentiam
Salesque castæ nequitiæ æmulos
Occultat, haud vlli legendus,

Tu nisi

Tu nisi Philyrides peritus
Sinceriores particulas ope
Prauis recisis peruigili tua
Integritati tradidisses
Depositæ modo & inuenustæ,&c.

M. GOTHARDVS ARTHVSIVS DANTISCANVS, SCHOLÆ FRANCOFORDIANÆ AD MOENVM CONRECTOR, *in Eleg. ad Goldast.*

Melpomene vt vidit Goldastum scripta Petronii
Apta legi doctis reddere velle vitis,&c.

CASPAR CVNRADVS SILESIVS, PHILOSOPHVS ET MEDICVS VRATISLAVIENSIS, *Prosopograph. Melicæ millenar.* III.

Petronius Arbiter Massiliensis, Poëta Satyricus.
Arbiter arbitrio vulgi lasciuior audit,
At iuuenum hic mores arguit atque senum.

IOAN. PETRVS LOTICHIVS MEDICVS FRANCOFORDIANVS AD MOENVM, *Bibliotheca Poëtic. part.* IV. *in princ.*

Polluit obscœnos Petronius inter amores
Doctiloquum venæ prosperioris opus.
Nomine sic Citheræ vates fuit Arbiter & re:
Turpes tolle iocos, cætera purus erit.

LAVRENTIVS PIGNORIVS PRESBYTER PATAVINVS, *Symbolar. epistolicar. libro, ep.* XLII.

Supersedeo à citandis Varronis, Plinii, Petroniique verbis; qui sanè pauculis versibus Græcorum in describendarum Tabularum conatibus palmam eripuit.

Et Epistol. XLIV.

Bemo ego suas voces (vt cum Petronio dicam) reddere decreui.

FELIX OSIVS PROFESSOR PATAVINVS, *in Notis ad Alberttini Mussati Histor. de vita Henrici VII. Imp. lib.* I. *rub.* II. *pag.* 51. *col.* I.

Senecæ adstipulatur eius æqualis Petronius Arbiter in Satyrico.

M. GEORGIUS DRAUDIUS ECCLESIASTES ORTENBERGENSIS IN WETERAAUGIA, in Bibliotheca Classica, siue Catalogo Catalogorum Nundinali, in Libris historicis, tit. Romanorum vitia, *p.* 1256. *postrema editionis.*

T. Petronii Arbitri, Historici Romani, Satyricon, siue de vitiis Romanorum, nunc adiectis omnibus, quotquot reperiri potuerũt, doctissimorum virorum Notis & Obseruationibus. Francofurti, apud Aubrios, in 8.

Ibidem tit. Satyrica: T. Petronii Arbitri, Equitis Romani, Satyricon, cum Petroniorum fragmentis, nouiter recensitum, interpolatum, auctum. Lugduni apud Paul. Frellon, 1615. in 8. & ibid. apud Iacob. Marcum 1618. in 12. & Francofurti apud Wechel. in 8.

Idem in Libris Poëticis, tit. Fragmenta, pag. 1538. Petronii Arbitri Satyrici Fragmenta ab Alexandro Brassicano emendata & illustrata Annotationibus. Basileæ apud Oporin. & Antuerpiæ apud Plantin. & ex eiusdem officina cum variorum Notis, anno 1591. in 12.

Ibid. tit. Poëmata, p. 1574. Petronius Arbiter ex Bibliotheca Theodori Pulmanni, apud Hieronym. Commelin. in 8.

Ibid. tit. Satyra, p. 1589. Petronii Arbitri Satyrici, eiusdemq; fragmentorum nona editio, Lugduni Batauor. apud Elzeuir. & apud Ioan. Maire, 1622. Cum vberioribus Commentariorum instar Notis apud Raphelengium 1602. in 12. Accessit Sulpitiæ Satyra de Edicto Domitiani ex recognitione Iani Dousæ, Lugduni Batau. 1585. Antuerpiæ apud Plantin. 1596. in 12.

Iani Dousæ pro Satyrico Petronii Arbitri Præcidaneorum libri tres. Lugduni Batau. 1587. in 8.

T. Petronii Arbitri, Equitis Romani, Satyricon cum Petroniorum Fragmentis, nouiter recensitum, interpolatum & auctum. Accesserunt seorsim Doctorum Annotationes, Scholia, Obseruationes, Coniecturę, Notæ, &c. Francofurti apud Aubrios & Clementem Schleich. 1621. in 8.



CASPA-

CASPARIS BARTHII EQVITIS SAXONIS

Anno Christi 1608.

DISSERTATIO DE PETRONIO, AN EIVS TOLERABIlis sit lectio, an verò abiicienda, vt volunt quidam de virtute locuti.

Ex Lib. xxix. Aduersarior. cap. xi.

PRÆFATIO.

NOn recipiam in me defensionem Dissertatiunculæ penè puerilis alicuius meæ, quam hoc capite proponam, de Petronio Arbitro, ea ætate iudicium meum interrogatus, qua alios sequi debebam. Non quod magnoperè me errasse in veritate tuenda existimem, sed quia omninò piget id defendere, quod tum temporis placuit. Proponam autem ea hîc eam solum de caussa, vt ne excidat aliquando mihi, quid tenerrima ætate senserim de talibus; quæ quidem ipsa excusare omnia facile poterit. nondum enim decimum quartum ætatis annum attigeram, cum eam describerem. Sic autem sonat ad verbum Dissertatiuncula.

DISSERTATIVNCVLA.

VAria de PETRONIO ARBITRO censorum hodiernorũ esse iudicia, Amicissime..... quotidiana euolutione libellorum non possum ignorare. Nihil enim editur, quod ad lectionem nostram, cum primum potestas fieri potest, non rapiatur. Qui scriptor si solus hoc infortunii seculo nostro ferret, sanè meruisse videri poterat, cum elegantioris vrbanioris que nequitiæ nemo vllus ab omni antiquitate ad nos venerit: iste autem adeò lacer & diffractus, vt tam miserabilis tam delicati hominis facies, si non excutere iudiciis rigorem, tamen inclementiam differre & suspendere debuisse hactenus videatur. Verum cum eadem illum pati videamus, quæ alii infiniti scriptores passi ante ipsum sunt hactenus, & nunc etiam pati non desinunt, vni quidem isti non comparandi, cæteris verò, de suo cuique genere, etiam præferendi, communem ferens cum

sodalibus suis sententiam, eorum deinceps censui mihi accensendus vel hoc infortunii nomine deinceps videbitur. Illi verò omnes cum optima quæque de posteritate promeriti fuerint, adsueti tamen iam sunt id præmii tolerare, quod stupori potius aut malignitati iudicantium, quàm ipsorum culpis adscribendum intra conscientiam suam, idonei sibi testes, probauerunt. Ego verò quid in tanto talium numero, PETRONIO eiusque felicitati officere possit, nondum video, nisi quod nostra potissimùm ætate tenebras plurimorum annorum euasit, & quodammodo de noctis mortisque ipsius mancipio, libertati redditus atque renatus est. Eam enim inuidiam elegantiarum suarum impunitus luci restituere non potuit, quam magistri vulgarium ingeniorum nulli vmquã generoso ignouerunt. Et in eo quidem, vt id potissimum adspiciam, quo illi decore maximè se magnos faciunt, & populo displicere omnes fabulas laborãt, præter eas, quas ipsi aliquando finxerint. Itaque sanctitatem, ante cæteras virtutes, suam strictis in scriptores petulantioris argumenti stilis demonstrare satagant; quam quidem & nos admirari æquè atque vnicè suspicere libet, non enim aliter licet. At, ioco semoto, talibus illi censuris, castitatem meram spirantibus, nec verò arbitrario iure, sed strictissimo, efficiunt, vt arbitremur nos, obtusioris quidem ingenii, & naris nõ paullo, quam deceat, obesioris, non tam ambitiosè eos quærere opinionem perpetuæ sanctitatis, quam fortassis nobis aliæ caussæ persuasuræ fuissent. Simpliciter enim nos docent longè plus ipsos de auctoritate existimationis suæ imbibisse, quàm ante eos fecerint ii homines, quorum familiaritati admissum olim fuisse Petronium animaduertimus. Et Hieronymi quidem, non suo tantum, sed omni Christiano æuo, manibus quod fuerit sanctius, ex lectione famâve scriptorum memoriam meam nihil subire potuit hactenus. Illæ etenim exclusæ cœtu cæterorum mortalium, ne quid erranti vulgo expositum attingerent, sacrarumque litterarum tractationem diurnam atque nocturnam rerum caducarum vsu atque contactu conspurcarent, tamen ad ipsa Christi præsepia, locum omnibus locis toto mundo venerabiliorem, immò in ipsis externatæ & Deo recedentis animi speculationibus atque meditationibus, Arbitri huius iactare sententiam, & chartæ æternum (quatenus durabunt mortalia) victuræ infigere minimè dubitarunt. Quam quidem sanctissimi viri audaciam, vel, vt isti nostri vociferantur, impietatem, tot sanctæ & Christum medullitus amplexæ animæ imitari, & pro exemplo sequi nõ dubitauerunt: ignari videlicet fuerunt simplices illorum hominum animi, securutum aliquando seculũ illud longo prius tempore à Prophetis vatici-

vaticiniis prædictum, quæ omni culpæ suspicione maiora censorum hodiernorum Collegia damnatura exactissimo illo suo, & prouocationis nescio iudicio forent veterum Paganorum non satis atque sancta monumenta; quorum tamen scribendorum finis non alius fuit, quàm vt ostensa mortalibus vitia in abominationem eorum venirent.

Nemo enim, qui exstet quidem, Satyricus scriptor, quorum quidem hîc solum scripta sentimus & loquimur, vnquam alia intentione mentis, sales suos mordaces commendauit memoriæ, quàm vt mortalibus ea ratione horrorē malorum morum incuteret. Lacedęmonios aiunt, illos bonæ cordatæq; vitæ antistites primarios, singulis annis diem vnum seruis suis libertatem plenam indulsisse, eoque illos studio adegisse, vt cum diem non alioquoquam opere, quàm effusis compotationibus insumerent. Cùm tottam varia natione ingenioque mancipia vino iam turgerent, patefecisse campum spatiosum ebriis, vt quoque quisq; vellet modo corpus agitaret, vocem intenderet, gestus differret, denique faceret & diceret quicquid liberet. Hoc spectaculo gliscente, & nemine non furias vini medul as mentis expugnantis, mirificis & absurdis, & abominabilibus gestibus factisque & dictis excutere volente, & secundum easdem omnia faciente, admisisse liberos suos, vt quid vino virium in humanum ingenium foret, non dictis præceptisvè audirent, sed visu & exemplo cernerent; & sobrietatem inde amare, ingurgitationes barbaras odisse discerent. Non alia ratione prudentissimi, & sapientiæ studiis plenè pectora instructi, homines, cum ipsi procul ex arce mentis cōpositæ errores & vitia mortalitatem vexantia, & differentia cernerent, neque non ipsi pars quondam eorum fuissent, licentia autem meliore potiti, velut ex alto & tuto loco palantia miserorum deliria inspicerent; monitis salubribus quodam nectare tinctis, talia scripta ediderunt, quæ vitam perditorum non tam dictis, quàm exemplis exprimerent, nominibus fictis ad vsum verorum inductis atque compositis; non rarò ipsorum etiam Regum & Principum sceleratis actionibus non parcentes. Talis fuit veterum Græcorum Comœdia, ex qua prognata Satyrica, poësis, Romanam tamdem grauitatem salibus Atticis miscere instit t.

Nec in Poësi hoc sapientium institutum stetit, venere in medium homines cordati excultique doctrinis, qui prosam quoque orationem vitiis, vt per ea tempora gerebantur, describendis commodarent. Horum cum omni æuo exiguus fuerit numerus, comparatione quidem cæterorum, viris etiam sanctis Christianæ antiquitatis horum studium adeò

fuit gratum, vt dicta eorum crebro mediis sanctis suis orationibus & commentationibus insererent. Scilicet quod ipsi quoque abominarentur vitia illa horribilia ex animo, & pectora omni genere nobilium & honestarum disciplinarum adeò exculta haberent, vt de facili perspicerent, intentio hominum eorum tantum abesse vt mereretur incessi, vt maxima etiam commendatione meritò afficeretur, vt dicta ipsorum pro testimoniis solida auctoritate, vsurparentur.

Vtrumque horum quæ doctissimis & sanctissimis horum hominum animo adfuisse modo declaraui, abesse mihi videntur longissimè ab illis, qui nulla ratione idonea veterum non vituperant solum, sed prorsus abolẽdum arbitrantur, quoniam nudo sermone de vitiis loquantur.

Et de PETRONIO quidem eo liberius iudicare consueuerunt isti censores, quod & ille solus extet de iis, qui vitiorum immanitatem suprà enarrata ratione, non carmine, sed prorso dicendi genere spectandam exhibuit, & ipsi etiam consueuerint de eo sine omni consideratione dominium censendi sibi sumere, quod vulgo facile approbaturos sese sibi persuadent. Loquuntur ergo & scribunt de hoc scriptore, abominabilem ideò & meritò abolendum esse, quod omnia impuritatis priscæ velut secreta coram oculis spectanda exhibeat. His nos de fine atque instituto auctoris sufficere posse existimo, quæ modo allata sunt.

Quod si alios contra se censores stare doceri non abnuunt, eccum ipsis Hieronymum, modo à nobis productum, qui non solum non abhorruit lectionem Arbitri, sed castissimo sermone Christi virginibus morũ & vitæ vniuersæ præcepta præscribens, huius eiusdem testimonio contra malos mores vti voluit. Non producam porro ad defensionem huius vitio-facti rei, alios maiorum temporum scriptores: media ij sæcla, omnibus Scholis iam Sophistis seruientibus, omni iam liberaliori disciplina sub tenebras Syllogisticationum redacta, hoc tali sc i tore tantopere capta est, vt tot spretis aliis, Hieronymi nimirum auctoritatem secuta libenter, huius & ipsa, ceu egregii testis, dictis contra vitiorum fœditates pugnare quandoq; voluerit: Non producam instar talium Ioannem Carnotensem, quem Salisburiensem vocant, Episcopum; Fulgentium, Isidorũ, Vincentium, aliosq;, quorum scripta ceu gemmis Petronianis sunt Christianitatem suam intersita. Sidonium, Macrobium, Terentianum, tacebo; quorum tamen auctoritas Arbitri testimonio vtitur. Horum enim scripta à viris doctissimis iamdudum rabularum latratibus obiecta sunt. Et quid volunt sibi laruæ vmbratiles illæ, tot seculis etiam præ aliis probatum ab sanctissimis & eruditissimis mortalium scriptorẽ, quam primum, ipsorum ingratiis, publicum vidit, castraturi, aut prorsus termi-

terminis vitalibus eliminaturi? Hoc ergo adhuc vnum facinus ad consummationem suæ sanctitatis reliquum habent, post tot præclara aliorũ scriptorum monumenta miserrimis modis dilancinata atq; decurtata, Petronium videlicet ex viro tot seculis superstite, ignauissimum & prorsus omnibus ignotum conficere? dum virtutibus nimirum suis, huius vitia exstirpaturi idsunt? Caueant enim vero, cauillis omnium dignissimi, tanta ambitione stoliditatis suæ secretum mundo litteratiori patefacere, seque omnibus ipsos pro fatuis velle vendere? Nemo certè visurus non est, quid sub hoc lapide scorpionis delitescat.

Cum enim diuersa duo sint omnino hominũ piorum genera, alterum quod dolo atq; fraude sanctitatem quampiam præ se ferat atq; ostentet, alterum candoris plenum atq; constanti mente veræ pietatis ardens, immobile ab allatrantib. vndiq; vitiis, adeoq; sine teste cupiens virtutis. Ostendant rogati nobis in vtro horũ genere censendos sese opinentur, qui inductii ea caussa, vt hominib. glaucomã suæ sanctitatis ob oculos obfundant, omnibus ostentandę virtutis articulis imminent, & per emissarios suos occulta etrei quæque expiscantur. Quæ quidem res vt in confesso est, ita nulla porrò probatione indiget: probari tamen ex re nata facile posset, si quo pacto id nunc ageretur. Ipsi autem vel minima nos negatione inducere poterunt, vt liquido ipsis vniuersam probemus.

Iam vero altera illa, de qua verba modo fecimus, hominum secta, quã penitus has talium nugas non moretur, eo aperte testata est, quod optima quęq; ex famoso scripto seligens, contemnat cętera in eorum numero habere, quæ quacunq; ratione animum lædere, aut mores impuritate narrationum possit attaminarę. Eadem vero ea, quæ selectissima esse videt, prorsus ita familiaria sibi iterata lectione faciat, vt iam ipsa familiaritate cum grauibus & cordatis viris opus ante damnabile etiam, si tale quidem foret, omnẽ videatur amisisse turpitudinem. Qua quidem in re vel ipsos perduelleis nostros testes nuncupare non trepidamus, siquidem tantum tribuere poterunt sanctissimis viris, quorumque beata nomina quotidie sanctitatis celebrant, vt iis aliquid iudicij etiam in hac re fuisse confiteantur. Et hæc, puto, satis poterant esse absoluendo ab igne vel impurissimo scripto, quodque in eum finem conditum sit, vt lectores operæ ipso in nequitiæ retia intricet.

De ipso hoc Petronio nostro, & eius infelicissimo fragmento, aliquid addere non fuerit fortassis omnino extra oleas: quandoquidẽ à paucis commendatus liber eius est, qui non aculeũ aliquem in eius inuidiã ipsi laudationi iniecerint: veriti videlicet censoriã tantorũ heroum austeritatem,

tatem, quos modo non ipso nomine nunc attigimus. Ego vero fateor, & ipsum me minimè omnium delectari adeò nuda obscænitate, nec in eum vmquam talia finem legisse, vt inde aliquà mihi vernilitatis stimuli mouerentur. Si enim tale quid animi cui foret, sane plurimorum Christianorum exstant libri, & sane non minus magno supercilio, si frontem videas, quàm esse volunt vel hi ipsi, qui tantas miserabili Petronio diuidias faciunt, ex quibus possis, vel semel perlectis, multo fieri nequior, quàm si Satyricum hoc scriptum totum didiceris. Nec de recentis memoriæ solis auctoribus loquor. Vnum mihi, inter veteres Christiani nominis defensores, Arnobium lege, scriptorem, quo ad verba & phrasim, prorsus inusitatæ & reconditæ doctrinæ, & ex quo infinita discas, vix vllibi præter ipsum exstantia. Malè vtatur oculis suis, qui Petronio & isto collatis, videre non possit, numquam tam nudè locutum esse Arbitrum, vitiorum exempla deuitanda proponentem, quàm Afer ille faciat ob oculos ferens apertam eorundem confutationem. Liber sane Arnobij quintus de libidinum variis generibus, & secretis historiis, sine circuitu & præfatione, satis copiose & detracta omni veste, loquitur, vt Matris Deûm obscænissimi famuli, & scenici agyrtæ, libidines non egerint planius, atque apertius exsecuti sint, quam iste earum hostis easdem describat. Et de cætero hic mos est omnium ferè eorum, qui minimè timent à vitiis inquinari, vt ea sine velo aut operimento, suis nominibus detestentur: ij autem contrà, qui sibi ipsis vel experientia, vel suspicione non credunt, seque impares ducunt resistendi criminibus, ij extemplò ignes atque arma inclamant, sesquipedalibus conuitijs proscindentes eos, qui sectæ ipsorum subscribere renuunt. Quod si hoc genus hominum vitia certo se effugere, aut illis resistere posse confideret, minimè tantoperè ab illis sibi metuerent; nec vt insuperabilibus sese ipso excessu timoris submitterent. Quod si omninò aliquis, non satis rebus necessariis instructus, tantæ mollicici futurum se metuit, vt ab talibus Paganorum scriptis pectus suum conspurcatũ iri persuasum habeat; age sibi caueat, vt libet, eo nomine, neque moliatur exitium contrariis, vt habeat, quæ etiam fugere & detestari possit. Boni verò & constantis ea solet esse natura, vt opponi sibi gaudeat exercendæ bonitatis & constantiæ suæ materiem, ne lassescat & flaccescat vigor virtutis ipso in vsu, velut hoste opposito strenuitas se in pectoribus militum acuit & subiicit. Itaque, qui firmo se animo continet, caussam neque ipse habet, vt delere velit criminum genus, quo internecione sublato, eius etiam robur in bonis moribus viluerit, neque tantopere celebrabitur. Sic neque imbellis

contra

contra vitiorum insultationem pectus velit deleta talia Scripta; neque constantia pectus munitus tanti illa facias, vti ipsius nomine minus sint celebria, minusque legantur à curiosis. Virtus nimirum ipsa si spoliata fuerit oppositorum duello, nec quid malum sit, cuique inferenda contra tela agnouerit, & quo pacto ea ipsius boni in se excellentiam agnouerit? Nullum est, nedum vt gloriosum sit, sine aduersario prælium. Iners victor, qui sine sudore triumphat. Fortunæ aleam fortitudo superare non potest, si eius aduersam vim experta non fuerit, si eius iratæ vultum non viderit. Multum prodest ingenuæ pietati, aliorum scelera iudicare posse. Exercentur nefaria in seculo cum iustis, vt enitescat electione proborum mens iustifica, atque castis manibus virtutibus operata. Coactæ enim & non studio suo confirmatæ virtutis nulla est gloria.

Illud dubie Dei omnipotentis singulari permissione atque indultu, extremo æuo in lucem reducta sunt talia scripta, per tot seculorum calamitates non exstincta, vt discere posteritas possit, quanta in nocte Dei timorem contemnens mortalitas quondam vixerit. Nostræ quidem ætatis posteritas noctem præteritarum incusare minimè cupit, Claudit enim sponte sua, & claudere pugnat oculos, diei velut nimiæ pertæsa, nec in vestigiis perditorum mortalium, cursum infelicitatis suę sistit; vltra omnia priorum exempla peccare, & obscænitatem pro laude ducere, plerisque gloriæ putatur. Carent enim vt plurimum hodie viuentes homines fundamento veræ pietatis, nec cor solidè intus munitum timore Dei, & veritatis amore habent: Sed in diem solis opibus parandis intenti viuunt, Deum & virtutem procul habent: hanc inane nomen, neque extra vtilitatem quippiam valere autumant; illum nec esse credunt, aut omninò curam rerum terrestrium & humanarum infra sese existimare. Stulti, qui non videant curam apud Deum nullam esse, sed gubernare omnia sola Deitate sua Numen illud, quod omnia miris rerum interuentibus, ad recti tamen ordinem dirigat. Nobis sanè, apertis paullum cordis oculis, etiam à scopo ipso talium scriptorum, ad emendandos nimirum mores, recedere licet, & ex vitiorum ipsis etiam narrationibus emaculandæ vitæ monita & præcepta petere.

Quod si omnino fateamur, Paganorum multos immemorabilia multa atque scelesta condidisse litteris & ornata floribus eloquentię, etiam eo fine in lucem dedisse publicam, vt corrumperēt animos simplicium: sanè perierint isti tales, ob hæc talia facinora. Ideò vero ego scripta ipsorum legere non abhorream, vt sciam propter quid tanto ingenio homines interierint, vt me instruam, mihi caueam, mihi ex inde carior fiam,

quam vt magistris vitiorum obsecũdem etiam minus doctis & eloquentibus, quoniam nec instructis tot copiis bonarum rerum crederem me debeam. Adde quod pericula eorum, qui perierunt, prudentiorem me facere debeant ad vitanda mea; cum nemo sit, qui per se cauere sibi satis possit: melius autem prudentia nemini comparetur, quam ab exemplis malè rebus suis vtentium. Exempla itaque damnatorum impiorum, præceptorum mihi loco sint ad emendandam vitam meam, & saluti necessaria præstruenda. Quo alium merito damnatum esse duco, id ego numquam equidem commissurus sum, quamdiu quidem mihi constitero, & sanæ mentis fuero. Profectò vero scripta talia specula sunt clarissima pœnarum, quibus inspectis admoneri debemus, vitiorum obsequia quantam vim suppliciorum trahant. Singula enim & vniuersa tantæ impietatis facinora certum est impunita à Deo euadere non posse. De cuius sanctitate & voluntate, si præcepta animo & confirmata est scientia nobis, impossibile certè futurum est, non corrigi mores, etiam satis anteà castos, vel ex his fœdis & turpibus historiis, qualibus fortuna, hoc est malitia mortalium, ludit in executione malignitatum suarum. Quod si animus, infestus criminibus, Dei judicia non cognouerit, is sanè vel à castissimis facilius ad facinus impelletur, quam ab huius generis scriptoribus. Odio enim habet vtique monita salutaria, quæ cum inuitus leget, omnino vel contemnet, vel ad opprobrium eorum inuertitum nitetur. Quod quidem in dubio futurum duplex est de simplice peccato. At mens & nata & educata ad virtutem generositate quadam ad gloriam & decus enitens, tum conscientia etiam roborata vsu virtutis, non adspernabitur, ne oporterit naturam vitiorum penitus cognoscere, vt cum quibus monstris confligat, inspicere ea possit accuratius. Inuidiosum igitur erit subducere infandum hostem explorationi melioris. Nemo imperator bellũ parat, qui non cupiat, quatenus possit, vel cogitationes ipsas, nedum consilia, aduersi hostis resciscere: nec sumtibus ei rei nec labori parcet, nec ingenio, ad exploranda omnia, vt ipse damnum aliquod inferat, & inferri cogitatum ingenio auertat atq; amoliatur. Nobis autem, qui in cognitione malorum eorundem detestationem atque adeò debellationem etiam habemus, subducentur aduersariorum subtilissimi, vti ne eorum valeamus explorare calliditatem; quorum si semel in manus potestatemque veniremus, actum vtique longo & dubio tempore de nostra foret incolumitate.

His omnibus nec trepidè nec obscurè permotus, fateor & præ me fero, PETRONIVM non alio dignum esse supplicij genere, quam quo

quo habentur sodales ipsius, eiusdem census scriptores alij, quorum præcipui à viris æquè piis ac doctis vbique terrarum hodie leguntur. Etsi cum istis dictis auctor esse nolim ignaræ iuuentuti & inmeditatæ scriptorum huius notæ quippiam, vel ad linguæ cultum, vel ad sapientiæ instructionem, proponi. Tenella enim ætas satis habet in Dei cognitione & linguæ vsibus mediocribus addiscendis sese occupare, ad quæ ipsa etiam raro sine vi quadam & præcipientium importunitate summa adigi potest: in deteriora vero quauis cera fluxior, longè præuenit ad nequitiam ingenia defendentium. Naturam quippe solam sequens, nec vsu adhuc experta quantillam dulcedinem voluptatum quam immensa sequatur amarities. Sed ideò tamen penitus elidi extra fines vitę vitalis spiritus tota secula natos, non erit ingenui animi probare. Multa sunt in talibus, immò plurima omninò, quæ ignorare turpe sit viro erudito, quique antiquitatis notitiam talem profiteatur, quali sit opus ad declaranda, quæ in successionibus temporum, & versionibus eruditiorum, spinosa atque duriora occurrunt.

Hoc verò longe consultius rear futurum, si non omnibus, tamen multis, arcere studeant à conuersatione eorum adolescentes, qui talia cum ipsi patrant, tum in libris scripta diris omnibus detestationibus exsecrantur. Quod genus mortalium sane perquam crebrum atque densum hodie inuenire est. Nam quotusquisq; est, qui auctoritatem aliquā habere velit, quin in ijs* regionibus vitam aliquando egerit, vbi & quottidie hæc talia fiunt, & palam tamen atque vulgo pessimis omnino modis ex libris veterum exsculpuntur auctorum, in vita tamen relinquuntur; quoniam à maioribus descendunt perpetuo ordine ad liberos, qui parentum vestigiis insistentes, id demum liberum & licitum factu non esse censent, quod nesciunt fecisse alios. Ignorare autem non possunt, vitia ferè nulla puniri, quoniam omnia quottidie patrari vident: rideri insuper eos, qui prudentiam & pietatem in libris quærunt: iis autem vitiorum memoriam eximunt, qui ab aliis commissa diris incessunt, vt illudant simplicibus animis absterrendo eos velut à vetitis rebus, ijs quorum ipsi magistri exercitiis insenuerunt. At multo sane, mea quidem persuasione, & pro sapientia consultius, & pro vita beata sanctius, institutum foret, ordinem morum emendare prius, & ab rerum turpium vsu abstractum animum exercendis justitiæ & innocentiæ addicere, quàm persequi velle per maria & terras, stabula & cubilia fœdarum nequitiarum, earundemque ad vanum sanctimoniæ tumorem, & inanem castitatis ostentationem

* Italiam & quæ Hispaniæ intellige.

memoriam eradere ex libris antiquorum. Sed quæ perfidia hodiernorum morum est, sceleratissimè illud peccatur, quod sub ambitu pietatis committitur. Fatentur enim, qui sub huius vmbra facinoribus flagitiosis indulgent, conscientiam repugnare factis ipsorum, & turpitudini inhumanæ non sponte velum præbere virtutem. Quare etiam duplex reatus eos perturbat, flagitiorum videlicet prosecutio, & veritatis iustitiæque agnitarum contemtus atque illusio. In omnibus rebus primum ad innocentiam gradum facit simplicitas. Neque vlli ignoscitur æquius & facilius, quam qui candore suo deceptus, aliena culpa errauit. Sic etiam, qui naturæ ductum sequens, ignarus quid contra iustitiæ vigor postulet, impegit aliquando, quoniam peccare necesse est hominem natum, facilius veniam à communi necessitatis lege impetrat. Qui verò cognitam habens malitiam vitiorum, iis tamen non abstinet, sed eò libentius peccat, quo magis inuitus debebat, quoniam perspectum habeat ingenium criminum, ei vtique optimo iure grauior pœna incumbit: præcipuè si ad hæc eius auctoritatis est, vt exemplo ipsius ducantur alii. Hoc genere vereor ne sint plerique magistrorum, qui scriptis vernilioribus ideo infesti sunt, quoniam tam prolixum vsum habent malarum rerum, vt summa earum dulcedine afficiantur, eamque porrò ipsam etiam inuideant aliis. Quo plerumque ordine peccant, qui ita sese vitiis ingurgitarunt, vt retrò pedem ferre non possint. Generosa verò & candida mens, neque vllius obstinationis in humanitatis erroribus vel conscia sibi, vel imperium vmquam passura, nequaquam eo admittet veterum libidinum recensiones atque historias, vt ad earum exempla peccare velit ipsa, sed tenorem perpetuum bonitatis & generositatis suæ secum seruans. Ideo & malorum hominum scripta legere non fastidit, vt quanta etiam in eruditis pectoribus vitia regnent, perspicere valeat; neque satis esse disciplinis mentem instruere, sed vsu ipso etiam seruandam virtutis legem, & dissonam vitam bonis præceptis viuendam; neque præcepta minus consistere in vitiorum fuga, quàm virtutum obsequio, gnara. Ideoque ad nil sese fœdum inclinans, omnia sese inferiora censens, quæ constantiam captæ virtutis conuellere audeant.

Hanc ipsam autem, vt ad institutæ orationis finem veniamus, mentis excelsitatem ignara veritatis cęlitus manifestandæ, eruditorum Priscorum sapientia etiam in contemptu omnium mortalium, & quidem non immerito, collocauit. Omnia enim ad finem eundem festinare videns, gloriam, ambitionem, opes, potentiam, voluptates, pœnitentiam, curas ærum-

ærumnasque in vita perpetuas sequi, his deditos, omnibus momentis pendere; nullo non tempore agi & ferri à domina instabili eorum bonorum, quæ ipsis vtenda ad incertum tempus tradita sint; institit vota, & curas, & libidines, omnia vitæ contemnere, & pro nullius precii rebus æstimare. Vt verò eandem hanc suam æstimationem pluribus ostenderent, & miseratione generalis illius erroris, docerent velut de plano genus humanum, in quantis versaretur tenebris, libellos composuerunt; quibus, fictis & excogitatis personis, repræsentarent & expingerent velut potentium & fortunatorum in rebus humanis vecordiam, eamque velut in tabella publicè suspensam, omni posteritati ostenderent.

Horum in genere fuisse PETRONIVM, ipsa ipsius mors testatur. Tam enim omnia mortalia contemsit, & pro ridiculis vanisque habuit, vt in ipsa etiam mortis vicinia iocaretur & cantillaret, velut in theatro ludis spectandis exstructo hactenus moratus, iam verò memoria ludicrarum rerum hærente adhuc, cantillans, & animum præteritis fabulis reminiscendis oblectans. Et hæc quidem cum summa sit sapientię humanæ, neque altius eius curæ vmquam subierint, quis nos iubebit solam eorũ hominum auctoritatem potius sequi, qui scripta tanti viri aboleri cupiunt; quàm rationem ipsam, quæ vtique nemini non persuadebit alio omninò honore dignum esse hominem tam bene de posteris mereri cupientem, vt ipso etiam vitæ suæ periculo non dubitarit euulgare sæuissimi & libidinosissimi omnium mortalium Neronis flagitia: vt nimirum in suaui ipsius & eloquẽtia admirabili scriptione velut in speculo cernere potuerit ætas sequens, quousque bacchari valeat malitia humanæ naturæ, vbi in summo rerum fastigio fuerit aliquando collocata. Nos verò tanto interuallo abest vt tam preciosum scriptum legere possimus integrum, vt vix centesimam eius partem ad nos peruenisse coniectura possimus adsequi: hanc verò ipsam etiam aboleri velle, cui tot barbara secula pepercerunt, quæ furialis, rogo, futura sit barbariæ immanitas? Præcipuè tantillo isti Fragmento cum tot, tamque ex mediis vitæ negociis haustæ insint sententiæ, tam suauia dicta, tam venusta, tam grauia etiam & concinnæ venustatis carmina, vt cum nobilissimis omnis ætatis ingeniis cõtendere hunc scriptorem meritò omnes fateantur. Immensa fit materies, si diducere singula velim. Neq; ego alium ordinem totius commentationis fuisse existimo, quàm vt recensita aliqua historia, eius fuerit vtilitas quopiam epigrammate, aut alioquin carmine demonstrata. Cætera non patitur nobilitas scripti alio, quam ei rei destinato, opere exsequi.

Nos verò à discendis multis insigniter bonis, quorundam crasse obscœnorum malignitas non deterreat.

IOANNIS ALEXANDRI BRASSICANI, I. V. D. & Equitis Aurati

Anno Chriſti 1540.

SCHOLIA IN PETRONII ARBITRI SATYRICI FRAGMENTA.

DE PETRONIO ARBITRO SATYRICO.

CONSTAT Petronium Arbitrum Satyricum, auctorẽ valde bonum & perveterem, Satyras ſcripſiſſe, non ad eam formulam, quam ſibi præſcripſerunt Lucilius, Rabitius, Perſius, Horatius, Iuuenalis, ac alii quidam eiuſdem notæ Poëtæ; ſed ad exemplum *Menippearum* Varronis, quas ex optimorum auctorum crebris teſtimoniis deprehendimus, nunc ſoluta dictione, nunc verò vario carminum genere fuiſſe conſcriptas. Extat hodie liber, vt putant, Senecæ, qui inſcribitur, *Ludus in Claudium*, nos in manu deſcripto vetuſtiſſimo exemplo ſic legimus: *Satyra ſiue ludus in Claudium* &c. Nunc rectè coniicito, & vates eris optimus. *Satyræ* nomen (ſiue ſumptũ hoc exiſtimes à Satyra lege, ſiue lance) quiddam varium & confuſè plenum ſignificat. Vnde toties apud bonos ſcriptores legitur; *Quaſi per Satyram confundere* &c. Arbitri ſæpe honorificam mentionem faciunt auctores veteres. Terentianus non ſemel illius diuerſi generis verſus laudat. Certè hæc, quę damus, σποραδικὰ, ſiue, vt boni Iureconſulti dicunt, ſuperamẽtã, ſatis indicant Arbitro noſtro nec exquiſitam rationem dicendi, nec bonam etiam mentem defuiſſe. De nugalibus nihil dico. vinalia non conſtant abſque vino. Vtinam omnes tanta felicitate exprimerent hoc, quod ille noſter ait,

Scribendi rectè ſapere eſt principium & fons.

Ad dictionẽ Senecam de anno 1459.

Pag. 1. verſ. 1. *Cum alio gen.*] Aduerſus immodicum declamandi ſtudiũ. ibid. *Furiarum*] *Furiis agitari* dicuntur, & qui nihil ordine faciunt, & qui flagitiorum conſcientia parum apud ſe ſunt. Feſtiuiſſimum eſt hoc, quod in Græcis Epigrammatis dicitur, quoſdam non iam à Muſis, ſed à Furiis

Furiis potius agitari. Sunt enim, vt ille dicit, μανίαι δ' οὐ πᾶσιν ὅμοιαι. De *Furiis* impiorum eleganter scribit Cicero pro S. Roscio Amerino, in Pisonem, & 1. lib. de Legib. Vnde toties Plutarch. ἐπιθύμια τῶν ἐριννυῶν. &, ὑπὸ ἐριννυῶν οἰστρηλατηθείς. Heliodorus Æthiopic. α. Ἐριννύες ἤλαυνον. Euripid. Iphigenia in Tauris ἐξελαυνῶν οἴστροις ἐριννυῶν. Ouid. eleganter lib. 10. Metamorph. de Myrrha, & Suetonius Nerone.

v. 6. *Rerum tumore*] De hac re diximus & in Saluianum nostrum, scriptorem optimum. Seneca lib. 1. de Ira: *Tumor est, nec corporibus corporis vitiosi humoris copia intensis morbus incrementum est, sed pestilens abundantia.* Et lib. 9. Declamation. *Qui tument, habent plus corporis.* Et Controuersiar. 5. *Semper ad sanitatem procliuis est, qui potest detractione curari. Detractionem* autem ex placitis medicorum αἵματος ἀφαίρεσιν vocat. Idem lib. 6. Controuersiar. Alburius dicebat, illas Latronis sententias magis esse tumidas, quam fortes. Quintilian. in 2. putat *esse meliorem spem luxuriantis ingenii, quam immodice frugalis*. Deminuto enim non tam facile addas, quam nimio detraxeris. Nam & Aristoteles dixit: ἀπὸ μὲν τῆς ἕξεως ἐπὶ τὴν στέρησιν γίνεται μεταβολαί, ἀπὸ δὲ τῆς στερήσεως ἐπὶ τὴν ἕξιν ἀδύνατον. Cicero lib. 4. ad Herennium: *Corporis bonam habitudinem tumor imitatur sæpe.* Certe fœcunditatem in ingeniis non damnant boni scriptores: maciem eleuant, tumorem damnant. Nunc, quod ille canit,

Inter vtrunque tene, & melius moderabere puppim.

v. 3. *Alium terrarum orbem*] Quintilianus in 1. *Deinde cum proferenda sunt studia, caligat in Sole.* Et lib. 10. de Portio Latrone: *Vt subsellia in basilicam transferrentur, ita illi cælum nouum fuit, vt omnis eius eloquentia contineri tecto ac parietibus videretur.* Seneca lib. 5. Controuersiarum: *Portius Latro, cum pro reo Rustico Pontio in Hispania diceret, vsq. eo confusus fuit, vt à solœcismo inciperet, nec antea potuit confirmari iam parietes desiderans, quam impetraret vt iudicium ex foro in basilicam transferretur. Vsque eo ingenia in Scholasticis exercitationibus delicata enutriuntur, vt clamorem, silentium, risum, cælum denique pati nesciant,* &c. Sic Themistius ἐκ σκιᾶς, λόγους εἰς τὸ φῶς, &c. Plinius lib. 6. cap. 22.

v. 11. *Edicta*] *Basilica diagrammata*, Plaut. vocat. Scriptores iuris Canonici *cælestia scripta.* Est & in Codic. Iustinian.

Pag. 2. v. 1. *Nouemq. Lyrici*] Nouem Lyrici lib. 1. Græcorum Epigrammatum ordine recensentur.

v. 20. *Platona*] scribe, *Platonem.*

v. 5. *Ex Asia*] Cicero in Bruto; *Asiatici nimis redundantes.* D. Hieronymus ad Rusticum: *Qui Asianum tumorem Attico siccabant Sale.*

V. 7. *Sidere afflauit*] Liuius decad. 1. lib. 8. *Pestifero sidere icti.* Græci, ὥσπερ τυφῶνι.

πυφῶν βληθεὶς. Seruius in Virgil. *Fulminis afflauit ventis*, &c. Libro 4. ad Herennium ex veteri ſcriptore: *Aliquid mali faucibus afflant.*

V. 15. *Bonam mentem*] Quæ ſi venalis eſſet, non facilè reperiret emptorem.

V. 17. *Vt ait Cicero*] pro Cœlio.

V. 23. *Moratur in ſcopulo*] Homeri Iliad. π.

Pag. 3. v. 10. *Plenus grege immittet haben.*] Leg. *mutet.*

v. 20. *Aſcylti*] Scribe ex vet. Cod. *Aſcyltæ:* vt mox *Aſcyltan*, pro *Aſclytan.*

v. 25. *quo loco ſtabul.*] alias, *quo ſtabulum.* Leg. *vbi ſtabul.*

v. 28. *Mater*] *Mater*, Plautinum eſt.

v. 35. *Operui caput*] *Socrates in oratione parum pudica caput operuit pallio:* A. Gellius lib. 9. cap. 19. ex Phædro Platonis. Homerus Odyſſ. θ. κάλυψε δὲ καλὰ πρόσωπα.

v. 36. *Moriens Aſcylta*] Leg. *mærens Aſcyltas.*

v. vlt. *in loco tam deformi*] Nihil potuiſſet dici rectius. Seneca vocat *locum communem*; &, *miſericordis populi beneficium:* Quintilian. Declamat. 15. *Triſtiſſimam ſtationem.* Idem Declamat. 14. docet, quare ſint inuentæ meretrices. Solon autem primus inſtituit lupanaria, vt eſt apud Harpocrationem. Artemidorus Oneirocritic. lib. α. cap. π. Κοινὸς γάρ ὁ τόπος ὗτος καλεῖται, ὡς καὶ ὁ τῶν νεκρῶν δεχόμενος, καὶ πολλῶν σπερμάτων ἀνθρωπίνων ἐνταῦθα γίνεται φθορά.

Pag. 7. v. 19. *Facilius poſſis Deum, quam hom.*] *Maior Cœlitum populus, quàm hominum.* Plinius lib. 2. cap. 7.

Pag. 8. v. 7. *iurgia flectit*] Homeric. Iliad. ι. στρεπτοὶ δὲ καὶ θεοὶ αὐτοί. & lib. ο.

Pag. 10. v. 26. *Panichidis*] ſcrib. *Pannychis.*

v. 31. *muliebris patientiæ legem*] Plaut. *Fertne iugum.* Et Lactãtius: *Quauis muliere patientior.*

v. 33. *Iunonem meam irat*] Politian. in Miſcellan. cap. 89. Tibullus Eleg. lib. 3. *Iunonemq́ ſuam, perq́ ſuam Venerem.* Et in 4. *Hac per ſancta tuæ Iunonis numina iuro.*

v. 35. *prodeuntibus annis*] Legend. *procedentibus*, ex vet. cod.

Pag. 11. v. 1. *embaſico ætas*] Leg. *iam è baſilica materna ætas præfer.*

v. 2. *facem*] Μητέρας ἐν τοῖς γάμοις δᾳδουχεῖν. Euripid. Phœniſſis & Troadib. Theocritus Epitaphio Adonidis, Plutarch. de Exilio, Homer. in Clypeo & Odyſſ. α. &c. Heliodorus lib. β. Æthiopic. valde eleganter. Seneca Octauia: *Præferat tædas*, &c. Et Martialis lib. 12. de Calliſtrato & Afro, Ouidius lib. 10. Metamorphoſ. ab exordio.

v. 6. *nomen nuptiarum*] Homer. Odyſſ. ξ. αἴδετο γὰρ θαλερὸν γάμον ἐξονομῆναι.

Pag.

Pag.15.v.34. *Babylonico*] Plinius:& Martial. ---- *Victa est Pectine Niliaco iam Babylonis acus.*

v.37. *Pietatis cultrix gracilis pes è tota listria*] Legend. *Pietaticultrix, gracilipes, chōralistria.*

Pag.16.v.2. *faleris pelagus*] Leg. *phaleris pelagi.* Tiberius apud Corn. Tacitum lib.3. *Atq; illa fœminarum propria, quîs lapidum causa pecunia nostra ad externas aut hostiles gentes transferuntur.*

v.3. *in strato*] leg. iuncta voce, *instrato*, ex vet.cod.

v.4. *ad quam rei virid.*] alias, *ad quam rem.*

Pag.18.v.3. *mimum*] scribe, *mimûm*, pro, *mimorum.*

v.5. *inclusit pagina*] Cicero pro Cœlio: *Exitus mimi*, &c.

v.8. *Collegi sarcinulas*] Varro lib.1. de re rustic. Plautus: *Constringam sarcinam.* Liuius: *Conclamare vasa.* Xenophon Ἀναβάσ.β. συσκευάσασθαι. Iureconsulti nostri *Sarcinulas componere.*

Pag.20.v.5. *Sola peruinosis haret facundia pan.*] alias legitur: *Sola pruinosis horret prudentia pannis.*

v.8. *inspicere*] alias, *insistere.*

Pag.22.v.3. *Eudoxus*] Philostratus in Alexandro Sophista, Ammianus Marcellin. lib.27.

v.5. *Chrysippus*] idem de Carneade memorat Plinius lib.35.cap.5. Valer. Maximus lib.8.cap.7. & Agellius lib.17.cap.15.

v.7. *inopia extinxit*] Plinius lib.35.

v.9. *ne paratas quid. artes*] Plinius lib.2.cap.46. *Ne vetera quidem perdiscimus, nedum noua inquiramus.*

v.15. *diuitem extulerit*] Seneca in 6. de Benefic. & Persius Satyr.2.

v.16. *sextertium*] Leg. *sestertium.*

v.22. *halosin*] *Captionem* Latinè dixit Suetonius. Extat etiamnum Ilii ἅλωσις à Tryphiodoro Ægyptio Poëta Græco scripta.

v.25. *messis*] ità Poëtæ. Ouid. *Tercentum messes, tercentum musta videre.* Et Euripid. passim. Sic Thucydides & Herodianus loquuntur, &c. δεκάτη σίτου ἐσβολήν, καὶ τῶν λίνων ἀκμαῖς ὄντων.

v.28. *scissaq; in molem cadunt*] Cicero non vno loco similes versus Euripidis ab Ennio versos citat.

v.37. *mendacium in damnum*] Leg. *mendacio.*

Pag.23.v.4. *Lacoen*] Scrib. *Laocoon.* Virgilius & Plinius lib.36. cap.5. Iacobus Sadoletus etiam quætiissimo carmine reddidit.

vers. vlt. *perdidit primum Deos*] Euripides in Troadib. νοσεῖ τὰ τῶν θεῶν.

Pag.24.v.30. *Sepultos nocte & mero*] Virgil. *Somno vinoq; sepultus.* Liuius

g G de

de Hercule: *Somno vinoq́ grauatum*. Cornel. Tacitus de Germanis: *Largis epulis vinoq́ ſopiti*.

v.10. *Continuat in mortem vltim.*] Liuius decad. 5. lib. 5. *Somno mors aliis continuata*. Serenus: *Vt coniungatur letho ſopor altus acerbo*.

v.12. *inuocat Troia ſacra*] De Diis euocandis Macrobius lib. 3. Saturnal.

Pag. 26. v. 19. *O felicem matrem*] Virgilius:

---- *Quæ te tam læta tulerunt*
Secula, vel qui te talem genuere parentes?

ſeſſiliores. Ita non omnis fluuius fert * ſecuros. & multis etiam ætatibus inſtrumẽta ſua, vt ille vocat, id eſt viri verè docti defuerunt.

v.27. *cum ſapientia forma*] Homer. Odyſſ. ς οὐκ ἄρα σοί γ' ἐπὶ εἴδεϊ καὶ φρένες ἦσαν. Velleius in 2. *Forma, quam mente, melior*. Vnde rurſus Homer. Iliad. α. οὐ δέμας οὐδὲ φυὴν οὔτ' ἄρ φρένας οὔτέ τι ἔργα.

v.27. *Prudenti abſentia*] Ouidius lib. 3. Metamorph. *Ira mora vires abſumere poſſet*. Quintilian. Declamat. 17. *Parcere ſolet ira cedenti*.

Pag. 27. v. 13. *diuerſitor*] Leg. *diribitor*, διαιτρὸς Græcis.

v.16. *molitio*] Plautinum eſt.

v.19. *Marci Mannicii*] Leg. *M. Anicii*.

v.28. *aſtis ſtridentibus*] Leg. *aſtu ſtridente*.

v.33. *auſa hoſtialis*] Leg. *anſa hoſtialis*. *Anſa*, Græcis κορώνη, circulus vel annulus ferreus additus hoſtio, quo pulſatur, vel ob formam, vel ob ſtrepitum. Plautus Perſa. Lucret. lib. 1:

---- *tum portas propter ahena*
Signa manus dextras oſtendunt attenuari.

Plutarchus, & Græci cæteri ῥόπτρον vocant, &c. Ouid. *Ferreus aſſiduo conſumitur annulus vſu*.

Pag. 36. v. 32. *ramum oliuæ*] Virgil. lib. 8. *Et vitta comptos voluit prætendere ramos*. Et in 11: *Paciſq́ manu prætendere ramos*. Lucanus in 3. *Orant Cecropiæ prælata fronde Mineruæ*. Et alii. Euripides Herculidis: ἱκετηρίοισι σὺν κλάδοις. Plaut. Amphitryon. *Velatis manibus*.

Pag. 37. v. 27. *ſtiginos eſque*] Leg. *ſtigmaticosq́*.

v.29. *ellegidarion*] Leg. *elegeidion*.

v.33. *Areaq́ attritis*] Nicias de ſene, qui capillos amiſerat: ὧν ἄπαν γέγονεν, lib. 2. Græcor. epigrammat. & Philoſtratus in Epiſtol.

Pag. 38. v. 6. *connubioq́ domina*] Leg. *corymboq́*. Interpres Thucydidis lib. 1. κρωβύλος δέ ἐστιν εἶδος πλέγματος τῶν τριχῶν ἀπὸ ἑκατέρων εἰς ὀξὺ ἀπολῆγον, ἐκαλεῖτο μὲν τῶν ἀνδρῶν κρωβύλος, τῶν δὲ γυναικῶν κόρυμβος, τῶν δὲ παίδων σκορπίος. Apud Tertullian. de Veland. virginib. mendoſiſſimè legitur *ſcrobulos* &c. & alibi prolixiùs de ea re diximus.

v.16. *Eumolpos*] Leg. *Eumolpus*.

v.18. *filiorum obliuiscerentur*] Homer. Odyss. οἶσθα γὰρ οἷος θυμὸς ἐνὶ στήθεσσι γυναικός, &c.

v.28. *hypogaeo*] Aliud est Plinio lib.25. cap.13. *hypogeson*: & explicat Theon in Aratum.

v.29. *persequentem*] Leg. *prosequentem*.

Pag.39.v.4. *conditorium*] *conditorium* vertit *hypogaeum*.

v.27. *unguibus sectam*] Est in XII. Tabulis: *Genas ne carpito*. Interpres Iliad. sub finem β. Euripid. Supplicib. δρέπτε παρῆδ' ὄνυχα &c.

v.15. *temptauit*] scrib. *tentauit*.

ibid. *ancilla vini*] Plautinum est. Gregorius Theologus ita dixit in Poëmat. εἴαρος ἄγγελοι εἰσὶ χελιδόνες, ἀνθρώπου δ' ὁπόσα εἰσὶν ... δμωαί.

v.21. *Id cineres aut manes sepultos credis sentire*] Virgilii est lib.4. Æneid. *Hoc etiam manes credis curare sepultos?* Isocrates Euagorâ: εἰ τις ἔστιν αἴσθησις τοῖς τετελευτηκόσι. Seneca apud Polybium: *Si quis defunctis sensus est*. Ammian. Marcellinus lib.30. *Ingemiscent, si quis vita digressis est dolor*. Nemesianus Eclog.1. *Si sensus datur post fata quietis*.

v.25. *Cibum sumere*] Nioben etiam de cibo cogitasse dicunt Poëtæ & Philosophi.

v.27. *quod temptare*] Leg. *quid tentare*.

v.32. *Placitône etiam*] Virgilius.

v.34. *partem corp. abstinuit*] Signatè dictum. Liuius lib.1. *Omne ius belli abstinuisse*. Lucanus in 9. *Abstinuit tellure rates*. Sic & Paulus Iureconsultus loquitur.

Pag.40.v.3. *Cruciati*] aliàs *Cruciarii*. Sic etiam Suetonius & Iureconsulti vocant.

v.4. *supremoq. mand. off.*] Virgil. lib. 11. ---- *supremum comitantur honorem*. Ita sæpe Liuius & alii loquuntur. Homerus Odyss. γέρας ἐστὶ θανόντων & alibi non semel.

v.17. *commouens caput*] Homer. Odyss. κινήσας δὲ κάρη. Virgilius in 7. *Tum quassans caput*.

Pag.44.v.33. *Forensib. minister. exercit.*] Cicero pro Archia Poëta: *Quia suppeditat nobis, vbi & animus ex hoc forensi strepitu reficiatur, & aures conuitio defessæ conquiescant*. Quintilianus in 1. *Poëticis voluptatibus aures à forensi asperitate respirant*. Idem in 10. *Præcipueq. velut attrita quotidiano actu forensia insignia, optime rerum talium blanditia reparantur*. Idem lib.5. tale quiddam de Accio Poëta scribit.

Pag.45.v.3. *Odi profanum*] Horatii est. Euripides Protesilao: ὁ γὰρ θέμις βεβήλοις ἃ θέλω ... δόμων. Pythagoras suis: ἀείσω ξυνετοῖσι· θύρας δ' ἐπίθεσθε βεβήλοις.

v.4. *emineant extra corpus orat.*] Corn. Tacitus in Dialogo: *Ossa non emineant*, &c.

v.9. *Non enim res gesta versib.*] Suidas dictione λουκανός. Hoc de Lucano Seruius in 1. lib. Æneid. scribit, & Quintilian. in 10. Sic Martialis de Lucano:

Sunt quidam qui me dicunt non esse Poëtam,
Sed qui me vendit bibliopola putat.

Interpres Olympior. Pindari Oda 17. scribit, Eumelum Poëtam Græcos cognomento *Historicum* appellasse.

v.12. *Furentis vaticinatio*] Platonis est in Dialogo Ione.

v.17. *Sydus*] Vet. cod. ms. semper habet, *sidus*.

v.18. *Nec satiatus erat*] Festus Rufus: *Cato Cyprias opes Romam nauibus aduexit, ita vt ius eius insulæ auarius magis quam iustius simus assecuti.* Idem scribit Ammian. Marcellinus lib. 14. *Auide magis quam iuste* &c. Tale conuitium in Romanos Vibii Virii refert Liuius decadis 3. lib. 6. & Mithridatis Iustinus lib. 38.

v.28. *in syluis an reo fera, &c.*] Leg. *in siluis fera nunc leo, &c.*

v.29. *Affrorum*] scrib. *Afrorum*.

v.33. *Pudet affari*] Leg. *effari*.

v.34. *Pubescentibus annis*] Leg. *annis*.

v.35. *Surripuere viros*] apud Persas castrati viri: Diodor. in Alexand.

ibid. *exactaq. visc.*] Leg. *exacteq. viscera ferro Tunc Venerem fugere.*

Pag. 46. v.1. *Scorta placent*] *Scortum* etiam Bagoum & *exoletum* Q. Curtius dixit in 10. & Liuius decadis 4. lib. 9. de L. Flaminio. meminit & Cicero de Senectute.

ibid. *Factiq. enerui*] alias *Fractiq.* Ammianus Marcellin. Et D. Hieronymus ad Rusticum: *Qui gradum mollius incedendo frangunt, tanquam ferrent sacra Iunonis, vt Iuuenalis & alii ludunt.* Cicero lib. 1. de Officiis scribit, esse *similes pomparum ferculis*. Seneca lib. 7. Natural. quæstion. *Suspendimus gradum, repimus.* Marinus Neapolitanus putat etiam animi rationem ex incessu colligi. Vnde & Salustius de Catilina: *Cuius incessus modo citus, modo tardus.* Ita nobis Iulianum describit Gregorius Theologus: & Cicero de Antonianis in 13. Philipp. &c.

v.2. *Laxi crineis*] Hos Asiaticis historici tribuunt: Vestes item illas *demissitias*, vt Plautus vocat. Lucanus in 8.

Quicquid ad eoos tractus mundiq. teporem
Labitur, emollit gentes clementia cœli,
Illic & laxas vestes, & fluxa virorum
Velamenta vides, &c.

L. Apu-

L. Apuleius lib. 1. Floridorum: *Laxos vestium trabas.* Hoc de Parthis scribit Iustinus lib. 41. & Herodianus in 4. Vitruuius lib. 6. cap. 1. Manilius in 4. *Et laxo Persis amictu.* Corn. Tacitus lib. 20. *Propexum rutilatumq. crinem* Germanis tribuit. Idem scribit Ammian. Marcellinus. Liuius decad. 4. libr. 8. Gallis adscribit: *Promissa & rutilata coma.* Lucanus in vlt.

Vt nullus Cæsar Rheni se dicat in aruis
Iam rutilas vidisse comas.

Iuuenalis Satyr. 2. 13.

Cærula quis stupuit Germani lumina, flauam
Cæsariem & madido torquentem cornua cirro.

Cirros Germanorum commemorat Tertullian. in lib. de Veland. virginib. Plinius libr. 28. cap. 12. dixit *rutilandis capillis.* Seneca in vlt. Epistolar. *Capillum Germanorum nodo vinxeris:* alias mendose *modo* legitur. Idem lib. 3. de Ira: *Rufus crinis, & coactus in nodum apud Germanos.* Martialis:

Crinibus in nodum tortis venere Sicambri.

Tacitus in Agricola scribit Domitianum in falso de Germanis triumpho, *Crinibus subdititiis vsum fuisse.* Martial. in 14.

Captiuus poteras cultior esse comis.

Dicit autem Arbiter hæc omnia in externum luxum Romæ: quæ tametsi *Ceperit omnes, ab Asia tandem capta & inclinata est.*

Ibid. *Tot noua nom. vestis*] Hoc Euclio apud Plautum in Aulularia de vniuersa mulierum natione conqueritur. Et Epidico: *Ista faciunt vestimentis nomina* &c. Certè Græci calceos Thyrrhenicos καχὸν ἴεχον appellant, quod viri non absque morum inclinatione illis vterentur. Et est periculum, ne hæc νεωτερισμία magnam calamitatem omnibus Rebuspublicis afferat.

v. 3. *Quaque iure quærit*] Leg. *Quo iure hæc quærit.*

v. 4. *Citrea mensa*] scribe ex vet. cod. *Citria.* Romani insaniebant in emendis mensis citreis & vasis Corinthiis, *quorum rudis vsus erat pro Republica,* vt ait Velleius. Tertullian. de Pallio: M. T. Cicero quingentis milibus nummûm orbem citri emit, & bis tantum Asinius Gallus pro mensa eiusdem Mauritaniæ numerat. Meminit Plinius lib. 13. cap. 15. *Mensæ Citreæ* meminit Cicero in Verrem. Martialis in 9.

Vt Mauri Lybicis centum stent dentibus orbes.

Et in 14.

Nobilius villosa tegant tibi q. [illegible] citrum
Orbibus in nostris circu[illegible] esse potest.

Varro lib. 3. de Re ruſt. cap. 2. *vbi nunc vides citrum.* Nam de luxu & inſania menſarum loquitur. Meminit & de *citro ex Atlante* Plinius & Martialis. Et Seneca luxuriæ ſeculi ſui *citri radices* obiicit, vt in Tertullianum à nobis egregie reſtitutum (nihil magnum dico) longe prolixius dixi.

ibid. *Greges ſeruorum*] *Ne Sannione quidem domi relicto*, vt eſt apud Terentium, & Ammian. Marcellinum. Sic L. Apuleius in 1. Apologet. *Imperatores quidam Romani paucitate famulicii gloriati ſunt. M. Antonius octo ſeruos habuit, Manius Curius duos calones, pauciores ſeruos habuit, quam triumphos. M. Cato tris ſecum in Hiſpaniam ex vrbe duxit.* Id quod Athenæus lib. 6. Dipnoſoph. abunde docet. Seneca de Conſolat. ad Albinam: *Vnum fuiſſe Homero ſeruum, tres Apollini, nullum Zenoni ſatis conſtat* &c.

v. 5. *Maculis*] Seneca lib. 1. de Tranquillitate vitæ: *Menſa varietate macularum conſpicua, & per ſucceſſiones nota.* Idem lib. 7. de Beneficiis. *Æſtimatum lignum Senatoris cenſu.* Tertullian. de Pallio: *Quantis facultatibus æſtimauere ligneas maculas.* Meminit Paulus Iureconſult. in tit. Pandectar. *de actionib. empti.*

v. 6. *Quæ ſenſum turbant hoſtiale ac male nobile lign.*] Legend. eſt, *Et ſenſum turbat tandem male nobile lignum.*

v. 9. *Scarus*] Columella lib. 8 cap. 16.

v. 12. *Phaſidis vnda*] Plinius lib. 26. cap. 8. *Huic nauigatur ad Phaſin, huic profunda vadis exquiruntur.* Et libr. 19. cap. 4. *Aues vltra Phaſidem amnem peti, & fabuloſo quidem terrore tutas, imò ſic pretioſiores.* Columella lib. 8. cap. 8. *Quanquam vel hos magis tolerabiles putem, qui oblectamenta delitiarum poſſidendi habendique cauſa graui are & argento penſent, quam eos, qui Ponticum Phaſin, & Scythica ſtagna Mæotidis eluant, iam nunc Gangeticas & Ægyptias aues temulenter eructant.* Seneca Conſolat. ad Albinam: *Vltra Phaſin capere volunt, quod ambitioſam popinam inſtruat.* Demoſthenes in Epitaphio dixit, ἔξω φάσιδος ἐκβαλεῖν. Nos etiam adagio dicimus: *Extra Herculis columnas.* Pacatus in Panegyric. reprehendit etiam *peregrini aëris volucres.* Meminit & Lucianus de Mercede conductis. Manilius in 5.

Quod modo militiæ Numidarum paſcimur oris
Phaſidos, & dulcis arceſſitur inde macellum.

Martialis lib. 13. lemmate, *Phaſianus:*

Argiua primum ſum tranſportata carina,
Ante mihi notum nil niſi Phaſis erat.

Hæ ſunt aues, quibus auolant patrimonia, vt D. Hieronymus ad Saluinam ſcribit.

Pag.

Pag. 16. *verrunt*] aliàs, *vendunt*. Leg. *vertunt*.

v. 17. *Venalis populus*] Saluſtius non ſemel in Bello Iugurthino, *Romæ omnia venalia eſſe*. & alibi Florus cum Iuſtino.

v. 27 *geminam deprænſam gurg.*] Leg. *gemino deprænſim in gurg.*

v. 29. *Nullum ſine pignore corpus*] de nexis Liuius, & A. Gellius lib. 20. cap. 1. Plutarch. de ſimili lege Solonis in lib. de Vſura.

v. 22. *Inops audaciæ tuta*] Saluſtius in Catilina: *Egeſtas eſt ſine damno*. Et alibi A. Gellius: *Egentiſſimos excitandæ factioni eſſe aptiſſimos*.

v. 36. *exciſſa libido*] Leg. *exciſa*.

v. ult. *feralis Erynis*] Scribe *Erynnis*.

Pag. 47. v. 1. *Magnus*] Lucianus rectè *truncum* vocat. Extat in Pompeium verſus Adriani Cæſaris in Græcis Epigrammatib. à Dione etiam laudatus:

Τοῖς ναοῖς βρίθοντι, πόσ σπάνις ἔπλετο τύμβου;

v. 6. *Dicarchidos*] Leg. *Dicearchidos*. Statius lib. 2. Syluarum in Surrentino Pollij:

Celſa Dicarchæi ſpeculatrix villa profundi.

Plinius lib. 3. cap. 5. *Deinde Puteoli colonia, Dicearchia dicti*. Meminit Strabo, & Stephanus de Vrbibus, & noſter Feſtus Pompeius.

v. 7. *Cocyta*] Leg. *Cocytî*.

v. 11. *virgulta loquuntur*] *Pſithyriſma* vocat Theocritus. Martianus Capella in Muſica: *Quoq; procerior arbor eſt, & in altum tendit, eo magis acutum ſonum reddit: quæcunq; vero quam minimum ab radice abſunt, grauius & rauco murmure quatiuntur*. Meminit & Seneca in Natural. quæſtionib. L. Apuleius lib. 11. Aſini: *Arbores clementi motu brachiorum obſibilabant*. Auſonius ad Paulinum:

Eſt & arundineis modulatio muſica ripis,
Atque arguta ſuis loquitur coma pinea ventis,
Incubuit foliis quoties leuis Eurus acutis.

Cornelius Seuerus:

Pinea frondoſi coma murmurat Apennini.

Catullus: Nam Cythorio in iugo

Loquente ſæpe ſibilum edidit coma.

Claudianus 1. lib. de Rapt. Proſerpinæ:

Stridula conſertis modulatur carmina ramis.

Idem de Nuptiis Honorii & Mariæ:

Et platano platanus, alnoq; aſſibilat alnus.

Nemeſianus Eclog 1.

Obſtrepat & vento nobis ne garrula pinus.

v. 13. *Cupressu*] Lucanus in 3. *Et non plebeios luctus testata, cupressus.* Et prolixè Plinius.

v. 15. *Caua sparsus fau.*] Leg. *cana.*

v. 22. *Ipsa suas vires odit*] Liuius in præfat. 1. decadis: *Vt iam magnitudine laboret sua.* Et: *Iampridem praualentis populi vires seipsa conficiunt.* Horatius Epod. de bello ciuili. Tale quiddam scribit Æmilius Probus in Agesilao, & Q. Curtius in 10.

v. 29. *Mollibus in sanis tellus. iam montibus austris*] Legend. est: *Moliqus insanis tellus: iam montibus haustis.* ita enim habet vet. cod.

v. 31. *Inferni manes*] Homerus Iliad. lib. v.

ἔδδεισεν δ᾽ ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων ἀϊδωνεύς,

& quæ sequuntur.

v. 35. *Ora cruore*] Ita Alexander Macedo de se loquitur apud Lucian. in Dialogo Scipione: ὑμᾶς ἴσε ὅσους ὑμῶν νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα. φησὶ γοῦν ὁ Πορθμεὺς μὴ διαρκέσαι τὸ σκάφος αὐτοῖς τότε. Nicocles Rex de malis Medicis dicebat hoc Homericum: Πολλὰς δ᾽ ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.

v. 36. *Thessiphona*] Scribe ex vet. cod. *Tisiphone.*

v. 37. *Syllanus ensis*] Quis hæc ignorat? Sed audi Senecam lib. 1. de Clementia: *Sylla cum in vicino ad ædem Bellonæ sedens exaudisset conclamationem tot militum sub gladio gementium, exterrito Senatu; hoc agamus, inquit, Patres conscripti: Seditiosi pauculi meo iussu occiduntur. Hic non est mentitus; pauci Syllæ videbantur,* &c. Plutarch. in Sylla, & nos prolixè in *a Reconditis lectionibus.*

a Hæ nondū prodierunt.

v. 38. *Nutritas sanguine fruges*] Eruditissime dictum. Seruius in Virgil. versu lib. 12. *& Diis communibus aras Gramineas --Marti gramen est sacrum, quod secundum Plinium ex humano cruore procreatur* &c. Est apud Plinium lib. 2. cap. 63. & alibi. Meminit & L. Apuleius in libr. de Herbis: & *b* Leontius Mythographus, author minimè malus, superioribus annis à nobis tantum non ab inferis excitatus, & aliquando cum Philologis *c* communicandus. Ouid. in Epistolis:

Luxuriat Phrygio sanguine pinguis humus.

Cortesius in Coruino:

Et madidæ humano pinguescunt sanguine glebæ.

Tale quiddam de *agrosti* scribit Suidas in πβλτος.

b Pontius Leont. in Burdegalēsis cuius meminere Sidonius & Fortunatus.

c Non præstitit: & Leontius adhuc latet, aut periit in bello Smalkaldico, cū numerosis aliis bonis scriptoribus.

Pag. 48. v. 4. *Si modo fas est mihi vera impune probari*] Legendum est: *Hac modo fas impune mihi est si vera profari.*

v. 17. *Protheus*] Leg. *Porthmeus.*

v. 20. *Pallida Thessiphone*] scrib. *Tisiphone.* Bellum à *Furiis* immitti docent

cent omnes Poëtæ. Sed & Historici, semel impendentibus omnibus vltimis, sic loqui consueuerunt. Hoc Virgilius *Alecto* tribuit. Ouid. *Qua terra patet, fera regnat Erynnis.* Seneca in Oedipo:

Rupere Herebi claustra profundi
Turba sororum face Tartarea
Mors alta auidos oris hiatus
Pandit, & omnes explicat alas.

Sic in Sacris Propheta: *Infernus dilatauit animam suam, & aperuit os suum absq; omni termino.* Lactantius:

Inferus insatiabiliter caua guttura pandit.

Apud Ammian. Marcellinum mille locis legimus: velut; *Cuncta cientibus Furiis.* Et; *Lituos Bellona luctuosos inflaret.* Et; *Iam lituis cladium concrepantibus.* Et; *Bellonæ faces accenderant.* Et; *Cœtus Furiarum horrificus totius Asiæ ceruicibus insedit.* Et; *Malorum ciuilium buccinas inflabant.* Et cætera: quis enim omnia possit persequi? Seneca lib. 4. Natural. quæstion. scribit, in summis malis exclamasse Menandrum: *Omnes mali viuunt.*

v. 28. *Deformis*] Leg. *Deformi.*

v. 30. *Parte alia plenos*] Prodigia belli futuri prænuncia.

v. 36. *Fulmina*] Leg. *Flumina.*

v. 34. *Armorum strepitu*] Virgil. Georg. 1.

Armorum sonitum toto Germania cœlo
Audiit —— Et Plinius lib. 2. cap. 59. Prolixè Iulius Obsequens de Prodig. Ouidius lib. 15. Metamorph. &c.

v. 35. *Sideribus armis acta ciet*] Legend. *Sideribus ciet acta armis.*

Pag 49. v. 4. *Quippe moras Cæsar*] Incredibilem Cæsaris celeritatem quis non ex historia comperit? Lucanus in 3. Pharsal.

Agmine nubiferam rapto supereuolat Alpem, &c.

Cicero ad Attic. *Ruit hoc τέρας* Et; *Ego scio quem metuam, & quamobrem.* Et; *Arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus,* &c.

v. 6. *Alpibus aëriis*] Hæc omnia petenda sunt ex Appiani 2. & ipso Cæsare libr. 3. de Bello ciuili. Qui Lucanum adiicit, is totam historiæ πραγματείαν feliciter intelliget. Satis est digitum ad fontes intendisse, & quasi de suo lumine lumen accendisse, viamque comiter monstrasse. Virgil. in 6. Æneid.

—— *Quantas acies stragemq; ciebunt*
Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monæci
Descendens gener aduersis instructis Eois.

v. 17. *Intentans cum voce manus*] Aristoteles in lib. de Mundo; καὶ γὰρ πάντες οἱ ἄνοι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, ἰυχὰς ποιούμενοι. Omnes certe de-

precaturi ad cœlum manus tollimus. Nam Deo ſummum locum tribuimus. Vnde toties eſt apud Homerum:

Εὔχετο δὲ, χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Virgil. *Et duplices cum voce manus ad ſidera tendens:*
Cicero lib. 7. Epiſtolar. famil. ad Cæſarem: *Suſtulimus manus.* Meminit & Tertullian. in Apologetic. cap. 23.

v. 27. *mercedibus empta*] Liuius Decad. 3. lib. 10. *Homines miſtæ ex colluuione, quos non fides teneret, ſed merces.* Et Decad. 1. lib. 1. *Apud vagos merces valuit.* Lucanus:

Nulla fides pietasq́ viris, qui caſtra ſequuntur
Venaleſque manus. ibi fas, vbi maxima merces.

Diſcant tandem vagi illi, Cares, vt ne quid aliud dicam, adagium, quod interpres Thucydidis lib. ζ. citat: ἐπιπεδάσκει δ' ὁ κακὸς πάντα πρὸς ἀργύριον.

v. 36. *Cadat alea*] Lucanus: *Cadat alea fati.*

Pag. 50. v. 2. *pepulitque è mentibus*] Leg. *è montibus.*

v. 3. *de parte ſiniſtra*] Ennius: *Cum tonuit lævum bene tempeſtate ſerena.* Cicero lib. 2. de Diuinat. Eſt apud Homerum & Virgilium.

v. 4. *ſequenti*] quia vet. cod. habet, *Inſolita flammæ*, videtur legendi *ſequentes* ſcilicet *voces.*

v. 15. *ſtabat victa fluctus*] Leg. *ſtabant & victa.*

v. 37. *Romano toniton feritom.* Leg. *tonitru, ferri omnia ſigna.*

Pag. 51. v. 2. *Arma, cruor*] Homerica exaggeratio, Iliad. λ.

ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ τ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.

Et Odyſſ. λ. ὑσμίνῃσι, μάχῃσι, φόνοις τ', ἀνδροκτασίῃσι.
Silius Italicus in 6. *Ventum erat in pugnamq́, & Martem, & prælia, & hoſtem.*

v. 4. *Pectora perq́ duas ſcinduntur*] Virgilius: *Atq́ animum celerem nunc huc, nunc diuidit illuc.* Quod & ipſum eſt Homericum.

v. 8. *tantum fugit*] Vnde Cicero dicebat: *Ego verò quem fugiam, habeo; quem ſequar, non habeo:* l. 8. Epiſt. ad Attic. Et meminit Macrob. l. 2. Saturn.

v. 13. *Ille manu trepida*] Belli metus & Panica conſternatio. Euripides Supplicib. ὁρῶντι παῖδας τοὺς δ' ἔχοντας ἐν χεροῖν. Iphigenia in Tauris: τὸ βρέφος ἔλιπον ἀγκάλαις. Diodorus Siculus, l. ιθ. νηπίους παῖδας ἐν ἀγκάλαις φερομένους. Ariſtoph. Theſmophoriaζουσ. Ἐξαρπάσας μοι τὸ παιδίον ἀπὸ τοῦ τιτθίου. Virgil.

Et pauidæ matres preſſere ad pectora natos.

Pacatus in Panegyric. *Matres penſa manibus abiecerunt.* Homerus Iliad. χ. χαμαὶ δὲ οἱ ἔκπεσε κερκίς: de Andromache vtitur. Et Euripid. de Hecuba Troadibus. Virg. 9. Excuſſi manib. radij. Et Ouid. lib. 2. Faſtor. de Lucretia. Idem l. 12. Metamorph. *Captaq́ erat vrbis imago.* Quintilian. li. 8. captę vrbis expugnationē ex bono ſcriptore refert. Et Cicero lib. 4. ad Herennium.

niam. Excidium Cremonæ Tacitus lib. 19. elegantissimè describit, &c. Atque hæc omnia Arbitro magnam lucem inferunt.

v. 17. *oneris ignara*] Talis Æneæ pietas celebratur. Xenophon in lib. de Venation. Virgil. in lib. 2. Æneid. Ouid. lib. 13. Metamorph.

—— Sacra altera patrem
Fert humeris venerabile onus Cythereius heros. Idem lib. 1. Fastor. *Iam pius Æneas sacra, & sacra altera patrem Afferet.* Idem lib 4 Fastor.

Hinc satus Æneas pietas spectata per ignes
Sacra, patremque humeris altera sacra tulit.

Idem Epistol. Didonis ad Æneam:

Diua parens, seniorq́, pater, pia sarcina nati.

Tale est, nobile epigramma Græcum in Æneæ φιλοστοργίαν:

Ἐκ πυρὸς Ἰλιακοῦ, δορὸς τῶν μέσον ἥρπασεν ἥρως
Αἰνείας ὅσιον παισὶ βάρος πατέρα.
Ἔκλαγε δ᾽ Ἀργείοις, μὴ ψαύετε, μικρὸν ἐς ἄρη
Κέρδος ὁ γηραλέος, τῷ δὲ φέροντι μέγα.

Latine sic Marullus:

Quum ferres medios proles Cytherea per hostes
Impositi collo languida membra patris.
Parcite, ait, Danai: leuis est sene gloria rapto,
At non erepto gloria patre leuis.

Simile quiddam refert Ioannes Stobæus Sermon. 77. de Cadmo & Agaue. Nec minore pietate celebres haberi debent, qui vel belli tempestate bonos libros efferunt, aut tineis & blattis eripiunt. Nihil addo: μή τις Ἀχαιῶν ἄλλος ἀκούσῃ.

v. 27. *Et piratarū scopulus*] scribe, *peiratarum*. Piratas (quib. nomen fecit ἡ πεῖρα, ἡ βλάβη, δόλος καὶ τέχνη) attriuit Pompeius. Id quod vbiq; dicitur. Vnde pulchre *scopulus piratarum* dicitur. Ita Cassius *reorum scopulus* dictus fuit, autore Val. Maximo lib. 3. c. 7. Cicero lib. 3. de Oratore: *Scopulus patrimonii & vorago*. Florus li. 4. de Bello Parthic. *Scopulus publ. securitatis Antonius.*

v. 26. *Iuppiter horruerat*] Breuis rerum gestarum Pompeij Magni descriptio extat in antiquis Inscriptionibus Romanis, & nuper etiam Basileæ cum Instrumento Veiturorum per Robertum nostrum editus est. Meminit Cicero Philippic. 13. Velleius Paterculus lib. 2. Festus Rufus in Histor. Roman. Plinius lib. 7. epist. 27. Plutarch. in Pompeio, & Appianus lib. 2. prolixè, &c.

v. 29. *Bosphoros*] scrib. *Bosporos*. Interpretatur Interpres Apollonij Rhodii Argonautic. lib. 2. & lib 6. Sed diuersa ratione scriptor rerū Romanarū lib. 16. Corn. Tacitus lib. 12. eleganter *arctissimum diuortiū* vocat.

v.36. Pax prima] Describitur fuga Deorum. Sic Hesiodus de Iustitia, & Aratus de Astræa.

Pag.52.v.5. *Bellona minax*] Virgil.lib.1.Æneid.

—— Furor impius intus
Sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Calphurnius Eclog. 1. —— *Dabit impia victas*
Post tergum Bellona manus, spoliataq́ telis
In sua vesanos torquebit viscera morsus.

Plinius lib.35.cap.10. *Apelles pinxit Belli imaginem restrictis à tergo manibus.*

v.20. *Discordia*] Versus illi ab optimis quibusq; scriptoribus maximè cōmendantur. Seneca li.2.de Ira: *Vel si videtur, qualis apud Vates nostros est.*

Sanguineum quatiens dextra, læuaq́ flagellum,
Aut scissa gaudens vadit Discordia palla.

v.27. *Hæc vt Cocyti*] Leg. *Hæc vbi.*

v. 31. *Atque has erupit*] Leg. *Inque has erupit.*

Pag.53.v.10. *Quid genus hominum*] Homerus non vno loco: τίς, πόθεν, εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες. Et noster.

Qui genus, vnde domo? pacem ne affertis an arma?

Orpheus in Argonautic. ὅτι ναυλιστῆρες &c. Sic enim veteres interrogare solebant, vt scribit Thucydid. in princip.

Pag.54.v.18. *quicquid dixero, minus erit*] Est apud Homerum & Virgilium. Pacatus in Panegyric. *Noua dicendi lex, vt cum omnia videaris silere, quæ summa sunt, ostendas tamen superesse maiora,* &c.

v.20. *Malarum scripturam*] Philostratus Epistolis: μίλτος παρειὰν γράφουσα. Item: γραφίδι τῶν παρειῶν. Lucianus in Amoribus: πρῶτον ὑπογραφέντας αὐτοῖς τοῦ χνοῦ. Ammian. Marcellinus lib.16. Et lib. 29. *Prima lanugine iuuenis.* Silius in 2. *Nondum signatæ flaua lanugine malæ.*

ibid. *& fusus confinio[illegible].*] fort. *fusius confin.*

v. 26. *Iuppiter armis*] In Græcis Epigrammatis:

Ζεὺς, κύκνος, ταῦρος, Σάτυρος, χρυσὸς δι' ἔρωτα,
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

Quæ sic vertit Thomas Morus:

Taurus, olor, Satyrusq́, ob amorem & Iuppiter aurum est
Ledes, Europes, Antiopes, Danaes.

Pag.55.v.1. *inuenies religiosum*] hoc obscænius dictum est.

v.7. *Sirenum concordiam*] Versus sunt apud Homerum Odyss.lib. μ. conuersi in Latinum valde bene à M. T. Cicerone lib.5. de Finib. bonor. & malor.

v.10. *Libentis mundi*] Leg. *labentis.*

v.16. *Mollioribus pluma*] Catullianum est.

v.18. *Ideo quales*] Homerus Iliad. ξ.

Τοῖσι δ' ὑποχθὼν δῖα φῦεν νεοθηλέα ποίην
Λωτόνθ' ἑρσήεντα, ἠδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον.

Meminit Plinius lib. 21. cap. 7. Philostratus in Epistol. In Panegyrico dicto Constantino: *Ioui & Iunoni recubantibus nouos flores terra submisit*, &c.

v. 21. *molle ciperen*] Leg. *cipere.*

Pag. 56. v. 3. *Nocte soporifera*] Lucianus ita festiuissimè ludit lib. β. verar. narration. & Pacatus in Panegyric. Est & apud Apollonium in Argonauticis. Et Lucretius in 4.

Denique cum suaui deuinxit membra sopore
Somnus, & in summa corpus iacet omne quiete,
Tum vigilare tamen nobis & membra mouere
Nostra videmur ----- & quæ plura sequuntur.

Virgilius lib. 12. Æneid.

Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus. non lingua valet, non corpore notæ
Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur.

Claudianus in Præfat. VI. Consulat. Honorii:

Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno
Pectore sopito reddit amica quies.
Venator defessa thoro cum membra reponit,
Mens tamen ad syluas & sua lustra redit:
Iudicibus lites, aurigæ somnia currus,
Vanaq; nocturnis meta cauetur equis.
Furto gaudet amans; permutat nauita merces,
Et vigil elapsas quærit auarus opes.

Est apud me mire bonus liber aliquot veterum Epigrammatum, literis plane Langobardicis, immo nonnunquam ignorabilibus descriptus: In quo leguntur & illi versus Arbitro nostro nominatim inscripti; quos in gratiam studiosorum libenter adscribo.

Petronii Arbitri de Somniis. Pag. 33. v. 10.

Somnia quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,
Non delubra Deûm, nec ab æthere Numina mittunt:
Sed sibi quisque facit. nam cum prostrata sopore
Languent membra, quies & mens sine pondere ludit.

Quicquid luce fuit, tenebris agit, oppida bello
Qui quatit, & flammis miserandas sæuit in vrbes,
Tela videt, versasq; acies, & funera Regum,
Atque exundantes perfuso sanguine campos.
Qui caussas orare solent, legesq; forumq;,
Et pauido cernunt inclusum corde tribunal.
Condit auarus opes, defossumq; inuenit aurum,
Venator saltus canibus quatit, eripit vndis
Aut premit euersam periturus nauita puppim,
Scribit amatori meretrix, dat adultera munus,
Et canis in somnis leporis vestigia latrat,
In noctis spatio miserorum vulnera durant.

Tantum est.

v.23. *sine neruis posse ire*] Leg. *iri*: vel interpone, *nos posse ire*.

v.26. *tubicines mittas*] *tibicines.* Elegantissimè scipionem aut baculum, quo se pedibus ægri vel capiti iuuant, appellat *tibicines*. Et est metaphoricôs dictum. Nam *tibicines* versus dicuntur, qui ad solam sustentationem adhibentur, vt Seruius in 6. lib. Virgil. Æneid. docet: & meminit Marius Victorinus.

v.30. *nec speculum mihi*] Extat epigramma Græcum titulo Platonis de Laide Veneri dicante speculum; quod ita vertit Ausonius:

Lais anus Veneri speculum dico, dignum habeat se
Æterna æternum forma ministerium.
At mihi nullus in hoc vsus, quia cernere talem
Qualis sum nolo, qualis eram nequeo.

v.32. *Solent, inquit, fieri, & præcip.*] interpone, *solent, inquit, hæc fieri, & præcip.*

v.33. *Lunam deducunt*] Virgil. Eclog. 4. Et Æneid. lib. 4. *Hæc se carminibus promittit soluere curas* &c. Id quod passim apud omnes Poëtas est obuium. Tibull. Eleg. 2. lib. 1. Lucanus in 9. Seneca Tragicus Hippolyto, & Ouidius non semel. De Thessalico rhombo nihil dicam: nam alibi copiosè dixi. Certè Plato in Gorgia, dum sic inquit: τὴν σελήνην καθαιρούσαις ταῖς Θετταλικαῖς. Prouerbio dixit, *Lunam deducere*, hoc est, suo sibi capiti malum accersere.

v.36. *apud se non est*] Terentianum est.

Pag. 57. v. 8. *dum omni concupisco*] Leg. *dum omnino concup.*

v.36. *Et baccis redimita Daphne, tremulæq; cupressus*] Leg. *Et baccis Daphne redimita, altæq; cupressi.*

Pag. 58. v. 4. *marmoreis ciuibus*] Leg. *crinibus.*

v.8. *to-*

v.8. *pariete interiecto*] Leg. *interiecto.*

v.8. *totus venisti*] Nihil dicam apertius: at iracundæ sic solent alloqui *mares inutiles*, vt vocat Marcellus Medicus: Cicero in VII. Verrina, *non promptissimos*: Plautus, *qui nihil agant nisi præsentibus testibus.*

v.9. *temptas*] scrib. *tentas.*

v.27. *omnium ve malor.*] dele, τὸ *ve.*

v.29. *coliculi thyrso*] Suetonius Augusto: *Thyrsus lactucula.* Plinius lib. 19. de brassica mea. Vtitur & Columella in Hortulo. recte verè, *languidior caulis thyrso*: Sic Plaut. Sticho: *Non magis stare potest, quam fungus imbri.* Octauius Horatianus, minimè malus autor, dixit *vitium turiones mollissimos.*

v.37. *Erectus in cubitum*] Plautus: *Ædificat, columnam mento fecit suo.* Lucianus in Dialog. de Mercede conduct. scribit Herculem, hospitem Pholi Centauri, sic à pictoribus expressum fuisse, vt altero cubito humi fixo inniteretur, & dextera scyphum tolleret.

Pag. 59. v. 5. *Illa solo fix.*] Virgilii versus.

v.10. *cum ea parte corporis*] Stoicum est. Ita de *menta* pusilla Cicero iocatur. Et ille:

Est olus in nostris passim quod nascitur hortis:
Quod si diminuas, iam caro, non olus est.

Nam *menta* diminutiuum est *mentula*. Et tamen Socrates à *Conno* fidibus didicit.

v.11. *Perfricata fronte*] Cicero lib. 1. Epistolar. ad Attic. *Vt frontem ferias.* Item in Bruto: *Frons non percussa.*

v.15. *num vt Vlixes cum corde lit.*] Homerus Odyss. υ. —κραδίη δέ οἱ ἔνδον ὑλάκτει &c. Ennius, vt Varro de Ling. Latin. citat, *Animus cum pectore latrat.* Et:

Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ' ἔτλης:
Corde feras magno, quoniam grauiora tulisti.

Virgilius: *O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem.*

v.25. *Epicurus in arce*] Quintilian. lib. 12. *Cicerone tunc arcem eloquentiæ tenente.* Quanto verò rectiùs Epicurũ dicit Arbiter *arcem veritatis tenere?* Nam Philosophũ hunc è Græcis multi sic defendunt, vt putent vix aliquem meliorem extitisse. Tale est hoc epigramma, titulo Menandri:

Χαίρε Νεοκλείδα, δίδυμον γένος, ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
Πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ', ὁ δ' ἀφροσύνας.

Neocles pater fuit Themistocli, qui seruitutem à patria fortissime depulit. Fuit & alter Neocles pater Epicuro, qui mentes hominum ex densissimis vitiorum tenebris eripuit. Id quod & Lucretius in 1. scribit:

Qui

Varro lib. 3. de Re rust. cap. 2. *vbi nunc vides citrum.* Nam de luxu & insania mensarum loquitur. Meminit & de *citro ex Atlante* Plinius & Martialis. Et Seneca luxuriæ seculi sui *citri radices* obiicit, vt in Tertullianum à nobis egregie restitutum (nihil magnum dico) longe prolixius dixi.

ibid. *Greges seruorum*] *Ne Sannione quidem domi relicto*, vt est apud Terentium, & Ammian. Marcellinum. Sic L. Apuleius in 1. Apologet. *Imperatores quidam Romani paucitate famulicii gloriati sunt. M. Antonius octo seruos habuit, Minius Curius duos calones, pauciores seruos habuit, quam triumphos. M. Cato tris secum in Hispaniam ex vrbe duxit.* Id quod Athenæus lib. 6. Dipnosoph. abunde docet. Seneca de Consolat. ad Albinam: *Vnum fuisse Homero seruum, tres Apollini, nullum Zenoni satis constat* &c.

v. 5. *Maculis*] Seneca lib. 1. de Tranquillitate vitæ: *Mensa varietate macularum conspicua, & per successiones nota.* Idem lib. 7. de Beneficiis. *Æstimatum lignum Senatoris censu.* Tertullian. de Pallio: *Quantis facultatibus æstimauere ligneas maculas.* Meminit Paulus Iureconsult. in tit. Pandectar. *de actionib. empti.*

v. 6. *Quæ sensum turbant hostiale ac male nobile lign.*] Legend. est, *Et sensum turbat tandem male nobile lignum.*

v. 9. *Scarus*] Columella lib. 8 cap. 16.

v. 12. *Phasidis vnda*] Plinius lib. 26. cap. 8. *Huic nauigatur ad Phasin, huic profunda vadis exquiruntur.* Et libr. 19. cap. 4. *Aues vltra Phasidem amnem peti, & fabuloso quidem terrore tutas, imò sic pretiosiores.* Columella lib. 8. cap. 8. *Quanquam vel hos magis tolerabiles putem, qui oblectamenta delitiarum possidendi habendique causa graui are & argento pensent, quam eos, qui Ponticum Phasin, & Scythica stagna Mæotidis eluant, iam nunc Gangeticas & Ægyptias aues temulenter eructant.* Seneca Consolat. ad Albinam: *Vltra Phasin capere volunt, quod ambitiosam popinam instruat.* Demosthenes in Epitaphio dixit, ἕξω φάσιδος ἐκβαλεῖν. Nos etiam adagio dicimus: *Extra Herculis columnas.* Pacatus in Panegyric. reprehendit etiam *peregrini aëris volucres.* Meminit & Lucianus de Mercede conductis. Manilius in 5.

Quod modo militiæ Numidarum pascimur oris
Phasidos, & dulcis arcessitur inde macellum.

Martialis lib. 13. lemmate, *Phasianus:*

Argiua primum sum transportata carina,
Ante mihi notum nil nisi Phasis erat.

Hæ sunt aues, quibus auolant patrimonia, vt D. Hieronymus ad Saluinam scribit.

Pag.

Pag.16. *verrunt*] alias, *vendunt*. Leg. *vertunt*.

v.17. *Venalis populus*] Salustius non semel in Bello Iugurthino, *Romae omnia venalia esse*. & alibi Florus cum Iustino.

v.27 *geminum deprensum gurg.*] Leg. *gemino deprensum in gurg.*

v.29. *Nullum sine pignore corpus*] de nexis Liuius, & A. Gellius lib. 20. cap.1. Plutarch. de simili lege Solonis in lib. de Vsura.

v. 22. *Inops audacia tuta*] Salustius in Catilina: *Egestas est sine damno*. Et alibi A. Gellius: *Egentissimos excitandae factioni esse aptissimos*.

v.36. *excissa libido*] Leg. *excisa*.

v.ult. *feralis Erynis*] Scribe *Erynnis*.

Pag. 47. v.1. *Magnus*] Lucianus recte *truncum* vocat. Extat in Pompeium versus Adriani Caesaris in Graecis Epigrammatib. à Dione etiam laudatus:

Τῷ ναοῖς βρίθοντι, πόσ σπάνις ἔπλετο τύμβου;

v. 6. *Dicarchidos*] Leg. *Dicearchidos*. Statius lib. 2. Syluarum in Surrentino Pollij:

Celsa Dicarchaei speculatrix villa profundi.

Plinius lib.3. cap.5. *Deinde Puteoli colonia, Dicearchia dicti*. Meminit Strabo, & Stephanus de Vrbibus, & noster Festus Pompeius.

v.7. *Cocyta*] Leg. *Cocyti*.

v.11. *virgulta loquuntur*] *Psithyrisma* vocat Theocritus. Martianus Capella in Musica: *Quoq; procerior arbor est, & in altum tendit, eo magis acutum sonum reddit: quaecunq; vero quam minimum ab radice absunt, grauius & rauco murmure quatiuntur*. Meminit & Seneca in Natural. quaestionib. L. Apuleius lib. 11. Asini: *Arbores clementi motu brachiorum obsibilabant*. Ausonius ad Paulinum:

Est & arundineis modulatio musica ripis,
Atque arguta suis loquitur coma pinea ventis,
Incubuit foliis quoties leuis Eurus acutis.

Cornelius Seuerus:

Pinea frondosi coma murmurat Apennini.

Catullus: Nam Cythorio in iugo

Loquente saepe sibilum edidit coma.

Claudianus 1. lib. de Rapt. Proserpinae:

Stridula comferis modulatur carmina ramis.

Idem de Nuptiis Honorii & Mariae:

Et platano platanus, alnoq; assibilat alnus.

Nemesianus Eclog 1.

Obstrepat & vento nobis ne garrula pinus.

v. 13. *Cupreſſu*] Lucanus in 3. *Et non plebeios luctus teſtata, cupreſſus.* Et prolixè Plinius.

v. 15. *Cana ſparſus fau.*] Leg. *cana.*

v. 22. *Ipſa ſuas vires odit*] Liuius in præfat. 1. decadis: *Vt iam magnitudine laboret ſua.* Et; *Iampridem præualentis populi vires ſeipſa conficiunt.* Horatius Epod. de bello ciuili. Tale quiddam ſcribit Æmilius Probus in Ageſilao, & Q. Curtius in 10.

v. 29. *Mollibus in ſanis tellus. iam montibus auſtris*] Legend. eſt: *Moliquus inſanis tellus: iam montibus hauſtis.* ita enim habet vet. cod.

v. 31. *Inferni manes*] Homerus Iliad. lib. v.

ἔδδεισεν δ' ὑπένερθεν ἄναξ ἐνέρων ἀϊδωνεύς,

& quæ ſequuntur.

v. 35. *Ora cruore*] Ita Alexander Macedo de ſe loquitur apud Lucian. in Dialogo Scipione: ὑμεῖς ἴστε ὅσους ὑμῖν νεκροὺς ἐπὶ μιᾶς ἡμέρας κατέπεμψα. φησὶ γοῦν ὁ Πορθμεὺς μὴ διαρκέσαι τὸ σκάφος αὐτοῖς τότε. Nicocles Rex de malis Medicis dicebat hoc Homericum: πολλὰς δ' ἰφθίμους ψυχὰς ἄϊδι προΐαψεν.

v. 36. *Theſſiphona*] Scribe ex vet. cod. *Tiſiphone.*

v. 37. *Syllanus enſis*] Quis hæc ignorat? Sed audi Senecam lib. 1. de Clementia: *Sylla cum in vicino ad ædem Bellonæ ſedens exaudiſſet conclamationem tot militum ſub gladio gementium, exterrito Senatu; hoc agamus, inquit, Patres conſcripti: Seditioſi pauculi meo iuſſu occiduntur. Hic non eſt mentitus; pauci Syllæ videbantur,* &c. Plutarch. in Sylla, & nos prolixè in *a Reconditis lectionibus.*

a Hæ nondū prodierunt.

v. 38. *Nutritas ſanguine fruges*] Eruditiſſime dictum. Seruius in Virgil. verſu lib. 12. *& Diis communibus aras Gramineas --Marti gramen eſt ſacrum, quod ſecundum Plinium ex humano cruore procreatur* &c. Eſt apud Plinium lib. 2. cap. 63. & alibi. Meminit & L. Apuleius in libr. de Herbis: & *b* Leontius Mythographus, author minimè malus, ſuperioribus annis à nobis tantum non ab inferis excitatus, & aliquando cum Philologis *c* communicandus. Ouid. in Epiſtolis:

Luxuriat Phrygio ſanguine pinguis humus.

Corteſius in Coruino:

Et madidæ humano pingueſcunt ſanguine glebæ.

Tale quiddam de *agroſti* ſcribit Suidas in πεβλτος.

b Pontius Leontius Burdegalẽſis cuius meminere Sidonius & Fortunatus.

c Non præſtitit: & Leontius adhuc latet, aut periit in bello Smalkaldico, cū numeroſis aliis bonis ſcriptoribus.

Pag. 48. v. 4. *Si modo fas eſt mihi vera impune probari*] Legendum eſt: *Hac modo fas impune mihi eſt ſi vera profari.*

v. 17. *Protheus*] Leg. *Porthmeus.*

v. 20. *Pallida Theſſiphone*] ſcrib. *Tiſiphone.* Bellum à *Furiis* immitti docent

cent omnes Poëtæ. Sed & Historici, semel impendentibus omnibus vltimis, sic loqui consueuerunt. Hoc Virgilius *Alecto* tribuit. Ouid. *Qua terra patet, fera regnat Erynnis.* Seneca in Oedipo:

Rupere Herebi claustra profundi
Turba sororum face Tartarea
Mors alta auidos oris hiatus
Pandit, & omnes explicat alas.

Sic in Sacris Propheta: *Infernus dilatauit animam suam, & aperuit os suum absq; omni termino.* Lactantius:

Inferus insatiabiliter caua guttura pandit.

Apud Ammian. Marcellinum mille locis legimus: velut; *Cuncta cientibus Furiis.* Et; *Lituos Bellona luctuosos inflaret.* Et; *Iam lituis cladium concrepantibus.* Et; *Bellonæ faces accenderant.* Et; *Cœtus Furiarum horrificus totius Asiæ ceruicibus insedit.* Et; *Malorum ciuilium buccinas inflabant.* Et cætera: quis enim omnia possit persequi? Seneca lib. 4. Natural. quæstion. scribit, in summis malis exclamasse Menandrum: *Omnes mali viuunt.*

v. 28. *Deformis*] Leg. *Deformi.*

v. 30. *Parte alia plenos*] Prodigia belli futuri prænuncia.

v. 36. *Fulmina*] Leg. *Flumina.*

v. 34. *Armorum strepitu*] Virgil. Georg. 1.

Armorum sonitum toto Germania cælo
Audiit —— Et Plinius lib. 2. cap. 59. Prolixè Iulius Obsequens de Prodig. Ouidius lib. 15. Metamorph. &c.

v. 35. *Sideribus armis acta ciet*] Legend. *Sideribus ciet acta armis.*

Pag 49. v. 4. *Quippe moras Cæsar*] Incredibilem Cæsaris celeritatem quis non ex historia comperit? Lucanus in 3. Pharsal.

Agmine nubiferam rapto superenolat Alpem, &c.

Cicero ad Attic. *Ruit hoc τέρας* Et; *Ego scio quem metuam, & quamobrem.* Et; *Arma dedimus, vt nunc cum bene parato pugnaremus,* &c.

v. 6. *Alpibus aëriis*] Hæc omnia petenda sunt ex Appiani 2. & ipso Cæsare libr. 3. de Bello ciuili. Qui Lucanum adiicit, is totam historiæ πραγματείαν feliciter intelliget. Satis est digitum ad fontes intendisse, & quasi de suo lumine lumen accendisse, viamque comiter monstrasse. Virgil. in 6. Æneid.

—— *Quantas acies stragemq; ciebunt*
Aggeribus socer Alpinis, atq; arce Monæci
Descendens gener aduersis instructis Eois.

v. 17. *Intentans cum voce manus*] Aristoteles in lib. de Mundo; καὶ γὰρ πάντες οἱ ἄνθρωποι ἀνατείνομεν τὰς χεῖρας εἰς τὸν οὐρανὸν, εὐχὰς ποιούμενοι. Omnes certe de-

hH precа-

precaturi ad cœlum manus tollimus. Nam Deo summum locum tribuimus. Vnde toties est apud Homerum:

Εὔχετο δὲ, χεῖρ' ὀρέγων εἰς οὐρανὸν ἀστερόεντα.

Virgil. *Et duplices cum voce manus ad sidera tendens:* Cicero lib. 7. Epistolar. famil. ad Cæsarem: *Sustulimus manus.* Meminit & Tertullian. in Apologetic. cap. 23.

v. 27. *mercedibus empta*] Liuius Decad. 3. lib. 10. *Homines mistæ ex colluuione, quos non fides teneret, sed merces.* Et Decad. 1. lib. 1. *Apud vagos merces valuit.* Lucanus:

Nulla fides pietasq́ viris, qui castra sequuntur
Venalesque manus. ibi fas, vbi maxima merces.

Discant tandem vagi illi, Cares, vt ne quid aliud dicam, adagium, quod interpres Thucydidis lib. ζ. citat: πτωχεύει δ' ὁ κακὸς πάντα πρὸς ἀργύριον.

v. 36. *Cadat alea*] Lucanus: *Cadat alea fati.*

Pag. 50. v. 2. *pepulitque è mentibus*] Leg. *è montibus.*

v. 3. *de parte sinistra*] Ennius: *Cum tonuit læuum bene tempestate serena.* Cicero lib. 2. de Diuinat. Est apud Homerum & Virgilium.

v. 4. *sequenti*] quia vet. cod. habet, *Insolita flammas,* videtur legendi *sequentes* scilicet *voces.*

v. 15. *stabat victa fluctus*] Leg. *stabant & victa.*

v. 37. *Romano toniton feritom.* Leg. *tonitru, ferri omnia signa.*

Pag. 51. v. 2. *Arma, cruor*] Homerica exaggeratio, Iliad. λ.

ἔκ τ' ἀνδροκτασίης, ἔκ τ' αἵματος, ἔκ τε κυδοιμοῦ.

Et Odyss. λ. ὑσμίναις, μάχαις, φόνοις, ἀνδροκτασίαις.

Silius Italicus in 6. *Ventum erat in pugnamq́, & Martem, & prælia, & hostem.*

v. 4. *Pectora perq́ duas scinduntur*] Virgilius: *Atq́ animum celerem nunc huc, nunc diuidit illuc.* Quod & ipsum est Homericum.

v. 8. *tantum fugit*] Vnde Cicero dicebat: *Ego verò quem fugiam, habeo, quem sequar, non habeo:* l. 8. Epist. ad Attic. Et meminit Macrob. l. 2. Saturn.

v. 13. *Ille manu trepida*] Belli metus & Panica consternatio. Euripides Supplicib. ὁρᾶτε παῖδας τούσδ' ἔχοντας ἐν χεροῖν. Iphigenia in Tauris: τὸ βρέφος ἔλιπον ἀγκάλαις. Diodorus Siculus, l. ιθ. νηπίους παῖδας ἐν ἀγκάλαις φερομένους. Aristoph. Thesmophoriaζus. Ἐξαρπάσας μοι τὸ παιδίον ἀπὸ τοῦ τιτθίου. Virgil.

Et pauidæ matres pressere ad pectora natos.

Pacatus in Panegyric. *Matres pensa manibus abiecerunt.* Homerus Iliad. 10. χαμαὶ δέ οἱ ἔκπεσε κερκίς: de Andromache vsitur. Et Euripid. de Hecuba Troadibus. Virg. 9. Excussi manib. radij. Et Ouid. lib. 2. Fastor. de Lucretia. Idem l. 12. Metamorph. *Captaq́ erat vrbis imago.* Quintilian. li. 8. cap. 3. vrbis expugnationē ex bono scriptore refert. Et Cicero lib. 4. ad Herennium.

niam. Excidium Cremonæ Tacitus lib. 19. elegantissimè describit, &c. Atque hæc omnia Arbitro magnam lucem inferunt.

v. 17. *oneris ignara*] Talis Æneæ pietas celebratur. Xenophon in lib. de Venation. Virgil. in lib. 2. Æneid. Ouid. lib. 13. Metamorph.

—— Sacra altera patrem
Fert humeris venerabile onus Cythereius heros. Idem lib. 1. Fastor.
Iam pius Æneas sacra, & sacra altera patrem Afferet. Idem lib 4 Fastor.
Hinc satus Æneas pietas spectata per ignes
Sacra, patremque humeris altera sacra tulit.

Idem Epistol. Didonis ad Æneam:

Diua parens, seniorq́, pater, pia sarcina nati.

Tale est, nobile epigramma Græcum in Æneæ φιλοστοργίαν:

Ἐκ πυρὸς Ἰλιακοῦ, δορὸς τῶν μέσον ἥρπασεν ἥρως
Αἰνείας ὅσιον παιδὶ βάρος πατέρα.
Ἔκλαγε δ' Ἀργείοις, μὴ ψαύετε, μικρὸν ἐς Ἄρη
Κέρδος ὁ γηραλέος, τῷ δὲ φέροντι μέγα.

Latine sic Marullus:

Quum ferres medios proles Cytherea per hostes
Impositi collo languida membra patris.
Parcite, ait, Danai: leuis est sene gloria rapto,
At non erepto gloria patre leuis.

Simile quiddam refert Ioannes Stobæus Sermon. οζ. de Cadmo & Agaue. Nec minore pietate celebres haberi debent, qui vel belli tempestate bonos libros efferunt, aut tineis & blattis eripiunt. Nihil addo: μή τις Ἀχαιῶν ἄλλος ἀκούσῃ.

v. 27. *Et piratarũ scopulus*] scribe, *peiratarum*. Piratas (quib. nomen fecit ἡ πεῖρα, ἡ βλάβη, δόλος καὶ τέχνη] attriuit Pompeius. Id quod vbiq; dicitur. Vnde pulchre *scopulus piratarum* dicitur. Ita Cassius *reorum scopulus* dictus fuit, autore Val. Maximo lib. 3. c. 7. Cicero lib. 3. de Oratore: *Scopulus patrimonii & vorago.* Florus li. 4. de Bello Parthic. *Scopulus publ. securitatis Antonius.*

v. 26. *Iuppiter horruerat*] Breuis rerum gestarum Pompeij Magni descriptio extat in antiquis Inscriptionibus Romanis, & nuper etiam Basileæ cum Instrumento Veiturorum per Robertum nostrum editus est. Meminit Cicero Philippic. 13. Velleius Paterculus lib. 2. Festus Rufus in Histor. Roman. Plinius lib. 7. epist. 27. Plutarch. in Pompeio, & Appianus lib. 2. prolixè, &c.

v. 29. *Bosphoros*] scrib. *Bosporos.* Interpretatur Interpres Apollonij Rhodii Argonautic. lib. a. & lib 6. Sed diuersa r...tione scriptor rerũ Romanarũ lib. 16. Corn. Tacitus lib. 12. eleganter *arctissimum diuortiũ* vocat.

v. 36. Pax p ima] Describitur fuga Deorum. Sic Hesiodus de Iustitia, & Aratus de Astræa.

Pag. 52. v. 5. *Bellona minax*] Virgil. lib. 1. Æneid.

—— Furor impius intus
Sæua sedens super arma, & centum vinctus ahenis
Post tergum nodis, fremet horridus ore cruento.

Calphurnius Eclog. 1. *—— Dabit impia victas*
Post tergum Bellona manus, spoliataq́; telis
In sua vesanos torquebit viscera morsus.

Plinius lib. 35. cap. 10. *Apelles pinxit Belli imaginem restrictis à tergo manibus.*

v. 20. *Discordia*] Versus illi ab optimis quibusq; scriptoribus maximè cõmendantur. Seneca li. 2. de Ira: *Vel si videtur, qualis apud Vates nostros est.*

Sanguineum quatiens dextra, læuaq́; flagellum,
Aut scissa gaudens vadit Discordia palla.

v. 27. *Hac vt Cocyti*] Leg. *Hac vbi.*

v. 31. *Atque has erupit*] Leg. *Inque has erupit.*

Pag. 53. v. 10. *Quid genus hominum*] Homerus non vno loco: τίς, πόθεν, εἰς ἀνδρῶν, πόθι τοι πόλις, ἠδὲ τοκῆες. Et noster.

Qui genus, vnde domo? pacem ne affertis an arma?

Orpheus in Argonautic. ἐπ νωλιζῆς &c. Sic enim veteres interrogare solebant, vt scribit Thucydid. in princip.

Pag. 54. v. 18. *quicquid dixero, minus erit*] Est apud Homerum & Virgilium. Pacatus in Panegyric. *Noua dicendi lex, vt cum omnia videaris silere, quæ summa sunt, ostendas tamen superesse maiora*, &c.

v. 20. *Malarum scripturam*] Philostratus Epistolis: μίλτος παρειὰν γέγραφεν. Item: γραφίαι τῶν παρειῶν. Lucianus in Amoribus: πρῶτον ὑπογραφέντες αὐτοῖς τῷ χνῷ. Ammian. Marcellinus lib. 16. Et lib. 29. *Prima lanugine iuuenis.* Silius in 2. *Nondum signatæ flaua lanugine malæ.*

ibid. *& fusus consin[illegible].*] fort. *fusius consin.*

v. 26. *Iuppiter armis*] In Græcis Epigrammatis:

Ζεὺς, κύκνος, ταῦρος, Σάτυρος, χρυσὸς δι᾽ ἔρωτα,
Λήδης, Εὐρώπης, Ἀντιόπης, Δανάης.

Quæ sic vertit Thomas Morus:

Taurus, olor, Satyrusq́; ob amorem & Iuppiter aurum est
Ledes, Europes, Antiopes, Danaes.

Pag. 55. v. 1. *inuenies religiosum*] hoc obscænius dictum est.

v. 7. *Si renum concordiam*] Versus sunt apud Homerum Odyss. lib. μ. conuersi in Latinum valde bene à M. T. Cicerone lib. 5. de Finib. bonor. & malor.

v. 10.

v.10. *Libentis mundi*] Leg. *labentis.*
v.16. *Mollioribus pluma*] Catullianum est.
v.18. *Ideæ quales*] Homerus Iliad. ξ.

Τοῖσι δ' ὑποχθὼν δῖα φῦεν νεοθηλέα ποίην
Λωτόνθ' ἐρσήεντα, ἠδὲ κρόκον, ἠδ' ὑάκινθον.

Meminit Plinius lib. 21. cap. 7. Philostratus in Epistol. In Panegyrico dicto Constantino: *Ioui & Iunoni recubantibus nouos flores terra submisit*, &c.

v.21. *molle ciperen*] Leg. *cipere.*

Pag. 56. v. 3. *Nocte soporifera*] Lucianus ita festiuissimè ludit lib. β. verar. narration. & Pacatus in Panegyric. Est & apud Apollonium in Argonauticis. Et Lucretius in 4.

Denique cum suaui deuinxit membra sopore
Somnus, & in summa corpus iacet omne quiete,
Tum vigilare tamen nobis & membra mouere
Nostra videmur ----- & quæ plura sequuntur.

Virgilius lib. 12. Æneid.

Ac velut in somnis oculos vbi languida pressit
Nocte quies, nequicquam auidos extendere cursus
Velle videmur, & in mediis conatibus ægri
Succidimus. non lingua valet, non corpore nota
Sufficiunt vires, nec vox aut verba sequuntur.

Claudianus in Præfat. VI. Consulat. Honorii:

Omnia quæ sensu voluuntur vota diurno
Pectore sopito reddit amica quies.
Venator defessa thoro cum membra reponit,
Mens tamen ad syluas & sua lustra redit:
Iudicibus lites, aurigæ somnia currus,
Vanaq́; nocturnis meta cauetur equis.
Furto gaudet amans; permutat nauita merces,
Et vigil elapsas quærit auarus opes.

Est apud me mire bonus liber aliquot veterum Epigrammatum, literis plane Langobardicis, immo nonnunquam ignorabilibus descriptus. In quo leguntur & illi versus Arbitro nostro nominatim inscripti; quos in gratiam studiosorum libenter adscribo.

Petronii Arbitri de Somniis. Pag. 33. v. 10.

Somnia quæ mentes ludunt volitantibus vmbris,
Non delubra Deûm, nec ab æthere Numina mittunt:
Sed sibi quisque facit. nam cum prostrata sopore
Languent membra, quies & mens sine pondere ludit.

Quicquid luce fuit, tenebris agit, oppida bello
Qui quatit, & flammis miſerandas ſæuit in vrbes,
Tela videt, verſasq; acies, & funera Regum,
Atque exundantes perfuſo ſanguine campos.
Qui cauſſas orare ſolent, legesq; forumq;,
Et pauido cernunt incluſum corde tribunal.
Condit auarus opes, defoſſumq; inuenit aurum,
Venator ſaltus canibus quatit, eripit vndis
Aut premit euerſam periturus nauita puppim,
Scribit amatori meretrix, dat adultera munus,
Et canis in ſomnis leporis veſtigia latrat,
In noctis ſpatio miſerorum vulnera durant.

Tantum eſt.

v.23. *ſine neruis poſſe ire*] Leg. *iri*; vel interpone, *nos poſſe ire* &c.

v.26. *tubicines mittas*] *tibicines*. Elegantiſſimè ſcipionem aut baculum, quo ſe pedibus ægri vel capiti iuuant, appellat *tibicines*. Et eſt metaphoricôs dictum. Nam *tibicines* verſus dicuntur, qui ad ſolam ſuſtentationem adhibentur, vt Seruius in 6. lib. Virgil. Æneid. docet: & meminit Marius Victorinus.

v.30. *nec ſpeculum mihi*] Extat epigramma Græcum titulo Platonis de Laide Veneri dicante ſpeculum; quod ita vertit Auſonius:

Lais anus Veneri ſpeculum dico, dignum habeat ſe
Æterna æternum forma miniſterium.
At mihi nullus in hoc vſus, quia cernere talem
Qualis ſum nolo, qualis eram nequeo.

v.32. *Solent, inquit, fieri, & præcip.*] interpone, *ſolent, inquit, hæc fieri, & præcip.*

v.33. *Lunam deducunt*] Virgil. Eclog. 4. Et Æneid. lib. 4. *Hæc ſe carminibus promittit ſoluere curas* &c. Id quod paſſim apud omnes Poëtas eſt obuium. Tibull. Eleg. 2. lib. 1. Lucanus in 9. Seneca Tragicus Hippolyto, & Ouidius non ſemel. De Theſſalico rhombo nihil dicam: nam alibi copioſe dixi. Certè Plato in Gorgia, dum ſic inquit: τὴν σελήνην καθαιρούσας τὰς Θετταλικάς. Prouerbio dixit, *Lunam deducere*, hoc eſt, ſuo ſibi capiti malum accerſere.

v.36. *apud ſe non eſt*] Terentianum eſt.

Pag. 57. v. 8. *dum omni concupiſco*] Leg. *dum omnino concup.*

v.36. *Et baccis redimita Daphne, tremulæq; cupreſſus*] Leg. *Et baccis Daphne redimita, altæq; cupreſſi.*

Pag. 58. v. 4. *marmoreis ciuibus*] Leg. *crinibus.*

v.8. *to-*

v.8. *pariete interictÂ*] Leg. *interiecto*.

v.8. *totus venisti*] Nihil dicam apertius: at iracundæ sic solent alloqui *mares inutiles*, vt vocat Marcellus Medicus: Cicero in VII. Verrina, *non promptissimos*: Plautus, *qui nihil agant nisi præsentibus testibus*.

v.9. *temptas*] scrib. *tentas*.

v.27. *omnium ve malor.*] dele, τὸ *ve*.

v.29. *coliculi thyrso*] Suetonius Augusto: *Thyrsus lactucula*. Plinius lib. 19. de brassica mea: Vtitur & Columella in Hortulo. recte verè, *languidior caulis thyrso*: Sic Plaut. Sticho: *Non magis stare potest, quam fungus imbri*. Octauius Horatianus, minimè malus autor, dixit *vitium turiones mollissimos*.

v.37. *Erectus in cubitum*] Plautus: *Ædificat, columnam mento fecit suo*. Lucianus in Dialog. de Mercede conduct. scribit Herculem, hospitem Pholi Centauri, sic à pictoribus expressum fuisse, vt altero cubito humi fixo inniteretur, & dextera scyphum tolleret.

Pag. 59. v.5. *Illa solo fix.*] Virgilii versus.

v.10. *cum ea parte corporis*] Stoicum est. Ita de *menta* pusilla Cicero iocatur. Et ille:

Est olus in nostris passim quod nascitur hortis:
Quod si diminuas, iam caro, non olus est.

Nam *menta* diminutiuum est *mentula*: Et tamen Socrates à *Conno* fidibus didicit.

v.11. *Perfricata fronte*] Cicero lib. 1. Epistolar. ad Attic. *Vt frontem ferias*. Item in Bruto: *Frons non percussa*.

v.15. *num vt Vlixes cum corde lit.*] Homerus Odyss. υ — κραδίην ἠνίπαπε μύθῳ &c. Ennius, vt Varro de Ling. Latin. citat, *Animus cum pectore latrat*. Et:

Τέτλαθι δὴ κραδίη, καὶ κύντερον ἄλλο ποτ᾽ ἔτλης:
Corde feras magno, quoniam grauiora tulisti.

Virgilius: *O passi grauiora, dabit Deus his quoque finem*.

v.25. *Epicurus in arce*] Quintilian. lib. 12. *Cicerone tunc arcem eloquentiæ tenente*. Quanto verò rectiùs Epicurū dicit Arbiter *arcem veritatis tenere*? Nam Philosophū hunc è Græcis multi sic defendunt, vt putent vix aliquem meliorem extitisse. Tale est hoc epigramma, titulo Menandri:

Χαίρετε Νεοκλείδα, δίδυμον γένος, ὧν ὁ μὲν ὑμῶν
Πατρίδα δουλοσύνας ῥύσαθ᾽, ὁ δ᾽ ἀφροσύνας.

Neocles pater fuit Themistocli, qui seruitutem à patria fortissime depulit. Fuit & alter Neocles pater Epicuro, qui mentes hominum ex densissimis vitiorum tenebris eripuit. Id quod & Lucretius in 1. scribit:

Qui

Qui genus humanum ingenio ſuperauit, & omnes
Reſtinxit ſtellas, exortus vti æthereus Sol.

Tertullian. in Apologetic. cap. 38. *Licuit Epicuris aliquam voluptatis veritatem decernere, ideſt animi æquitatem.* Græci vocant ἐϑυμίαν. De qua, tanquam ſummo bono, Cicero in 5. lib. de Finib. bonor. & malor. Seneca, & Diogenes Laërtius ſcribunt librum prodidiſſe Democritum: & hodie extat elegantiſſimus Commentarius Plutarchi.

v. 29. *frater, ſed eam ſi de ea nocte, qua te mihi Aſcyltos ſubduxit, vſque iniuriam vigilauit*] mendoſa hæc corrigenda in hunc modum: *frater de ea nocte, q. t. m. Aſcyltas ſubduxit, ſi vſque ad iniur. vig.*

v. 32. *Numina*] Venerem ſcilicet.

v. 34. *Quem pulchra Dione*] Leg. *quam*. Nam Dionem Veneri matrem tribuit Homerus Iliad. lib. ε. ἡ δ' ἐν γούνασι πίπτε Διώνης δῖ' Ἀφροδίτη. Theocritus in Ptolemæo: Διώνας πότνια κούρα.

v. 36. *Cui leſos*] Leg. *Lesbos.*

v. 37. *hi peplis*] Leg. *hypæpis*. Ouidius lib. 6. Metamorph. de Arachne:

Orta domo parua paruis habitabat hypæpis.

Meminit Strabo. Et Stephanus de Vrbib. Ὕπαιπα, πόλις Λυδίας, κληθεῖσα ἀπὸ τὸ περικείμενον ὄρος ἀπὸ τὸ αἶπος· καλλίστας ἔχει γυναῖκας, δῶρον Ἀφροδίτης: *Hypæpa Lydiæ vrbs, ſic dicta ab editiore ſitu. habet autem peculiari quodam Veneris beneficio pulcherrimas mulieres.*

Pag. 60. v. 5. *prece quæſo*] ſcrib. *queſo.*

v. 7. *Et quandoq; mihi*] Leg. ex vet. cod. *Et cum læta mihi.*

v. 21. *arundinem oſtio rapuit*] Leg. *arundinem de hoſtio rap.*

v. 24. *obſcuratum*] aliàs, *obuelatum.*

v. 6. *ſuper puluinar*] Plaut. Caſina: *Subducam nauim in puluinarium.*

v. 26. *ætatiſq; longæ*] Veturia Coriolani apud Liuium Decad. 1. lib. 2. *In hoc me longa vita & infelix ſenecta traxit.* Iuuenal. Satyr. 10.

Hæc data pœna diu viuentibus, vt renouata
Semper clade domus multis in luctibus, inq;
Perpetuo mærore, & nigra veſte ſeneſcant, &c.

Idem: *Quod facinus tandem tam longo admiſerat æuo.* Mimus Publianus: *Heu quam pænitenda incurrunt homines viuendo diu.* Luciani:

Ἀλλά με μὴ κλαίοις, καὶ γὰρ βιότοιο μετέσχον,
Παύρου, καὶ παύρων τῶν βιότοιο κακῶν.

Seneca pulchre de improbiſſimo & perditiſſimo dixit: *O dignum hominem, qui vita dederetur,* &c.

v. 29. *Malo aſtro natus*] Adagium eſt? *Quarta Luna natus.*

ibid. *namq; neq; puero puella*] ſcribe, *nam neq; puero neq; puellæ.*

v. 31. *De*

v.31. *De Circes thoro*] Phryne de Xenocrate dicebat, *se non à viro, sed à statua exire.* Diogenes Laërt. & Val. Max. lib. 4. cap. 3. Seneca Controuersiis: *Tanquam à Sacerdote abiit.* Simile quiddam est apud D. Hieronymum ad Saluinam. Plautus Bacchidib. *Lectus ipse malitiam suadet.* Cicero pro Muræna: *In Asia continenter vixisse laudandum est. Et Poëta damnat eam, quæ etiam priuignum Phædra à puriore vita instituto dimouere potuisset.*

v.37. *Quicquid in orbe vides*] Circes veneficia apud Homerũ Odyss. κ.

Pag. 61. v. 11. *Vlixis*] scrib. *Vlyssis.*

v.12. *Protheus*] Leg. *Proteus.*

v.16. *Imperio para te*] Leg. *parete.*

v.21. *Quadrato pallio*] Tertullianus etiam in lib. de Pallio *quadratam iustitiam* vocat. id quod nunc omitto, quoniam apud autorem hunc, nisi fallor, rem exactissimè interpretatus sum: nec metuo, qui diuersum sentiat, modò rectè sentiat.

v.26. *Putaminibus*] Rarum est hoc, *putamina* leguminum dici, sed nõ ineruditũ. Plinius lib. 18. cap. 10. faba, cum suis valuulis *cutem* vocat: Marcellus Medicus *pellem*, Serenus Sammonicus cap. 50. Corn. Celsus *inuolucrum*, Lucretius *vestem*, Plinius non semel *tunicas*. qui & *eualuari*, id est valuulis exui, dixit.

v.29. *Paupertatis ingenium*] Ita Socrates Xenophontis appellat πενίαν, σοφίαν αὐτοδίδακτον. Qua de re multa scribit L. Apuleius in 1. Apologetic.

v.34. *fixerat actu*] Leg. *finxerat.* Persius:

---- *& acri Fingendus sine fine rota.* De reperto figlinarum orbe prolixè diximus in Plinii lib. VII.

v.35. *candice*] Leg. *candice.*

Pag. 62. v. 5. *imaracemis*] Leg. *uva racemis.*

v.7. *Hacates*] Leg. *Hecate.* Vide Politianum in Miscellan. cap. 24. & intelliges esse tibi satisfactum.

v.8. *Baccineas veteres viuando*] Leg. *Battiadis vatis videndo. Battiadem*, Callimachum Poëtam Cyrenẽsem intelligit, ab Aristotele Batto dicto, qui Cyrenen condidit, vt est apud ipsum Callimachum in Hymno in Apollinem, cum Scholiasta. Meminit & Politianus in *Nutritiis*, vbi quidam [a] nugator arrogantissimus [b] nostra ante nos dixit. Expungendus iam & planè radendus è Philologiæ fastis, quoniam, vt Cicero dixit, maluit improbè tollere, quàm humaniter sumere & agnoscere.

[a] Quis iste nugator? An Iodocus Badius Ascensius, qui in vniuersa Politiani opera *Annotationes* scripsit? An verò Nicolaus Beraldus, qui in *Syluam* quoque & *Rusticum* Politiani copiosè commentatus erat? An Ioan. Murmelius, cuius exstant in eundem Rusticum & Syluanum *Annotationes*? Nam Francisc. Sanchez, Academiæ Salmanticæ in Hispania Professor, longè post Brasli. anum *Scholia* sua in Politiani Nutricia; Syluas Rusticum & Mantuani vulgauit.

[b] Commentaria in Nutritia Politiani, edita Norimbergæ apud Petreium anno 1538.

v. 11. *statura altitudinem*] Suetonius Augusto: *Calceamentis altiusculis vsus, vt procerior videretur.* Hoc Persis tribuit Xenophon lib. 8. de Pædia Cyri: *Calceis*, inquit, *aliquid subiiciunt, vt proceriores esse videantur, &c.* De longis alibi multa, neque minus erudita, nisi fallor, diximus.

v. 13. *Coruixcucuna*] Leg. *cucuma.* Hunc locum nominatim citat, & diligẽter interpretatur Angel. Politianus in Miscellan. cap. 30. nec transmisit ex Iureconsultis nostris Budæus in reliquis Pandectarum. Meminit insignis scriptor Arrianus in Epicteto lib. 7. cap. 11. & Marcellus Medicus cap. 26.

v. 15. *excitato funere*] Leg. *cinere.*

v. 17. *ostiolam*] scrib. ex veti Cod. *hostiolum.*

v. 22. *serrato morsu*] Floride dictum. in qua re magistri sunt & bene felices artifices, Plinius, A. Gellius, Arbiter, & alii plures; vix iam ab alio nominandi, nisi qui planè rerum potiatur in hoc emendatissimo dicendi genere. *Geographica vix possunt* ἐνθηρογραφεῖσθαι. Cicero lib. 2. Epistolar. ad Attic.

v. 24. *Defunctorio ictu*] Iureconsulti dicunt *defunctoriè* & *perfunctoriè*. Procopius & Philostratus non semel, ἀπεριέργως.

v. 26. *Stymphalidas*] iis pennas vice telorũ fuisse, ex Euripidis Phryxo scribit Lucilius Tarrhæus in β Argonautic. librum Apollonii Rhodii. De Phinei Harpyiis res est notior ex Apollonio & Virgilio, quamvis multa dici debeant.

v. 28. *Furtiua*] alias, *Phineo.*

Pag. 63. v. 11. *Priapi delitias*] *Anserem* non frustra Priapo sacrum esse dicit. Nam & Iouem putant non in Cicnum, sed in Anserem esse commutatum, cum Ledæ vitium inferret, vt est apud Pausaniam. Nec oscitanter & neglecte dixit Poëta: ---- *Formosior ansere Leda.* Ego puer aliquando lusi, plane anser inter olores:

Anser Amyclæo celebratur nomine Ledæ,
Sed vere tandem Iuppiter anser erat.
Penelopem exhilarat felicior anser Vlysses,
Anser erat terra nobilis atque mari.
At nunc mille Ioues liceat, vix cernere Vlyssem
Vnum: ita virtutis regna caduca ruunt.

v. 34. *nauigat*] Leg. *nauiget*, vt & in seq. vers. *temperet*. pro *temperat*.

Pag. 64. v. 1. *habento*] Leg. *habeto.*

v. 3. *quidnis*] Leg. *quod vis.* & ibidem, *opta* in casu imperandi; pro *optat.*

v. 4. *Et*

v. 4. *Et veniet*] alias, *Eueniet.*

Et hæc hactenus. Tu, *si quid nouisti rectius istis,*

Candidus imperti, si non, his vtere mecum.

Non potui præterire, quæ reperio in exemplo mirè vetusto.

PETRONII ARBITRI TANTALVS.

a *Nec bibit inter aquas, neque poma natantia sumit* — a Pag. 18. v. 3 penult.
Tantalus infelix, quem sua vota premunt.
Diuitis hac magni facies erit, omnia late
Qui tenet, & sicco concoquit ore famem.

MIDAS ET TONSOR.

b *Sic commissa ferens auidus reserare minister* — b Pag. 51. v. 16.
Fodit humum, Regisq; latentes prodidit aures.
Concepit nam terra sonum, calamiq; loquentes
Inuenere Midam, qualem conceperat index.

PROMETHEVS.

c *Cui vultur iecur vltimum pererrat,* — c Pag. 69. v. 6.
Et pectus trahit, intimasq; fibras,
Non est, quem timidi vocant Poëtæ,
Sed cordis mala, Liuor atque Luxus.

Τέλος.

H 2 IOHAN-

Anno Christi 1561.

IOHANNIS AVRATI POETÆ REGII
EMENDATIONES
IN PETRONII ARBITRI SATYRICON.

Ad editionem Chaldæianam Parisiensem de anno 1520.

Quot quibusq; in locis abrumpitur narrationis series.

Pag.5.v.35. * *Quid faciant leges*,&c.
Pag.7.v.18. * *Vtique nostra regio* &c.
Pag.8.v.5. * *Contemni turpe est* &c.
Pag.10.v.23. * *Hodie enim post asellum* &c.
v.25. * *Cur non deuirginatur Panichidis* &c.
Pag.15.v.27. * *Comprobamus factum* &c.
Pag.17.v.38. * *Nomen amicitiæ* &c.
Pag.18.v.7. * *Nec diu tamen lachrymis indulsi* &c.
Pag.20.v.1. * *Qui pelago credit* &c.
Pag.26.v.19. * *O felicem,inquit,matrem* &c.
v.24. * *Profuit etiam Eumos miles* &c.
Pag.27.v.13. * *Dum hac famula inter amantes ludit* &c.
Pag.36.v.29. * *Stante ergo vtraq; acie* &c.
Pag.44.v.31. * *Multos, inquit Eumolpus,iuuenes* &c.
Pag.56.v.18. * *Cubiculum antem meum Chrysis* &c.
Pag.57.v.34. * *Nobilis æstiuas Platanus* &c.
Pag.63.v.34. * *Quisquis habet nummos* &c.

EMENDATIONES.

Pag.1.v.16. *Leuibus enim atque manibus*] Lego,*inanibus*.
Pag.2.v.2. *Certe neq; Platona*] Leg. *Certum neq; Platona*.
v.7. *Corrupta eloquentiæ regula stetit*] Leg. *incorrupta eloq. reg. substitit*.
v.8. *Tuchidis*] Scrib.*Thucydidis*.
v.52. *Compendiarium*] Forte, *compendia iam*.
ibid. *Agamen non*] scribend. *Agamemnon*.
v.17. *Quæ adolescentuli probent*] Leg.*improbent*.

v.26.

v.26. *Qua nihil esse magis consit.*] Leg. *quæ nihil prodesse magnis consit.*
v.27. *Induunt adhuc nascentibus*] Leg. *indunt.*
v.34. *Improbasse studium Luciane*] forte, *Probasse studium Asiana.*
36. *Si quis amat*] forte; *ardet.*
Pag.3. v.3. *Nec perditis abditus*] forte, *in popinis abditus.*
v.5. *Histrionea*] Leg. *histrionia.*
v.6. *Rident Tritonidis*] Leg. *arrident.*
v.10. *Socratico plenus grege imitet*] forte; *Socraticum, plenasque immittat habenas.*
v.20. *Ascylti*] Legend. *Ascylta.*
v.22. *Nescio cur quis*] Leg. *nescio eorum quis.*
ibid. *Agamennonis*] *scrib. Agamemnonis.*
v.25. *Ascylton*] Leg. *Ascyltam.*
v.30. *Ducturam ego putabant*] Leg. *putabam.*
v.31. *Centonem anus*] Leg. *centoni manum.*
v.36. *Lapsus ac moriens*] Leg. *mærens.*
Pag.8. v.7. *Iurgia flebit*] *flectis* Legendum puto, non *nectit.*
Pag.11. v.1. *Puellæ caput involuer.*] Leg. *puella.*
v.10. *Lente manu*] Leg. *lenta manu.*
ibid. *Quia considerantium hæserant*] forte, *qui considerans inhæserat.*
Pag.15. v.28. *Morsum trachem memor.*] forte, *tragicum.*
v.32. *Luxuriæ rictu*] forte, *luxuria & victu.*
v.33. *Clausus pauo*] forte, *exclusus.*
v.37. *Gracilipes è toto listria*] forte, *Histria.*
v.38. *Trepidi temporis*] forte, *tepidi.*
Pag.16. v.1. *Tribacca Indica*] forte, *tibi bacca Indica.*
v.2. *Faleris Peligus*] forte, *Pelagi.*
v.4. *Ad quam rei*] forte, *ad quam rem.*
v.5. *Quo Carchidomos*] Legend. *Quo Carchedonios.*
v.7. *Equum est inducere nuptam ventum*] forte, *Æquum est induere nuptam ad ventum textilem*
Pallam, prostare nudam in thalami lectulo.
Pag.17. v.38. *Nomen amiciæ*] Leg. *amicitiæ.*
Pag.18. v.3. *Grex ait*] Leg. *agit.*
v.4. *Dimittis ille tenet*] Leg. *dinitis ille ten.*
Pag.20. v.3. *Peruinosis*] Leg. *pruinosis.*
v.9. *Sola extruere diuitias*] Leg. *Solas extr.*
Pag. 22. v.1. *Itaq, hercula alis*] Leg. *Hercule alii.*

v.16. *Si ad trecenties septercium Salmis peruen.*] Leg. *Sextercium summam perv.*

v.35. *Hoc titulus fero*] forte, *hoc penitus fera.*

v.36. *Intus hac ad fata*] forte, *Iuratus hac.*

v.37. *In damnum patens*] ita puto legendum, non, *in Danaum.*

Pag.23.v.6. *tradunt manus*] Leg. *tardant m.*

v.7. *Latusque restitit*] Leg. *Lentusq.*

v.10. *Murmurat Robora, moles*] Legend. *murmurat Roborea moles.*

v.22. *Rates vt alia*] Legend. *alta.*

v.28. *Laconti*] forte, *Laconte.*

Pag.24.v.4. *Fundunt vires*] Leg. *viros.*

v.11. *A varis alius*] Leg. *ab aris.*

Pag.26.v.24. *Qui mihi abstulis glad.*] Leg. *abstulit.*

v.29. *Vel carminibus loquaris*] Leg. *ne carminibus loq.*

Pag.27.v.28. *Æstis stridentib.*] Leg. *extis strid.*

v.29. *Statum praliantis componet*] Leg. *componit.*

v.30. *Solers ni par viribus imposuit*] forte, *solertia paria viris reposuit.*

v.33. *Ausa hostialis*] Leg. *ansa host.*

Pag.37.v.2. *Vincite potum*] forte, *pontum.*

v.5. *Vtitur pœnitentia occas.* Legend. *præsenti occasione.*

v.6. *Dux Eumolpo*] Legend. *Eumolpus.*

v.8. *Neque si quid ante hunc diem factum est abiicies*] Leg. *factum est, abiicies.*

v.13. *Vt tu Eumelpon*] forte, *vt tuum Eumolpon.*

v.21. *Compellebat prædem repugn.*] Leg. *prædam.*

v.22. *Textis arundinibus*] Leg. *tectis arund.*

v.27. *Dicta voluerit in caluos*] Leg. *voluare.*

ibid. *Stiginos esque*] forte, *stigmososq; vel, stigmatasq.*

v.33. *Ridet adusta pilis*] forte, *sardet; vel, arat.*

Pag.38.v.1. *Horsi tulere quod cecauit*] forte, *Ponti sydere quod errauit.*

v.5. *Ineptiora prateritius cum ancilla*] Leg. *prateritis, cum ancill.*

v.6. *Triphena*] Leg. *Triphene.*

ibid. *Cornubiq. domine*] Leg. *connubioq. dominæ.*

v.28. *Hyppogeo*] Leg. *hypogæo.*

v.32. *Assidebat ægra lacrymas commendabat lug.*] Leg. *ægra vna ancilla tantummodo lacrimas commend.*

v.34. *Lumen renouabat*] Leg. *lumen.*

v.36. *Omnis ordinis*] Leg. *ordines.*

Pag.

Pag. 39. v. 17. *Vittam manu*] Leg. *manum*.
v. 30. *Caste videbatur*] Leg. *casta*.
v. 34. *Ne hanc quidem partem*] * forte desunt quædam.
Pag. 40. v. 20. *Rod. in animum edile*] Leg. *debile*.
v. 21. *Fæderis verba permittebam meminis*.] Leg. *permittebant*.
Pag. 45. v. 13. *Iamq; si placet hic imp*.] * forte deest aliquid.
v. 22. *Plebeia trita*] Leg. *plebeio*.
v. 23. *Ac spireum cum*] Leg. *Hesperia coccum*.
ibid. *In unda*] Leg. *inora*.
v. 25. *Hinc Numida accusatius*] * forte, Numidæ filii ees.
v. 28. *Anreo fera*] Legend. *Circe fera*.
Pag. 46. v. 3. *Quaq; iure quærit*] Legend. *Quæque viri quærunt*.
v. 4. *Astrumque renident*] Leg. *ostrumque ren*.
v. 10. *Vendunt conchylia*] Leg. *condunt conchylia*.
v. 13. *In littora tantum*] Legend. *in littore*.
v. 23. *Namque dedecoris populo*] Leg. *dedecus est populo*.
v. 27. *Geminum depransam gurgite*] forte, *gemino*, id est Orientali & Occidentali.
v. 28. *Exciderat aris*] forte, *exederat*.
v. 31. *Curis latrantibus erat*] Leg. *errat*.
v. 36. *Excissa libido*] Legend. *excita lib*.
Pag. 47. v. 2. *Perfugit sanguine*] Legend. *perfudit*.
v. 6. *Parthenopen*] Legend. *Parthenopes*.
ibid. *Dicharchidos*] Leg. *Dicaarchidos*.
v. 10. *Verno persona cantu*] nota, *persona* pro personantia, resonantia.
v. 15. *Et caua sparsa fauilla*] Leg. *& rana*.
v. 24. *Luxuriam spoliarum*] Leg. *Spoliorum*.
v. 28. *Et etiam mea regna*] Leg. *En etiam*.
v. 29. *Iam montibus austris*] seus, *haustis*.
v. 35. *Thessiphone*] Leg. *Tisiphone, vt infra*.
v. 36 *Ex quo Syllanus*] Leg. *Ex quo Sullanus*.
Pag. 48. v. 4. *Si modo fas est mihi vera*] Leg. *vera mihi fas est*.
ibid. *Impune probare*] Leg. profari.
v. 7. *Omniaque tribue*] Leg. omnia quæ.
v. 13. *Et Libye*] Leg. *Ex Libye*.
v. 14. *Personas auras*] Leg. *aures*.
v. 20. *Thessiphone*] Leg. *Tisiphone*, vt supra.
v. 27. *Namque ore crueto*] forte debuerat subsequi huiusmodi versus:

Nostrum

Nostrum quadriiugo scandens Sol athera curru.

v.35. *Armis acta ciet*] forte, *demissa ciet.*

Pag.49.v.9. *Cannoque ad sidera vertice*] Legend. *canoque ad sydera.*

v.16. *Hesperia campos lata*] Leg. *latè.*

v.28. *Ac viles opere*] Leg. *opera.*

v.31. *Causam discite ferro*] Leg. dicite.

v.36. *Iudice Fortuna*] iacta forte alea.

v.37. *Et tantate*] Leg. *tentate.*

Pag.50.v.2. *Omnia lata*] Leg. *Omina.*

v.8. *Insolito gressus*] Leg. *insoliti.*

v.53. *Fulmina montib. altis*] Leg. *Flumina.*

v.14. *Missa putares*] Leg. *Spissa put.*

v.15. *Stabat victa fluit.*] Leg. *Stabant, & vincta fl.*

v.19. *Coniecta strue*] Leg *congesta*

v.37. *Romano toniton ferit omnia signa*] Leg. *attonito fert amina scaeua.*

v.38. *Fluitare mare*] Legend. *mari.*

Pag.51.v.4. *Perque duas scinduntur*] Legend. *per dubias.*

v.6. *Et patria est pontus*] forte, *Et patria est timor ipsa*, &c.

v.7. *Fatisq. iubentib. acti*] Legend. *actus.*

v.17. *Oneris ignara iuuentus*] Leg. *humeris ignar.*

v.26. *Repertor Hydaspis*] Leg. *repertus.*

v.34. *Exosa furentis*] Legend. *Furentes.*

Pag.52.v.4. *Erynis*] Leg. *Erynnis.*

v.25. *Atque inter toto*] Leg. *intertorto.*

Pag.53.v.8. *Cratona*] forte, *Certona.*

v.9. *Ampliori fortitudine domum*] forte, *fortuna*; vel, *fortitudine* pro fortuna.

Pag.54. v.20. *Et fusus confinia luminum*] Legend. *fusius.*

v.24. *Parium marmor exstrinxerat*] Leg. *extinxerat.*

v.30. *Tanta modo tang.*] Leg. *tenta.*

v.35. *O iuuenis sororem habet*] Leg. *habes.*

Pag.55.v.9. *Non dixi tibi ancil.*] Legend. *dixit.*

v.10. *Nec mea mater*] Leg. *mea arte.*

ibid. *Libentis mundi*] Leg. *Labentis.*

v.13. *Belieno nece amat*] Leg. *Olienus me amat.*

ibid. *Inter hac nomina*] forte, *inter hac noctis.*

v.18. *Idea quales funditur*] Leg. *fundit.*

v.21. *Ciperen*] Leg. *Cyperis.*

v.25. *Mille obscuris quar.*] Leg. *Osculis.*

Pag.

Pag 56. v. 22. *Peruenieris domum*] Leg. *perueneris*.
v. 23 *Narro ibi*] Leg. *tibi*.
v. 26. *Ad tubicines*] Leg. *tibicines*.
v. 28. *Gytona rogo*] Leg. *roga*.
v. 32. *Solent inquit fieri*] Leg *solent, inquit, ista fi*.
Pag. 57. v. 10. *Per quod etiam te hab.*] Leg. *te habere*.
v. 35. *Trepident vertice*] forte, *crepidanti*.
v. 38. *Rore capillos*] Leg. *lapillos*.
Pag. 58. v. 1. *Iasdon*] forte, *Aëdon*.
v. 3. *Rura colebat*] Leg. *colebant*.
v. 4. *Marmoreis ciuibus*] Leg. *ceruicibus*.
v. 5. *Myrtoq. floranti*] Leg. *florenti*.
v. 8. *Et quid hodie*] Leg. *ecquid*.
v. 27. *Omniumve malorum causa*] Leg. *omnium vel malorum*.
v. 35. *Timore lusu*] Leg. *lusus*.
v. 37. *Ac fere orat.*] Leg. *hac ferè*.
Pag. 59. v. 5. *Fixas oculos*] Leg. *fixos*.
v. 6. *Incerto sermone*] Leg. *incepto*.
v. 12. *Natali conuitio*] Leg. *tali conuicio*.
v. 24. *Membra calore thoro*] Legend. *membra iacere thoro*.
v. 25. *Epirus in arce*] Leg. *Epicurus*.
v. 29. *Sed eam si de*] Leg. *sed bona fide*.
ibid. *Ascyltos*] Leg. *Ascylta*.
ibid. *Vsq. iniuriam*] Leg. *vsq. ad iniur*.
v. 31. *Ab Ascylto*] Leg. *Ascylta*.
v. 32. *Deprecatur sua victima versu*] fortè, *sua crimina*.
v. 36. *Cui Iesos*] Leg. *Lesbus*.
ibid. *Lydus adorat*] Leg. *Nilus ad*.
v. 37. *Templumque tuis imponit hipeplis*] forte, *templisque tuis imponi honores*.
Pag. 60. v. 10. *Festus suis*] Leg. *fœtus suis*.
v. 11. *Spumabat*] Leg. *spumabit*.
v. 21. *Arundinem rapuit ostio*] Legend. *rapit ocyus*.
26. *Altera per te lectuli*] Leg. *parte*.
v. 27. *Quid nos inquit in cellam meam*] Leg. *Quid vos, inquit, in cel.*
v. 30. *Puella bona sua vendere*] Leg. *puero puellæve bona s. v.*
Pag. 61. v. 24. *Leguminis super mensam effugit*] Legend. *effudit*.
v. 29. *Singularemq. rerum*] Leg. *singularesq.*

v.31. *Mermore terra*] Leg. *marmore*.

v.35. *Mollisfille*] Leg. *mollifcella*, vel *mollicella*, in quo tamen *i* breue est.

v.35. *Candice lento*] Leg. *caudice*.

v.38. *Clauis numerabat agrestes*] fortè, *clausos numer.*

Pag.62. v.3. *Mitia seruo*] forte, *mitia porro*.

v.4. *Inter adoratas*] Leg. *odoratas*.

ibid. *Pendebat*] Leg. *pendebant*.

v. 5. *Ima racemis*] Leg. *vua rac.*

v. 6. *Qualis in Actaa*] Deest versus, quo describebatur anus: & sequentes ita sunt emendandi:


> *Qualis in Actaa quondam fuit hospita terra*
> *Digna sacris Hecale, quam Musa loquentibus annis*
> *Battiada veteri viuendam tradidit aevo.*

v.14. *Excitato funere perfugit*] Leg. *cinere perfudit*.

v.27. *Peneque fluentes*] Leg. *pœnasq. luentes*.

Pag.63.v.12. *Si magistratus hoc scierit, ibi crucem*] forte, *tibi crucem figet: polluisti*.

Pag.64.v.1. *Paret non paret habento*] forte, *pauper non possit haberi*.



ERRICI

ERRICI EMMII V. CL. SENATORIS REGII

Anno Christi 1561.

CONIECTVRÆ IN PETRONIVM ARBITRVM.

PAG. 2. vers. 14. In excusis cum scribitur: *Quoniam sermonem habes non publici saporis, & quod rarissimum est, amas bonam mentem)* suspicatus sum aliquando legend. *amas bona* vel *bene monentem.* Quod non alienum erat à serie & ordine orationis: & laudantur ab Hesiodo in versibus vulgo notissimis etiam hi, qui rectè monentes audiunt. Sed fortasse non malè retineri potest vulgata, quia alter superiore tota declamatione conquerebatur de corruptione animorum in iuuenibus.

Pag. 3. v. 35. Non longè vbi scribitur in excusis codd. *Per medium lupanar cœpi fugere in aliam partem, cum ecce in ipso aditu occurrit mihi æquè lapsus ac moriens Ascylta)* interpretantur vulgo, id est, qui vt ego aberrauerat: sed tamen falsam esse interpretationem, licet coniicere ex sequentibus in manuscripto, cum Gyton de Ascylta conqueritur apud Encolpum: *Tuus, inquit, frater ac comes paulo ante in conductum accurrit, cæpitq; mihi velle pudorem extorquere.* Ex quibus quis non videt non lapsum esse Ascyltam & eo abductum, sed de industria. Puto legend. *æquè lassus ac moriens.* Nam de seipso Gyton paulo ante dixerat: *Donec & cursu defatigatus, & sudore iam madens* &c. Et hac eadem pag. in fine; *Sudorem ille manibus detersit,* &c. Sed suspectus est locus ille alter, *in conductum accurrit:* nec satis intelligo.

Pag. 7. v. 6. In excuso vbi legitur; *Ego sum ancilla Quartillæ, cur vos sacram ante cryptam turbastis?)* Lego, *cuius vos* &c. Sic suprà rectè emendatus est error similis: *Nescio cur quis Agamemnonis suasoriam excepit,* sic, *nescio cuius, qui* &c. Sic Pithœus.

v. 30. Non longè: *Neve traducere velitis tot annorum consilia secreta, quæ*

vix mille homines nouerunt] Locus suspectus mihi. Fortasse legi posset, *qua vix ulli homines*.

v.36. Ibidem; *Adiuuaturos nos diuinam prudentiam vel periculo nostro*] Forte legend. *prouidentiam*: quia ipsa dicebat se *iussam esse eos perquirere, atque impetum morbi monstrata subtilitate lenire*. Sic Pithœus.

Pag.9. v.18. In M.C. cum scribitur; *Ancilla totam faciem eius fuligine longa perfricauit, & non sentientis labra humerosq. sopitionibus pinxit*] Locus est mendosus. Fortè *scriptionibus* legendum. Nam *manus* & *frontem scribere* Catullus dixit, & Plautus, & Ausonius multis locis. Ad hunc pertinet locum, quod Nonius obseruauit in voce *subleuit*: *Subleuit*, inquit, *significat & illusit, & suo ridiculo habuit; tractum à genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur*, &c.

v.30. In M.C. vbi legitur de Syris, qui venerant ad prædam: *Postquam se deprehensos esse intellexerunt, pariter secundum lectum conciderunt, vt putares hoc conuenisse, & flectere tanquam olim dormientes cœperunt*) Lego; *stertere* pro *flectere*, optimo sensu, vt opinor. Ita Pithœus.

Pag.10. v.6. Non longè in Manuscripto Codice quum legitur de cinædo: *Et super lectum venit, atq. omni vi detexit recusantes*] forte, verbum illud obscœnum, quod apud Catullum restitui;

—— Patrui perdepsuit ipsam

Vxorem, & patruum reddidit Harpocratem,

ita hîc *depsuit* non malè legeretur. Hoc verbũ apud Apuleium Apolog. II. videtur quoque restituendum in his verbis: *Olim in pueritia, priusquam isto caluitio deformaretur, emasculatoribus suis ad omnia infanda morigerus, mox in iuuentute saltandis fabulis exossis planè & eneruis, sed (vt audio) indocta & rudi mollitia. Negatur enim quicquam histrionis habuisse præter impudicitiam. In hac enim ætate, qua nunc est, qui illum deperduint, multi sunt*. ibi pro *deperduint*, fortè *depsuerint* legendum.

Pag. 11. v.20. Cùm loquitur de ludo pilæ in Manuscripto Cod. *Alter numerabat pilas, non quidem eas, quæ inter manus luxu expellente vibrabant*) locus est suspectus. Opinor forte legend. *lusu expellentis vibrabant*.

Pag.12. v.1. Vbi legitur in Manuscript. Cod. *Ad sinistram enim intrantibus non longe ab hostiari cella canis ingens catena vinctus in pariete erat pictus, superq. quadrata littera scriptum*, CAVE CAVE CANEM) Hæc pertinent ad illustrationem illius loci Varronis, qui ab Nonio citatur in voce *præbitio*: *Quod eo die mea erat præbitio, in ianuam* CAVE CANEM, *inscribi iubeo*. quem morem Turnebus cap. IV. lib. XV. Græcis acceptum refert.

v. 12.

v.12. Cum legitur in Manuscript. Cod. *Prætereà grande armarium in angulo vidi, in cuius ædiculo erant Lares argentei positi, Venerisq; signum marmoreum*] Locus est mendosus. Opinor fortè, *Paridis argentei positi* &c. vt non temerè Veneris Paridisq; signa simul coniuncta sint, propter iudiciū Paridis. Ita legendum esse indicant, quæ sequuntur: *Et pixis aurea non pusilla, in qua barbam ipsius conditam esse dicebant.* Nam de viro aliquo loquutum fuisse necesse est. Sic Plinius lib. xxxiv. cap. vii. *Ab Euphranore sculptum ære Paridis iudicium refertur.* Hîc autem *argentei positi*, id est sculpti, interpretor: sicut apud Horat. lib. iv. Odar.

Hic saxo, liquidis ille coloribus
Sollers nunc hominem ponere, nunc Deum.

v.21. Non longe cum legitur in Manuscrip. Cod. *Sub eodem titulo etiam lucerna bilignis de camera pendebat*] Forte legend. *bilychnis*: quod epitheton aptius conuenit lucernæ. Ita Pithæus.

Pag.13. v.9. Cum legitur in Manuscrip. Cod. *Ablata est hinc gustatio valdè lauta. nam iam omnes discubuerant, præter ipsum Trimalcionem, cui locus nouo-moræ primus seruabatur*] Locus obscurus propter insolens vocabulum, *nouomoræ*, & dubito ne valde hoc nomen corruptum sit. veruntamen dum quid melius edoceat, ita legendum suspicor, *noua mora locus*; in eam sententiam, vt dicat, Domino Trimalcioni locus postremus sit relictus, id est, ante quem omnes alii discumberent, vt loquitur; ipse autem nouissimus omnium. Qui honos etiam solet exhiberi iis, quibus honos defertur hodie.

v.11. Quæ sequuntur in Manuscrip. Cod. de vltimo ferculo, quod cōstabat *asello Corinthio cum bissaccio posito, qui habebat oliuas* &c. valet ad explicationem illius prouerbii, quod apud eundem Petronium excussum extat in illis verbis: *Mox manum dimisit in sinum, & pertractato vasculo tam rudi hoc, inquit, belle cras in promulside nostræ libidinis militabit. hodie enim post asellum diaria non sumo.* Quod prouerbium nondum explicatum, vt opinor, eam habet sententiam, se post nouissima fercula non cibos diurnos & consuetos accepturam. Nam in ea significatione diariorum nomen extat apud Horat. lib. 1. Epistol.

Cum seruis vrbana diaria rodere mauis.

Erant enim cibi diurni soliti dari seruis aut militibus. Quod prouerbium in obscœnum sensum traxit meretrix, & quasi per allegoriam sentētiam produxit. Nam quia dixerat, *in promulside libidinis nostræ*, continuauit orationis allegoriam in illo prouerbio. Nam promulsidem habuisse aliquid commune cum aselli ferculo (forte tanquam condimentum) indicant verba manuscripti Codicis hoc loco: *Cæterum in promulsi dari asellus erat*

 Corin-

Corinthus cum bisaccio positus &c. quæ verba tamen corrupta credo, & leui mutatione ita restituenda; *ceterum in promulside ei asellus erat* &c.

v.31. Vbi legitur in Manuscrip. Cod. *Pro calculis enim albis aut nigris aureos argenteosq́, habebat denarios. interim dum ille omnium testorum interlusum consumit*] Nescio quid sibi velit nomen testorū. forte aliquid deest. Quid si legamus, omnem tesseram? quia suprà meminerat crystallinarum tesserarum: aut forte, *omnem thesaurum interlusum consumit*; vt referatur ad denarios.

v.33. Ibidem vbi legitur in Manuscrip. Cod. *In qua gallina erat lignea, patentibus in orbem alis, quales esse solent, quæ incumbunt oua*] Leg. *incubant.* Ita Pithœus.

Pag.14.v.16. Vbi legitur in Manuscrip. Cod. *Ampora vitreæ allatæ sunt diligenter gypsatæ, quarum in ceruicibus pittacia erant affixa cum hoc titulo: Falernum* &c.] Suspicor legendum, πινάκια, id est tabellæ quædam, quæ solebant etiam in horreis vinis apponi, vt cuius essent notæ indicarent; quod annotauit Brodæus.

v.33. Non longe cùm legitur in Manuscrip. Cod. *Super geminos, testiculos acriones*] Optimè Pet. Daniel legit, *ac lienes.* fortasse etiam *renes* legi posset, in quibus sita est libidinis cupiditas.

Pag.15.v.18. Vbi legitur in Manuscript. Cod. *Conuersus ad eum vt plurima exciperem, longe arcessere tabulas cœpi*] Leg. *fabulas.* Sic Pithœus.

v.20. Vbi legitur in Manuscript. Cod. *Vxor, inquit, Trimalcionis Fortunata appellatur* &c. *Nunc nec quid, nec quare, in cœlum abiit, & Trimalcionis topanta est*] Locus valde mendosus. forte legendum Græcè, ἐν τῷ παντί, id est omninò, omni ex parte, vt loquuntur Græci.

Pag.16.v.34. Vbi legitur in Manuscripto Codice: *Quamuis non minus sudoris habuimus, etiam postquam ad stabulum peruenimus. Aras enim ipsa inter diuersitores diutius ingurgitata ne ignem quidem admotum sensisset*] Primùm legendum est, *anus.* deinde forte, *ne signum quidem*, scilicet eorum, qui Sic Pithœus. pulsabant hostium, *sensisset.* Quam interpretationem confirmare videntur, quæ sequuntur; *Et forsitan pernoctassemus in limine, ni tabellarius Trimalcionis venisset X. vehiculis diues. Non diu ergo tumultuatus stabuli ianuam effregit. Non tumultuatus*, scilicet æquè ac nos. Venit tamen in mentem, aliò referre ea verba, vt legamus: *Ne ignem quidem admotum sensisset*; adeò scilicet ingurgitata erat.

Cætera deerant in exemplari manuscripto, quod ex bibliotheca Petri Danielis comparatum cum Dn. Goldasto communicauit Nobiliss. & Ampliss. Dominus Bongarsius.

ALPHON-

ALPHONSI DELBENII EPISCOPI ALBIENSIS, ET ABBATIS ALTACOMBANI,

Anno Christi 1563.

CASTIGATIONES IN PETRONIVM ARBITRVM.

PAg. 1. PETRONII] De Petronio vide Cornelium Tacitum.

v. 1. *Declamatores*] De Aduocatorum degenere genere vide eundem Tacitum in Dialogo de Oratoribus, & Plinium lib. II. epist. III. & Ammianum Marcellinum.

v. 14. *Sampsucho sparsa*] Vet. *Sesamo*. al. *sisamo*: quod reprobat Tortellius in Orthograph.

Pag. 2. v. 3. *Et iam grandis & **] Leg. *etiam grandes video & vt ita dicam*.

v. 26. * *Qua nihil esse maius*] Leg. *& quia nihil.*

v. 36. *Artis seuera si quis amat effect.*] Legend. ex V. C.

Amat seuera si quis artis effectus.

Vide Turnebum.

Pag. 3. v. 30. *Ducturam ego putabam*] Vet. Cod. *diuinam ego p.* Communem lectionem probo. Sic infrà: *Putabam ab eadem auia esse deductam.*

v. 33. *Inter viculos nudasq; mer.*], Vet. Cod. *internuculos.* forte, *internuncii*, vel, *internuncioli.*

Pag. 4. v. 5. *Prolatoq; peculio*] Sic in obscœno carmine ad calcem Virgilii:

Pulchrè pensilibus peculiati.

Est & apud Lampridium in Heliogabalo.

Pag. 7. v. 30. *Tot annorum secreta*] forte, *tot animorum.*

Pag. 8. v. 1. *Tentata manu*] forte, *dentata.*

Pag. 10. v. 33. *Iunonem meam iratam habeam*] forte, *iuratam hab.*

Pag. 15. v. 37. *Gracilipes, Crotalistria*] Hos versus citat Gellius, & Hadrianus Iunius in Animaduers. Vide & Turnebum.

Pag. 22. v. 9. *Artes auemus cognoscere*]. Sic legendum, non *habemus.*

Pag.

Pag.27.v.26.*Scordalo*] apud Senecam epiſt.57.lib.7.*Scordalion* legitur. Vide Turnebum.

Pag.36.v.32. *A tutela nauigii*] Nota pro hoc loco, quod Pomponius Porphyrio in Horatium (pete à * fratre quo loco) ſcribit, lib.1.Od.v. *Quis multa gracilis*, ad verba: *Miſeri quibus intentata*. In Gloſſario S.Benedicti Floriacenſis, in verbis Petronii, *Troia halosin*.

* *Quis iſte frater.*

Pag.37.v.6. *Eumolpos*] hoc verbum vſurpat Plinius in Epiſtol. LXXXVI. lib.x.pag.288.& 289.

v.35. *Inani ſpira*] Leg. *immani ſpira*.

Pag.44.v.32. *Senſumq́ teneriorem*] forte, *ſeueriorem*.

Pag.45.v.19. *Peragrabantur*] Leg. *peragebantur*, vt in margine.

v.24. *Æs pyreum*] ad hunc verſum nota crucem, vt ſuſpectum.

v.26. *Numidæ accuſatius*] Vet. *Numidæ accurant*.

v.28. *In ſiluis arcu fera*] Vet. *arcofera*.

v.30. *Ad mortes precioſi* &c.] Legendum & diſtinguendum:

Ad mortes precioſa, fames premit aduena claſſes,
Tigris & aurata &c.

v.33. *Heu pudet affari*] Leg. *effari*.

verſ.vlt. *Quare ſe natam non* &c.] Legend. forte, *Quærit ſe natura, nec inu.* &c.

Pag.46.v.3. *Quaque virum quærit*] Leg. *quærunt*.

v.5. *Mutatur vilibus*] Leg. *imitatur*.

v.6. *Hoſtile*] Leg. *ſterile*.

v.8. *extruit*] al. *eſurit*.

v.14. *Solæ deſertis*] nota in margine, *Ariſtides*.

v.21. *Triſtior ille eſt*] id eſt, deterior. Publius in Mimis:

Ad triſtem partem ſtrenua eſt ſuſpicio.

v.31. *Curis latrantibus*] Leg. *lacerantibus*.

v.34. *Hæc merſant cæno*] Leg. *Hoc merſam cæno Rom.*

v.36. *Excita libido*] *libido?* legend. per interrogationem.

Pag.47.v.3. *Tot tellus*] Leg. *tellus tot*.

v.9. *Auctumno*] ſcrib. *autumno*, non, *auctumno*.

v.18. *Diuinarumq́ poteſtas, Quæ noua*, &c. Legend. fortè;

---- Diuinarumq́ poteſtas,
*Cui nulla nimium * nimium-poteſtas.*

v.30. *Vanus lapis inuenit vſum*] Leg. *Vanos lapis inuenit vſus*.

v.31. *Sperare fatentur*] Leg. *iubentur*.

Pag.48.v.5. *Vota mihi ced.*] Leg. *Vota tibi*.

v.11. *Structos morte*] Leg. *ſtratos*.

v.17.

v.17. *Porthmeus*] In hoc verbo pone in margine: Hæc emendatio est Baptistæ Pii Posterior. Annotation. cap. XLVIII.

v.20. *Vulnere menda*] Leg. *Vulnera mande*, pro, *manduca*.

v.28. *Deformis titubans*] pone in margine, *Titan*.

v.35. *Armis acta ciet*] Leg. *facta ciet*.

Pag.49. v.1. *Stellis comitata*] Leg. *crinita*: vel, *comitata* noue dixit ἀντὶ τοῦ crinita, à *comus*, hoc est crinibus, deducto verbo.

v.6. *Nomine pulso*] Leg. *nomine sursum*.

v.27. *Qui bella vident*] Leg. *timent?*

Pag.50. v.4. *Sonuere frequenti*] Leg. *sequenti*.

v.8. *Occupat ausus*] Leg. *ausu*.

v.25. *Victaq. cœli*] Leg. *vinctaq.*, quomodo suprà dixerat:

——Nec hanc sine vindice dextram
Vinciat ignauus ——

v.37. *Atque hac Romano*] Leg. *Hoc Romano*. & eodem versu pro *tonitro* legend. *tonitru ferit omnia signa*.

Pag.51. v.4. *Pectora perq. duas*] Legend. *Pectora per dubias*.

v.19. *Hinc vehit impr.*] Leg. *Hic vehit*.

Pag.54. v.20. *Ad malarum scripturam*] al. *iuncturam*. fortè, *trituram* à *terendo*, id est, molendo.

v.24. *Extinxerat*] id est, deleuerat pulchritudine sua & superauerat.

Pag.56. v.23. *Sine neruis posse ire*] Legend. *iri*.

v.31. *Perlegisse*] Leg. *peregisse*.

vers. vlt. *Peccasse* &c. *deliqui*] hinc apparet *peccare* minus leuiusque esse, quàm *delinquere*, quod est grauius.

Pag.57. v.6. *Paratus miles*] Legend. potius, *peritus*.

v.vlt. *Ore lapillos*] forte, *rore lapill.*

Pag.60. v.3. *Rebus egenis Attritus*] Horatius: *Quam mihi accisis iuuenta manu duxit*.

Pag.61. vers.15. *Fabulatione*] pro *salutatione*, etiam apud D. Ambrosium Epist.104.

Pag.62. v.7. *Digna sacris Hecale* &c.] Ad hunc versum scribe in margine: Hunc locum primus restituit Baptista Pius apud Fulgentium in Enarrationibus Fabularum allegoricis, ex Plutarcho, qui Callimachum scribit *Hecalesia* scripsisse.

IL CLAV-

Anno Christi 1570.

CLAVDII PVTEANI JC. SENATORIS REGII NOTÆ IN PETRONII ARBITRI SATYRICON.

PAg.1.v.14. *Papauere & sesamo*] Impressi Codd. habent *sansuco*. Ego veterem lectionem maximè probo, quæ rationem habet. Significat autem soporifera & aurium delinifica. In vno ex veteribus scriptum est *sisamo*, vt & apud Plinium pluribus in locis. Plautus in Pœnulo.

v.15. *Qui in culina*] vnus ex veterib. lib. *in curia*.

vers.16. *Primi omnem eloquentiam*] Vnus ex veteribus, *primi eloquentiam*.

v.19. *Quibus deberent loqui*] Vnus ex veteribus, *deberemus*.

Pag.2.v.1. *Et ne Poëtas quidem*] impressi, *Poëtas solum ad testim.* quod est glossema τῦ *quidem*.

v.2. *Certe neque Platona*] Hîc aliquid deesse videtur, aut certè corruptus est locus. Vnusquisq; pro ingenio aut emendabit, aut supplebit, aut interpretabitur.

v.3. *Et ideo grandis*] impress. *Etiam gr.*

v.13. *Quam ipse in schola*] vnus ex veteribus, *quam ipse*. fortasse, *qua ipse*.

v.17. *Nam nisi dix.*] Impress. *nam qui dix.*

v.21. *Sic eloquentia magistri*] Impr. *Sic eloq. magister*. Vnus ex veterib. *Sic eloq. magistri, tanquam piscator, qui non eam:* quod valde probo.

v.25. *Ambitione donant*] impress. *ambitioni.*

v.26. *Quæ nihil esse maius*] vnus ex veteribus, *magis*.

v.28. *Mitigarentur*] impress. & vet. *irrigarentur*. quod non adeò placet.

v.30. *Vt quam vellent*] Impress. *quem.*

v.31. *Quod pueris placent*] Vet. *placeret*. rectius.

v.33. *Quisquis*] Impress. *quisque*.

v.34. *Luciniana humilitatis*] Impress. *Lucianæ improbitatis*. Idem penè error est apud L. Apuleium Apologet. & in loco Sidonii, quem alibi de Sidonio adscripsimus.

v.37.

v.37. *Prius more*] Vnus ex veteribus meræ. Sed hi sunt Scazontes.
vers. vlt. *Polleat*] Vetus vnus, *palleat*.

Pag.3.v.2. *Impotentum nec captet*] Sic nos emendauimus. Vet. libri habent, *impotentum captet*. At si quis malit, *impotentium*, vt illud *nec* ex priore versu hic tacitè repetatur.

v.3. *Nec perditis addictus*] Sic habet vnus ex veteribus & impress. Alter, *nec prædictis abdictus*. quod rectum non videtur.

v.5. *Sedeat redemptus histr.*] Vetus vnus, *Sedeat redimitus histrioni*. Impress. *histrionea*: nisi quis malit *histrionia* legere. quo verbo Plautus vsus est. Ceterùm quod habet *redimitus*, non caret ratione: atque ideò reiiciendum non est. Coronæ enim spectatoribus dabantur, sedebantque plerumque coronati, qui ludis aderant, maximè factionis auctores & plausores.

v.6. *Sed siue armigeræ*] Vet. *sed seu crinigeræ*.

v.10. *Mittat habenas*] Impress. *imitet*. malè.

v.12. *Hunc Romana*] Vetus, *Huc*.

v.20. *Non notaui Ascylti*] Impress. *non notaui mihi*: quomodo etiam postea legitur. Ceterum vt hoc semel moneam, in vno ex vett. libris & eo quidem integriore, constantissimè scriptum est *Aschiltos* & *Gniton*.

v.21. *Motus incedo*] Impress. *in hortis*. Iuxta veterum scholas hortos fuisse notum est.

v.27. *In cursu fatig.*] Impress. *& cursu*. forte, *ex cursu*.

v.30. *Diuinam*] Impress. *dicturam*. al. *ducturam*.

v.31. *Centonem reiecit*] Impress. *iniecit*.

v.33. *Quosdam inter viculos*] sic habent impressi. Vetus liber, quo solo hac in parte vti potui, habet, *inter titulos*.

ibid. *Furtim spatiantes*] impress. *conspaciantes*.

Pag.4.v.5. *Me perduxit*] Vet. *produxit*: quod rectum est, siue hoc verbũ simpliciter accipias, siue cum emphasi. Nam vt de mimis scenicisque, ita & de prostitutis vsurpatur, vt & paulò pòst.

v.6. *Assem exegeras*] *Quadrans* lauationis pretium & merces fuit: *As*, vt ex hoc loco apparet, cellæ meretriciæ. Sanè locus Plutarchi in Cicerone ad prostibuli mercedem mihi pertinere videtur. Sic infrà: *Vos mehercule ne mercedem cellæ daretis*, &c. Brissonius emendat in lib. de Iure connub. malè.

v.8. *Satyrion*] Plinius *Satyrion* Venerem, etiamsi omninò manu teneatur radix, stimulare scribit. Et paulò pòst subiicit: *In totum quidem Græci, cum concitationem hanc volunt significare, Satyrion appellant*. Quod de *Satyrio* alii scripserunt, non est hic necesse rescribere.

Pag.

Pag.5.v.2. *Bona fide exactis*] *Bona fide*, id est, seriò, vel, vt significantius verbis nostris dicam, à bon escient. hac voce etiam posteà aliquotiens vsus est.

v.25. *Nec futura quidem*] Sic habet vetus exemplar, quo vno hac in parte, vt in aliis pluribus, vsi sumus. fortasse legendum est, *nec furtiuè*.

v.34. *Ad interdictum ven.*] Hoc valde mihi nouum est. Nam iure ciuili rei mobilis nomine nullum reciperandæ possessionis edictum proditum est. Nam *vnde vi* ad res tantum immobiles pertinet, L.1.§.illud, ff.vnde vi. *Vtrubi* autem retinendæ est possessionis, non reciperandæ.

v.37. *Tempora cera*] Impress. *cena*.

vers.vlt. *Nonnunquam numinis*] Alter ex veteribus:

Nonnunquam nummis verba solent emere.

Et paulò pòst:

Atque eques in cera, qui probat empta, sedet.

Pag.6.v.6. *Dispondium sicel lupinosq;*] Erat hoc ita emendatum in veteri libro. Quid si legatur? *Dupondium, quibus sicelion lupinosq;* vel, *quibus siser lupinosq;* &c. quod longè verius puto. Imò legend. *dupondium, sicel lupinosq;*. *Sicel* autem pro *siclus* positum. Glossæ in libros Bibliorum: *Sicel, qui Latino sermone siclus corruptè dicitur, Hebræum nomen est; habens apud eos vnciæ pondus: apud Latinos verò & Græcos quarta pars vnciæ est, & stateris medietas, dragmas appendens duas. Vnde cùm in diuinis libris legitur siclus, vncia est; cum verò in Gentilium, quarta pars vnciæ est.*

Pag.7.v.4. *Reclusaq; fores*] Vnus ex veteribus, *remissaq;*.

v.13. *Ad ostentationem doloris*] alii, *ad ostensionem*.

v.16. *Et antecessura latrocinia*] aliàs, *etiam antecessuros*: rectiùs.

Pag.8.v.30. *Duas institas protulit è sinu*] In veteri Lexico scriptum est, *de fura*: aitque, *institam interdum significare, qua manus ligant vel pedes, vt de Lazaro in Euangelio scribitur: Prodiit ligatus pedes & manus institis.* Vide Papiam, & * Fratris Notas.

*Quis est iste frater.

Pag.10.v.vlt. *In secreto*] impress. *in furto*: alii, *in scorto*. malè.

Pag.11.v.1. *Iam Psyche*] Hi sunt ritus nuptiarum, de quibus plura; sed dicere instituto nostro non conuenit.

v.11. *Commonebat obiter labra*] Hoc est, *valgiter* osculabatur. atq; ita forte hoc loco legendum est. Nam hoc verbum apud Petronium alibi reperiri Fulgentius notat. *Valgium* etiam *suauium* Plautus dixit in Milite, quod non omnes intelligunt.

v.14. *Inter pueros capillatos*] Comam nutrire pueros solitos, qui in deliciis

olis habebantur; ex Petronio, Catullo, Plinio, aliisque quamplurimis auctoribus notum est. Martialis lib. v. Epigrammat.

Et pædagogo iniubente lasciui
Parere gaudent villico capillati.

Ambrosius lib. vi. Hexamer. *Haud inscitum extat adagium; Nullus comatus, qui non idem cinædus.* Quod sanè est Synesij. Vt autem viri pueros, ita mulieres puellulas comatas in deliciis habuisse indicat l. xlix. ff. de legat. iii. Si modò, vt in Florentinis, legatur.

v. 19. *In diuersa parte circuli*] id est sphæristerij.

v. 25. *Longum erat singula excipere*] Fortasse est hoc exscriptoris, non auctoris.

Pag. 12. v. 5. *Venalitium*] Id est, vt quidem ego existimo, grex venalium, quod vsurpatur in l. vllo, ff. de ædilit. edict. & l. v. §. 1. ff. de iure deliberand. *Venalitium* etiam dicitur in l. 1. iv. C. de proxim. sacror. scrinior. *Vectigal rerum venalium* in l. inter cætera, § 1. ff. de verb. significat. Atque ita accipiendum puto hoc verbum in l. 1. Cod. de nundin. vt & *proponendorum* in l. 1. Cod. de veteran. vbi legitur; *Ne quis eorum in vllo munere ciuili nec in operibus publicis conueniatur, nec vlla collatione nec à magistratibus, nec vectigalibus, in quibuscunque nundinis interfuerint, vlla ob venditionem proponendorum dare debebunt.* qui locus in omnibus libris, etiam Theodosiani Codicis, admodum corruptus est. Nam & in l. viii. Cod. de indiciis; *Nemo*, inquit, *precia statuit, cum venalia proponuntur*. Esse verò hanc siliqualem præstationem, indicat Cassiodorus lib. iv. Variar.

v. 17. *Procursator rationis*] Sic vetus. Lego, *procurator rationes accipiebat.*

v. 20. Viro Avg.] Sic vetus. Lego, vi. Viro Avg.

v. 13. *In balneo*] Hic igitur erat seruus *Capsarius*, de quo in l. 1. ff. de offic. Præfect. Vigil. & apud Epiphanium lib. ii. tit. 1. contra Adamianos.

v. 36. *Quid ergo est*] Legend. puto, *quicquid ergo est.*

Pag. 13. v. 4. *Paronicia*] Malim scribere, *paronichia.*

Pag. 15. v. 28. *Mopsum Thracem*] Impres. *Morsum*: malè.

v. 30. *Et Publium interesse*] Sic vetus liber: impress. *Publicum.* Quid si de Publio Mimo intelligas?

v. 35. *Gallina tibi Numida*] Impress. *Mumicida:* alij; *municida.*

v. 36. *Ciconia etiam grata*] Hadrian. Iunius lib. vi. cap. xv. Crinitus libr. iv. cap. xiii. Nos à veteri exemplari in exscribendis his versibus nunquam discessimus.

ibid. *Peregrino*] Crinit. *peregrina.*

v. 37. *Pietatis cultrix*] Crinit *pietaticultrix*, vt & Cælius lib. 12. cap. 66.

ibid. *Crotalistria*] Hadr. Iunius *glotoristia*. Crinit. & Cælius *choraustria*. Impress. *è tota lystria*. Veteris libri lectio rectissima est.

v.38. *Tepidi tempor.*] Impress. *trepidi*. malè.

Pag.16.v.2. *Aut vt matrona*] Impress. *Aut vt matrona ornata*. Cæterum & vetus exemplar *pelagus* habuit: sed *pelagiis* legendum esse ratio carminis suadet.

v.3. *Tollat pedes*] Vide Manutium Comment. in Epistol. Ciceronis, & Turnebum in locis Cic. lib. 11. de Oratore.

v.6. *Est carbunculos*] Impress. *est carbunculus*. quod probè, si ita legatur;

Nisi vt scintillet? probitas est carbunculus.

v.29. *Per omnes scirpos*] Lego, *scruptos*. Apud Gellium lib. XII. cap. VI. veteres libri habent *scriptos*, vt & apud Fabium, & Ciceronem, & Marcianum.

v.31. *Prudens enim prude*] Sic vetus. Puto legendum, *prudens enim pridie cum luce* &c. Alij, *prudens enim partis*.

v.32. *Notauerat certaq; lin.*] Sic vetus. Lego, *notauerat creta, qua lineamenta*.

v.37. *Inuenisset*] Lego, *interuenisset*.

Pag.17. v.vlt. *Mobile ducit opus*] Sic vetus liber. impress. *nobile:* quod omninò reiicere non possum.

Pag.18.v.3. *Grex agit in scena nimium*] Vnus ex veteribus, *Grex ait*, vt & impressi. Ego legendum censeo, *Grex agit in scena mimum*. Est in hoc eodem idem error duobus in locis apud Apuleium libris Floridor.

v.7. *Nec diu tamen*] Impressi, *diu tum*.

v.8. *Scholarius*] Impress. *Scholanius*.

v.10. *Solitudine*] vnus ex veteribus, *sollicitudine*, non tam bene.

v.13. *Aufugi iudicium harena*] Huc pertinet, quod suprà dixit Ascyltos; *quem de ruina arena dimisit*. Sed totus ille locus deest.

v.17. *Cuius anni ad tesseram venerunt*] Lego, *venierunt*.

v.18. *Quid ille alter die qui*] Malim, *togæ virilis die stolam sumpsit:* nisi, *tanquam togæ virilis*, pro, togæ virilis loco, positum est.

v.33. *Phocasioti*] Quid si legas, *Phocaliati*, id est Crispatis capillis, à *focali*, id est amictu armatorum. quanquam ineptum fortasse videri possit, emendare quem, quod non intelligat.

Pag.19.v.5. *Nemo ieiunium seruat*] Sic habet vetus liber, quo vnico hac in parte vsi sumus. Cæterùm vt id, quod sentio, liberè dicam, vereor ne hoc nobis verbum Monachus exscriptor pro *iusiurandum* ex ingenio reposuerit.

v.27.

v.27 *Fecit, & hylari nimfa*] Leg. puto; *fecit: & Hylam nympha prædata.*

v. 28. *Ad interdictum*] Quodnam quæso interdictum liberum hominem exhibere postulasset?

v. vlt. *Amor ingenii neminem inquam*] Quid si legas? *vnquam.*

Pag. 20. v. 6. *Disertas inuocat aures*] Vetus vnus, *desertas*: quod postulat carminis ratio.

Pag. 21. v. 24. *Vsque beneficio*] Lego, *vsusq;*.

v. 35. *Tropica*] id est vmbram & imaginem tantum; imò potiùs conuersiones.

Pag. 22. v. 4. *Excellentissimi montis*] Vnus ex veteribus, *excelsissimi*. itaque legitur in Glossis antiquis.

v. 10. *Sed accusatores antiquitatis, vitia tantum*] Impressi, *sed accusatores iniquitatis, vitia tamen.*

v. 13 *Si Philosophiæ fontem inuenisset*] Vnus ex veteribus, *attigisset*.

v. 17. *Recti boniq;*] Impress. *recti honestiq;*.

v.25. *ipse pater veri*] al. *ipse p. v.d.e. in arce Iussit & hoc v.d. habere Deos.* al. *telos.* al. *Ipse pater vera d.e. in arte.*

v.29. *ea nocte*] al. *si ea nocte, qua.*

v.31. *conceptissimisq.*] al. *conceptisq. iurauit verbis.*

v.37. *septifluus*] Autisiod. *semperfluuius.*

eod. *hypæpis*] al. *hypæplis.*

Pag. 60. v.1. *& timidas*] al. *sed timidas admit.*

v.9. *Sancte tuas*] sic Autisiodor. nisi quod *decoris* habet, pro *pecoris*: &, *festus suis hostia lactens.* in aliis totus hic versus deest. Pith.

v.17. *in triuio*] Vet. *in truno*, non *in triuio.* Pith.

v.22. *mulcauit*] Vet. *multauit*, non *mulcauit.* Pith.

v.24. *mascarpionem*] al. *masturbatorem.* al. *masturratorem.* al. *masturbionem.*

v.25. *puluinum*] al. *puluinar inclin.*

v.26. *longa moram*] Biturig. *nomen.* Pith.

v.28. *vtique die feriarum, quo etiam lugentes rident*] hæc in aliis desunt.

v.36. *nisi illud*] al. *illum tam rigid.*

eod. *cornu*] al. *corium.* Pith. al. *corium.*

vers. vlt. *spissatis*] al. *siccatis.*

eod. *sulcis*] al. *succis.*

Pag. 61. v.1. *scopuliq. atque horrida saxa*] al. *fundit aquas scopulus, atq. s.f. Niliades iacul. aquas.*

v.5. *& iussi stare dracones*] al. *iussi & seruire dr.*

eod. *dracones*] sic Autisiod. & Biturig. al. *leones.* Pith.

v.13. *Idæo frutices*] sic vetus exemplar. al. *Id. æos.* al. *Id. latices.*

v.15. *tam fabulosa*] al. *tali fabulatione.*

v.16. *parcete*] al. *parate.* Pith.

v.18. *viuis*] al. *biuis impleu. carb.*

v.22. *simulq. pannum*] al. *panarium de carn.*

v.27. *pariter spoliat.*] al. *peritè spol.*

v.28. *veluti*] in aliis deest.

v.29. *singularum*] al. *singulariumq. rerum.*

eod. *quasdam*] al. *quædam certis.*

v.30. *non Indum*] al. *Indum non.* al. *nitidum.*

v.31. *calcato*] Vet. *falcato radiab.*

v.34. *actu*] Bitur. & Autisiod. *astu.*

v.35. *molli stillæ latus*] sic Autisiodor. Pith. al. *hinc mollis scillæ latus*. al. *m. stilla latus*. al. *mollistillæ*. al. *molistilla*. al. *mollis tiliæ*.

v.36. *viminiæ*] al. *vlminiæ lances*.

v.37. *& paries*] Autisiod. *at paries, cirea*. Pith.

v.38. *Fortuitoq; luto*] al. *fort. lato clauos n. a.*

Pag. 62. v. 2. *præterea quæ*] al. *præterea quam*. Pith.

v.3. *mitia sorba*] al. *micio seruo*. Pith.

v.4. *pendebant texta*] sic Autisiod. al. *pendebat*. al. *pendebant exta*.

v.5. *& timbræ*] Autisiod. *& ymbra*, pro, *& thymbra*. Pith.

v.7. *Hecates*] sic Autisiod. al. *Hecales*. Pith. alii *Hecate*.

v.8. *Battiadæ veteris*] Vet. *Bacchineas veteres*.

eod. *mirando*] al. *viuendo trad. au.*

v.13. *cucumulæ*] al. *cucumiæ*. Politianus 1. Miscellan. & Baptist. Pius Posterior. cap. LXI. Pith.

v.14. *vexat cubitum ipsa stipite ardenti*] Desunt hæc in exemplari Ioannis Biturigum Ducis, non malè. Pith.

v.15. *turbatus animiq;*] Benedicti Floriacensis exemplar, *turbatus animi & non sine risu me erexi*. Pith.

v.17. *in vicinia*] al. *in viciniam cucur.*

v.26. *arte coactas*] al. *arte volucres*. Pith.

v.27. *peneque fluentes*] al. *sanieque*. Pith. & alii *pænasque luentes*: al. *fervente*s: al. *furentes*.

v.28. *Phineo*] al. *furtiuo mad. ven.*

v.34. *conuicium*] al. *concilium veritus*.

Pag. 63. v. 11. *admiseris*] al. *admisisti*.

v.13. *scierit*] al. *scierint*.

v.24. *sedet*] Vet. *suadet*. Pith.

v.30. *& deos & anseres*] al. *duos anseres*.

v.34. *quisquis habet*] Ioannes Salisberiens. lib. VII. cap. XVI. Policrat. Pith.

v.36. *Danaen*] al. *Daphnen*.

Pag. 64. v. 2. *Seruius & Labeo*] al. *S. vt L.*

v.4. *& veniet*] al. *eueniet*.

v.6. *infra*] al. *intra manus meas*.

v.13. *extraxit*] al. *extrahit*.

v.18. *vrticæ*] Vet. *vetica*. Pith.

v. vlt. *Tirinthius*] al. *Tirneius*. Vet. *Titineius*. alii *Tirineius*.

eod. *ira*] al. *ora*.

Pag. 65. v. 1. *prophanam*] al. *prophanus*.

v. 4. ca-

v.4. *cauit*] Vet. *pauit*. Pith.

v.21. *Philomela*] al. *Philumene*.

v.22. *tum anus*] al. *tamen*. al. *tandem*.

Pag.66.v.20. *leuatores*] Sic vet. non *leccatores*, quos antiq. Gloss. *gulosos & lenones* interpretantur. Pith. alii, *lenatores*, habent.

v.28. *præter liberos*] al. *libertos meos*.

Pag.67.v.5. *Petauii*] al. *Perusii*. al. *Petilini*. Sed *Petauii* habet vet. Benedicti Floriacensis exempl. quod vnicum hac in parte habuimus. cuius & aliorum quattuor scripturam suis quamque locis bona fide reddere satis habuimus. Coniecturas nec adiicere voluimus nostras, nec debuimus alienas.

IN FRAGMENTA.

PAg.69.v.7. *lepidi*] al. *tepidi*. al. *timidi*.

v.12. *aumarium*] al. *aumatium*.

v.14. *obtorto*] al. *abroso*. al. *abrosa valgia labella*.

v.16. *mundus numerum vid.*] lege, *minum vid.* Pith.

v.19. *histrionem*] al. *histrioniam*.

v.26. *comptum me*] al. *centum vernales allucita*. al. *venales me aluc. mol.*

v.30. *reperta*] al. *restiterant*.

Pag.71.v.5. *messis honores*] al. *mensis hon.*

v.8. *cauernas*] al. *tabernas*.

vers. vlt. *Maior in externas*] al. *maior in externa sita cui descendat arenas*. al. *externam sit qui descendit arenam*.

Pag.72.v.6. *verent*] al. *ferens auid.*

eod. *reserare*] al. *seruare*.

v.9. *Midam*] al. *fidem*.

eod. *conceperat*] al. *narrauerat*.


vers. 28. *quæ penitus*] al. *quæ penitus mersa, cum rurs. ab lab. Verberibus riter: n.a.d.a. Erigidus strictis qui.*

Pag.90.v.22. *contigit vlla*] al. *vna*.

v.23. *bona est*] *est* in aliis deest.

Anno Christi 1595.

IOANNIS à WOVWER, PATRICII HAMMABVRGII *OBSERVATIONES* IN PETRONII ARBITRI SATYRICON.



ANNI ferè XXCIV. postquàm renatus Petronius, sed prô nefas tam ruptus, & multifariam truncatus, vt potiùs informe pecus ex matris visceribus excisum, quàm legitimus fœtus. Itaq; docti viri, publico bono nati, continuò dilaniata & dispersa eius membra cum cura conquisiuerunt, fracta & luxata obligarunt; quorum acumen, & feliciter curiosas manus expertus Arbiter, vt anguis conuertit corium & æuum. Quam damus editio nona est. ea vt purior & amplior prodiret, imò ne quid omninò deesset, votum & animus mihi fuit. Quidquid igitur emendationum & explicationum ad Petronium pertinentium, apud nostri æui præclaros viros sparsum, excerpsimus, digessimus, & hoc fasciculo comprehendimus, quo in promtu essent, & velut sub vno oculorum ictu. Selegimus autem necessaria. nam omnia adiicere nec libuit, nec per formam libri licuit.

Pag. 1. *Satyricon*] Glossæ: *Excelsissimus dicitur à Petronio in 1. Satyrarum.* Vnde manifestum, hoc opus certo librorum ordine distinctum fuisse. Dusa.

v. 14. *Omnia dicta factaq; quasi papauere & sesamo sparsa*] Plautus Pœnulo:
Ag. *Obsecro hercle, vt mulsa loquitur.* Mi. *Nil nisi laterculos,*
Sesamum, papaueremq;, triticum & frictas nuces.

Dusa. Turneb. Aduersar. lib. XIX. c. VI. ad eadem Petron. Antiqui videntur operibus dulciariis, palati gratia, *sesamum* adspersisse. Homerus Batrachomyom. ἐδὲ πλακοῦς τανύπεπλος, ἔχων πολλὼ σησαμίδα.

v. 15. *Quam qui in culina habitant*] Glossa Isidori: *Culina, latrina, secessum.* Scaliger ad Festum.

Pag. 2. v. 8. *Quis postea ad summam Thucydidis*] *Summam* vsurpat pro perfectione, consummatione & absolutione. Turneb. lib. XIX. cap. VI.

v. 15. Ni-

v. 15. *Nimirum in his exercitationibus*] Leg. *Minimum in his.* nihil, ait, aut minimum peccare magistros, plurimum parentes. Ianus Guilelmius Plautin. quæstionibus.

v. 23. *Moratur in scopulo*] al. *moritur.* Leg. *molitur.* Virgil. l. XII. —— *Manibus molitur habenas.* Georgic. *Moliri insidias auibus.* Idem Guilelmius in Plaut. quæst.

v. 25. *Ambitione donant*] Leg. *ditant.* Gruterus Suspicion. lib. II. c. X.

v. 27. *Pueris induunt adhuc nascentibus*] Leg. *lactentibus*, aut *dentientibus*, aut *vagientibus.* Idem ibid.

v. 29. *Verba atroci stilo effoderent*] *Stilo* scribebant in cerata tabella, cuius stili pars, qua scribebant, *acumen* dicebatur. Cic. *Omnia sub acumen stili subeant.* Altera pars erat obtusa, qua in cera, quæ non placebant, verba delebant, ac ceram rursum complanabant, vt est in Prudent. περὶ στεφάνων, hymno IX. Hinc Horat. Sat. X. lib. I. *Sæpe stilum vertas. Vertit stilum*, qui cum antè eius acumine scriberet, vertit, & alteram ad delendum partem adhibet. Turneb. lib. XIV. cap. V. & XXIV. Idem ergo cum Horatio innuit Petronius. Vide Dusam.

v. 33. *Quod quisque perperam discit*] Horatius:
Vel quia nil rectum, nisi quod placuit sibi, dicunt:
Vel quia turpe putant parere minoribus, & quæ
Imberbes didicere senes, perdenda fateri.
Dusa in Præcidan.

v. 34. *Lucillianæ humilitatis*] Lucillius in Satyris interdum se ad humilitatem iamborum demittebat; Turneb. lib. XIX. cap. VI. Scalig. Auson. lect. Dusa in Præcid *Licinianæ improbitatis*; à Licinio Caluo: cuius carmina quamuis iocosa, ingentis animi adserit Seneca. Multis Dusa.

v. 36. *Si quis amat effectus*] Leg. *hamat adfectus*, vt Cic. apud Nonium, *adhamare honores.* Scalig. ad Catalect.

v. 37. *More Frugalitatis lege polleat exacta*] *More*, est vitæ quadam honesta ratione atque instituto. Horat. lib. IV. od. *Mos & lex maculosum edomuit nefas.* Varro apud Macrob. III. Saturnal. *Mos est in iudicio animi, quem sequi debet cõsuetudo*, id est cultus moris. Edictum Diocletiani & Maximiani Cæss. *Si cunctos sub Imperio nostro agentes castam in omnibus more colere perspexerimus vitam.* Pithæus ad tit. de nuptiis, Collat. Mosaic. & Roman. leg. At Turnebus, --- *morem Frugalitatis lege pellat* --- Ita & Scalig. ad Catalect. & interpretatur morem luxus pellat noua frugalitate.

Pag. 3. v. 2. *Impotentium*] Leg. *ne potentium.* Turnebus. At Dusa interpretatur valde potentium.

v.3. *Nec perditis*] Leg. *perditus.* Dusa interpretatur nequam & dissolutus.

v.5. *Histrioniæ addictus*] Leg. *histrionis. Addictus* autem vocabulum, non participatio. Dusa.

v.10. *Mox & Socratico*] Leg. *Mox & Socratico plenas immittat habenas.* præcessit enim; *Mæoniumq. bibat felici pectore fontem.* Itaq; ἀπὸ κοινοῦ repetitur τὸ *fonte: Mox & Socratico fonte plenus.* Adscripserat quidam ad marginem *Grace*, id abiit in grege. Palmerius in Spicilegiis.

ibid. *Mittat habenas*] *Mittere habenas*, quod Ouid. *immittere*, aliis *remittere*, vt est laxare: Dusa. Ianus Gulielm. leg. *mutet habenas: mutare habenas* iubet, & è curriculo Poetarum, in oratorum transcendere.

v.12. *Hinc Romana manus circumfluat*] Ordinem studiorum Petronius hunc facit, vt Poetice initium sit; tunc Philosophia; mox Oratores Græci; dehinc ad eloquentiam Latinam veniatur: vbi aut verti de Græco, aut controuersias componi censet. ea sententia est in his versibus. tamen ita potius leg. *Hunc Rom. m. circumstruat;* hoc est, Romani coronam faciant. Palmer. Spicileg.

v.15. *Et fortuna sonet*] Leg. *Et cortina sonet. Cortinam theatri* dixit Seuerus in Ætna. *Cortinā* Tacitus locū, in quo dicatur: *Cum vix in cortina quisquam adsistat, quin elementis studiorum imbutus.* Palmer. ibid.

v.21. *Dum in hoc dictorum æstu motus incedo*] Præpositio *in* inducenda. Dusa. Palmer. leg. *Dum in h.d.æ. totus incedo.* vt Horat.

Nescio quid meditans nugarum totus in illis.

v. 25. *Quo stabulum esset*] Leg. *quo iter ad stabulum.* Dusa.

v.28. *Et rogo inquam mater*] V.C. *te rogo inquam mater.* Formula blande adeuntium, cum quid exquisituri veniunt. Plaut. *Ecquem in angiportu hoc hominem nouisti, te rogo.* Ian. Gulielm.

v.30. *Et subinde vt in locum*] Leg. *& subsequor. inde vt in loc.* Guilelm. Plautin. quæstion.

v 33. *Inter titulos*] Fornices titulis inscriptæ. Iuuenal. Satyr. vi. Seneca Controuers. Atqui hunc locum ita restituendum ex V. C. adserit Pithœus. Notis ad tit. de falso testim. Collat. Legg. Mosaicar. & Roman. In aliis, *internunculos.* quæ vox etiam in Apul. de Deo Socrat. *Internuculos recens cognitos.* Turneb. Aduersar. lib. xxi. cap. xxviii. leg. *inter nuculos*, & meretricos significat pueros, qui nondum reliquere nuces Scalig. ad Priap. *internuculos* interpretatur intercutitos, impudicatos, stupratos. Omne enim medium, *nucleum* vocabant veteres.

v.35. *Operui caput*] Operiebatur caput in re crepera & subita. Quintilian. lib. v. cap. i. Dusa.

v. 36.

v.36. *Æque lapſus ac moriens*] Leg. *laſſus ac mor.* Palmer.

Pag.4.v.5. *Prolatoq; peculio*] Plaut. Pſeud.

—— Mea quidem hercle habeo omnia,

Meo peculio empta. B. nempe quod femina ſumma ſuſtinent.

Apud Lamprid. in vita Heliogab. *Bene vaſati & maioris peculii.* In Priap. *peculiati.* Scalig. ad Priape.

v.6. *Iam pro cella meretrix aſſem exegerat*] Locum liberum deſignat, in quo nequam faciebant. Ea autem à lenis conduci mos erat. Duſa. In aliis. *Iam proſella meretrix.* Vnde Briſſon. libr. de Iure connub. *iam proſeda meretrix:* ex Plauti Pœnulo.

v.8. *Satyrion bibiſſe*] Ad libidinem incitatum eſſe dicit è vi illius herbæ. Turneb.

v.10. *Per caliginem*] Quod Plaut. *per nebulam.* Duſa.

v.21. *Gladitator obſcœne, quem de ruina arena dimiſit*] *Pegmata*, machinæ è ligno, quibus vſus in theatris, in quibus varia inuenta, & ſtupendi luſus ingeniorum creſcebant in ſublime: ſubſidebant eadem, quin interdum chaſmate & ruina ſubita dehiſcebant, ſiue tota pegmata, ſiue homines, qui impoſiti. De hominibus hic Petronij locus. Significat enim apertè, fugitiuum illum in arenam damnatum, & cum fœda muliere aliqua commiſſum, ruina pegmatis præter ſpem euaſiſſe. Lipſius de Amphitheatr. cap. XXII Vide Scalig. ad Manil.

v.22. *Cum pura muliere*] Immuni à fœditate morbi Campani, Lesbii vſurpata aniquitus. Martialis:

Improbius quiddam ridenſque rubenſque rogaui,
Pollicita eſt nulla luxurioſa mora.
Sed mihi pura fuit. —— Duſa.

v.26. *Vitream fractam*] Leg. *vitrea fracta.* Duſa. Pro nugis & rebus friuolis dixit Martialis. *Sulphurata fractis permutat vitreis.* Turneb.

v.27. *Vt foris cenares, Poetam laudaſti*] Multis Duſa ex Martiali, Horatio, Perſio, quem vide.

v.29. *Intelligo nobis conuenire non poſſe*] Modeſtinus in L. * D. pro ſocio: *Diſſociamur renunciatione.* Huius formula hîc apud Petronium, & Apul. Mileſiar. X. *Si tibi ſocietas iſta diſplicet, poſſumus omnia quidem cætera fratres manere, ab iſto tamen nexu communionis diſcedere.* Sic amicitia renunciabatur, & inimicitiæ denunciabantur. Sueton. Caligula, Tacit. V. Annal. quos adducit Durantius Variar. lib. II. cap. XI. præter eos Liuius lib. XXVI. Sueton. Auguſt. cap. LXVI. Cicer. pro Flacco. vide Lipſ. ad Taciti Annal. lib. II.

v.32.

v. 32. *Aliquid aliud promittam*] id est, aliquam aliam rem pollicebor. Turneb.

v. 36 *Habitationem prospiciam*] Liuius; *Sedem prospiciunt.* Dusa.

Pag. 5. v. 5. *Cum fratre ludentem*] Honesta periphrasis rei turpiculæ. Seneca 111. Controuerſ. *Cum raptore colludentem.* Dusa.

v. 7. *Vesticontubernium*] De iis, qui sub eadem veste cubant. Turnebus. At Dusa, *Vestæ contubernium*, vt per irrisum appellet eum, qui longè à Vestæ contubernio absit.

v. 10. *Diuidere cum fratre nolito*] Leg. *cogito.* Latet spurcities. addit enim, *petulantibus dictis.* Quod Cicer. Epistolar. lib. IX. *In verbis honestis obscœna ponimus. quid enim? non honestum verbum est diuisio? at inest obscœnum, cui respondet intercapedo.* Hinc etiam *diuisores*, qui pullariam facerent. Dusa. Prorsus aliter Ciceronis illa Scalig. interpretatur, quem vide Castigation. in Catull. Palmerius leg. *diuidere fratrem voluisti.* Spectat id, quod præcessit, ob iniuriam Ascylti communes cum eo sarcinulas partiri voluisse. Itaque hoc erat, inquit, quod diuidere tu volebas. *Diuidere* autem, quod Laberio *cadere billas.*

v. 11. *Veniebamus in forum deficiente iam die*] Puto rerum furtiuarum forum intelligi, quæ in *Saburra*, deficiente iam die, venales proponerentur. Horat. lib. 1. Satyr.

Fallacem circum vespertinumq́. pererro
Sæpe forum ——

Quod interpretes de Saburra maiore accipiunt, in qua vesperi furtiuæ res venundabantur. Hinc Plaut. *vesperi suo viuere*, pro furtis s. is vitam sibi parare. Ea de caussa Propert. *vigilacem Saburram* dixit. Durantius Var. lib. 1. cap. v.

v. 15. *Laciniam extremam*] *Lacinia*, ora siue extimum vestis, aut panni, κράσπεδος. Cuiacius Obseruation. lib. XII. cap. XXIV.

v. 33. *Ad interdictum veniret*] pro, veniret in ius ad Prætorem. Turneb.

v. 37. *Ipsi qui Cynica traducunt*] Eos significari puto, qui miserè viuunt, vt siliquis & leguminibus, quique vilissimis cibariis se sustentant. Nam talis erat Cynicorum victus. Lucianus Dialog. mortuor. Turneb. lib. 1. cap. XV.

Pag. 6. v. 6. *Sed præter vnum dipondium*] A vilitate, quod penderet drachmas duas. Ita per contemtum *Dupondii* appellati, primo anno noui auditores iuris. Hieronym. *Quis te oro dupondii supputabat?* Seneca Epist. *Dupondio satur*, id est exiguo sumtu. Cuiac. Obseruation. lib. XII. cap. XI. Turneb. lib. XIX. cap. VII. legit, *dupondium scilicet.*

v.21. *Aduocati nocturni*] *Nocturni*, pro furibus, quod & noctu grassantur. Hoc autem eo lepidius, quod iam aduesperauerat, & ambiguitatis sensus duplici gratia augescat, & aduocatorum nocturnorum, & furum nocturnorum. Turnebus. Vide Scalig. ad Catull.

v.24. *In controuersia esse*] Turneb. legit, *in controuersiam esse*, pro controuersum esse & litigiosum.

v.29. *Ad constitutum*] Vide Pet. Pithœi Aduersar. lib. I. cap. XIIX.

Pag. 7. v. 3. *Sera iam sua sponte delapsa cecidit*] Sic videntur antiquorum seræ fores occlusisse, vt exemptiles essent, & quoties fores reserarentur, seræ remouerentur, liberarenturque è catena pendentes. Turneb.

v.11. *Assentationem flectentibus*] Leg. *assensionem*. Guilelmius.

v.13. *Sed attoniti expectauimus lacrimas*] Leg. *aspectauimus*. Gruter. Suspicion. lib. IIX. cap. VIII.

v.14. *Detonuit imber*] Leg. *detumuit*: vt infrà; *odia detumescunt*. similitudo à fluminibus. Idem.

v.15. *Ad articulorum strepitum contritis*] Hoc inter alia commoti animi signa recenset Seneca de Ira lib. I. cap. I. Dusa.

v.29. *Supinas manus*] Horat. *Cœli supinas si tuleris manus*. Dusa.

Pag. 8. v. I. *Temptata manu*] Leg. *dentata*, id est, in modum pectinis dentatim formata. Lips. Antiq. lect. lib. I. cap. VIII.

v.2. *Annuissetis de hac medicina*] Leg. *adiuuissetis*. Scalig. ad Catull.

v.7. *Contemptus iurgia flectit*] Leg. *cum tempus iurgia flectit*. Turnebus. Sambucus leg. *plectit*, id est, nectit, vt Ouid. *nectere iurgia*.

v. 8. *Et qui non iugulat*] Alludere videtur ad morem & disciplinam gladiatorum, quorum præcipuum ad victoriæ consecutionem momentum non in iugulando & feriundo, sed modico corporis inflexu ictus eludendo. Vide Dusam.

v.15. *Frigidior hieme Gallica*[Gallia, quæ ad Septentrionem, horridiorem experitur hiemem. Turneb.

v.30. *Duas institas*] *Institas* dicimus segmenta & limbos, siue sint assuti vestibus, siue non sint, vt Scribonius Largus dixit *ventrem constringendum instita longa*. & Hieronymus: *Lazarus institis vinctus iacuerat in sepulchro*. Cuiac. Obseruation. lib. XII. cap. XXIIII.

Pag. 9. v. 4. *Mirtea subornatus gausapa*] Horat. *Murrheum nodo cohibere crinem*. Porphyrio: *Colorem mirteum in crinibus hodie quoq; dicunt, qui medius est inter flauum & nigrum.* Non autem in crinibus solum dicebatur, sed in aliis quoq; rebus. Scalig. ad Catull. *Mirteus* etiam color in equis, Palladio lib. IV. cap. XIII. Isidorus lib. XII. cap. I. explicat *colorem pressum in purpura*. Turneb.

v.5. *Extersis nos clun*] Leg. *extritis*. Martial. *Culus tritior Hadili laternis*. Dusa.

v.6. *Balenatam tenens virgam*] Quæ è cartilagine balenæ fit. Turnebus.

v.7. *Iussit infelicibus dari missionem*] Missio ad victos gladiatores pertinebat. Illius effectus, vt ab imminenti periculo, & in eum diem duntaxat, liberarentur. Liuius: *Gladiatores dando, modo vulneribus etiã, modo sine missione*. Hinc apud Apul. lib. 11. Fotis: *Hodierna pugna non habet missionem*. In re simili Petronius infrà; *Inhibuit Triphæna facinus, non dissimulata missione*. Lips. Saturnal. serm. lib. II. cap. XXI. fusè.

v.9. *Horribile secretum*] *Horribile*, id est, sacrum, verendum, & quod hominum mentibus tacitam quandam religionem incutiat. Sic posteà; *Et Protogenis rudimenta non sine horrore tractaui*: id est, non sine religionis metu, reuerentia. Sic Lucret. *horrificè*, pro venerandè. Dusa.

v.11. *Cænatoria repetimus*] Martial.

——— *Ebriæque noctis Cænatoria mittit aduocato*.

Athenæo δειπνητικὰ ἐνδύματα, vestes, quibus in cæna vtebantur. Turneb.

v.14. *Gustatione mirifica initiati*] *Gustatio*, seu vt Martial. *gustus*, quæ aliis *antecæna*. Vide Lips. III. Antiq. lect. Turneb. lib. XIX. cap. VI. Stuck. Antiquitat. conuiuial.

v.18. *Totam faciem eius longa fuligine perfricuit*] Plaut. Pœnulo: *Si tibi illic non os oblitum est fuligine*. Nonius: *Subleuit, significat illusit, & pro ridiculo habuit, tractum à genere ludi, quo dormientibus ora pinguntur*. Vnde dilucet hoc pigmenti genus iis albini solere, quos aliis ridendos propinare volebant. Dusa, Budæus in Pandect.

v.19. *Sopitionibus pinxit*] Leg. *scipionibus*. Dusa. Gruterus Suspicion. libr. II. cap. III. legit, *sopitis titionibus*: vt *sopiti titiones* contrarii sint ardentibus.

v.23. *Lucernæ quoq; humore defecta*] Eadem narratio de eadem re apud Propertium:

Sed neque suppletis constabat flamma lucernis;
Decidit inq; suos mensa supina pedes.

Scaliger ad Propert.

v.34. *Concrepans æra*] Propert. *Cimbala Thebano concrepuere Deo*. Dusa.

v.37. *Vt infractis manibus congemuit*] Antè: *Manibus inuerius in articulorum strepitum constrictis*. Gestus erat componentium se ad dicendum. Propert.

—at

—— *at illi Pollicibus fragiles increpuere manus.*
Scalig. ad Propert. lib. IV.

Pag. 10. v. 4. *Deliaci manu reciſi*] Spadones. Nam capones *Deliaci* manu caſtrantur. *Deliacus* enim pro curatore gallinarum. Plin. lib. x. *Gallinas ſaginare Deliaci cœperunt*. Scalig. ad Varron. de Re ruſtica.

v. 7. *Fruſtra moluit*] *Molere*, ſubagitare. Horat.
Alienas permolere vxores. Auſonius:
Deglubit, fellat, molitur per vtramque cauernam.
Lucillius. Scalig. Auſon. lection. Palmer. Spicileg.

ibid. *Perfluebant per frontem ſudantis*] Horat. Epod.
Quis ſudor victis, & quam malus vndique membris
Creſcit odor —— *nec illi*
Iam manet humida creta colorque,
Stercore fucatus crocodili. Duſa.

v. 12. *Vrbanitatis vernula fontem*] Leg *frontem*; εἰρωνικῶς. *Vernula urbanitas*, quæ ſalibus natis intra pomœria conſtat; cui contraria *ruſticitas*, niſi forte ad *vernarum* dicacitatem alluſum, quibus impuniſſimè etiam in dominos iocularia funditare ius erat. Seneca II. de Tranquillit. Martial. lib. x. Vide Duſam.

v. 13. *Embaſicœtam*] ἐμβασικοίτης aut ἐμβατικοίτης à verbo βῆναι: pro quo Latini *perambulare*. Catull. *perambulabat omnium cubilia*. Scalig. ad Catull.

v. 14. *Per fidem inquam noſtram*] Leg. *veſtram*. Duſa.

v. 16. *Equum cinædus mutauit*] Metaphora à Vertumnis deſumpta. Duſa.

v. 21. *Pertractato vaſculo*] Leg. *& protracto vaſculo: Tam rude hoc, inquit, belle. Vaſculum*, ea pars, quæ inter res ſerias nominari non debet. Plaut. Pœnul. *Facio quod manifeſti mœchi haud ſolent, Refero vaſa ſalua.* Lipſ. Antiq. lect. lib. I. Græcorum imitatio. Nam apud Medicos ea pars σκεῦος. Scalig. ad Priap. Palmerius legit, *rude hac, inquit, bellis cras in prom. Rudis* laniſtarum ac gladiatorum eſt, qua illi gladiorum vicem ad pugnam exercebantur. Ergo vaſculum illud, *rudem* vocat, qua in primo coitu, libido ceu pugna irritaretur.

v. 22. *In promulſide libidinis noſtræ militabit*] Significat pueri vaſculum in nutum, quaſi in antecænam ſibi fore, ad libidinem robuſtam irritandam. *Promulſis* autem antecœna. ideo quod daretur ante mulſum. Lipſ. III. Antiq. lect.

v. 23. *Poſt aſellum diaria non ſumo*] Vide Duſam in Præcidan. & Palmer. in Spicileg.

v.29. *Nuptias fecerunt*] Alibi: *Iacuerunt vnà non tantum illa nocte, qua nuptias fecerunt. Nuptias facere*, τὸ συγκαλάζειν. Inde Festo *nupta verba*, obscœna. Lipſ. Antiq. lect. lib. II. cap. IX.

Pag. II. v. II. *Commouebat obiter labra*] *Commouet labra*, qui laſciuio ris motu ad amorem allicit, & ſic conformat os, vt baſiari velit. Turnebus. Palmerius ex Fulgentio, *commouebat valgiter labra*. quem vide, vti & Duſam.

v.16. *Pila ſparſiua exercebatur*] Vide Hieronym. Mercurialis de Arte gymnaſtic. lib. II. cap. V.

v. 23. *Digitos concrepuit. ad quod ſignum matellam ſpado ludenti ſuppoſuit*] *Martial.*

Digiti crepantis ſigna nouit eunuchus,
Et delicatæ ſuſcitator vrinæ
Domini bibentis ebrium regit penem.

Idem lib. XIV. diſticho, cui lemma, *Matella fictilis*. Vide Duſam.

v.28. *Non linteis, ſed palliis*] A lauatione oleo aut vnguento perfuſos linteis tergeri mos erat, non palleis laneis. Vnde hoc quoque inter lauticias Trimalcionis ponit Arbiter. De *linteis* Martial. lib. X. & alibi. Duſa.

v.30. *Lectica impoſitus*] De lecticarum vſu, forma, diſcrimine, Lipſ. Elector. lib. I. cap XIX.

ibid. *Præcedentibus faleratis curſoribus*] De curſoribus, qui in comitatu Nobilium, falcratis etiam, meminit Sueton. Neron. cap. XXX. & Seneca Epiſt. LXXII. *Omnes iam ſic peregrinantur, vt illos Numidarum præcurrat equitatus, vt agmen curſorum antecedat. Omnium pædagogia oblita facie vehuntur, ne Sol, ne frigus teneram cutem lædat.* Duſa.

v. 31. *Chiromaxio*] Videtur eſſe genus modici plauſtri, quo homo tantum geſtari poterat, & à ſeruis, non à mannis. vnde vocatur *chiromaxium*. Scalig ad Feſt. Arcuma.

v. vlt. *Pica varia*] Plin. lib. X. cap. XXIX. *Picarum genera, quæ longa inſignes cauda, variæ appellantur.* Duſa.

Pag. 12. v. 2. *Canis ingens cathena vinctus*]. More veterum canes ad oſtium non viui modo, ſed & ſculpti, vt in regia Alcinoi.

Χρύσειοι δ' ἑκάτερθε καὶ ἀργύρεοι κύνες ἦσαν
δῶμα φυλασσέμεναι ———

vel picti in pariete, vt hîc in Petronio. Auſon. Popma ad Varron. Vide Caſaubon. ad Theophraſti Charact.

v. 3. *Caue caue canem*] Varro: *In ianua* CAVE CANEM *inſcribi iubeo*. Et titulus Menipp. *Caue canem*. Hoc vti conueniet, quoties monebimus, cauendum ab homine maledico & obtrectatore, vel ab hoſpite inhumano. Popma ad Varron.

v. 5.

v.5. *Venalitium titulis pictum*] *Venalitium* vocat δουλοπρατήριον. *Tituli* autem non ſolum in venalitio pingi ſoliti, ſed etiam collo aptari vendundi mancipii. Propert.

At quorum titulus per barbara colla pependit,
Cælati medio cum ſaliere foro.

Scalig. ad Propert.

v.18. *In poſtibus triclinii faſces cum ſecuribus erant fixi, quorum vnam partem*] Leg. *imam partem*. *Faſces*, bacilli aliquot teretes loro colligati in modum faſcis. *Securis* & *faſces* inſignia magiſtratus, quibus à lictoribus prælātæ. Duumviris autem, Ædilibus Quinquennalibus, Sexviris (qui magiſtratus municipales) lictores præibant, non cum faſcibus, ſed nudis virgis aut bacillis. Ideò miratur adoleſcens, quia inſolens & præter morem. Fuſè Lipſ. Elect. lib. I. cap. XXIII.

v.20. *G. Pomp.*] Leg. GN. POMP. vt *Gnaus* fiat. Duſa.

v.34. *Veſtimenta mea cubitoria*] Leg. *accubitoria*. Romanis alia veſtis domeſtica, alia forenſis. Inter domeſticas cœnatoria, quam non fas videre publicam lucem. Martial. lemm. *cænatoria:*

Nec fora ſunt nobis, nec ſunt vadimonia nota:
Hoc opus eſt, pictis accubuiſſe thoris.

Fuſè Lipſ. quem vide Saturnal. lib. I. cap. II.

v.35. *Quæ mihi natali meo donauerat cliens*] *Cænatoria* patroni locupletiores à clientulis ſuis quotannis muneri accipiebant diebus natalitiis. Martial. lib. X. *Cænatoria mittit aduocato*. Plinius lib. IV. Epiſt. *Sola ſe munuſcula duntaxat natali ſuo accepiſſe, & pleriſque miſiſſe*. Duſa.

v.36. *Sed iam ſemel lota*] Leg. *ſed haud ſ. l.* vt dibapha ſignificet. Lipſ. Saturnal.

Pag.13. v.11. *In promulſidari*] in al. *in promulſide danda*. Leg. *in promulſidariis*. Vlpian. de auro & arg. leg. *promulſidaria* vaſa appellat. Hic *promulſidaria* intelligit cibos, qui in guſtu. Lipſ. Epiſtolic. quæſt. lib. III. epiſt. II. Palmerius legit, *in promulſi dare*, eo exemplo, quo poſteà; *cænemus; hoc eſt in cæna*. Græca forma. Gellius lib. IX. cap. II. *Petit as ſibi dari* εἰς ἄρτους. *Corinthia* autem pro vaſis Corinthiis, vt *ferum*, *Numidicas*, *Africanas*, concreta pro abſtractis dicimus.

v.19. *Pallio coccineo adraſum incluſerat caput*] Græci Romanique capite intecto: qui delicatiores, capite incedebant palliolato, non ſine ſuſpicione luxus. Seneca de Mæcenate: *Hunc eſſe, qui in omni publico cætu ſic apparuerit, vt pallio velaretur caput, excluſis vtrimq. auribus*. Plutarchus ſuperbiam Demetrii taxans: *Domino ſtante*, inquit, *ipſus accumbebat:* ἔχων δ᾽ ὠτον κατὰ τῆς κεφαλῆς ... Lipſ. de Amphitheat. cap. XX.

v.20. *Circaq; oneratas veste ceruices laticlauiam immiserat mappam, fimbriis hinc atque illinc fluentibus*] *Claui*, quibus honoris caussa vtebantur Senatores, vel Tribuni, vel Equites, non erant consuti vesti, sed supra eam demissi in pectus vsque, alii arctius, alii laxius, vt rectè Horatius dixerit: --- *Latum demisit pectore clauum.* Acro ad illa verba: *Pretextam & latum clauum*, &c. *Latum clauum, purpuram dicit, qua in pectore extenditur Senatorum. Graci* τὸν κολοβιῶνα *vocant. Vsum eius hodie retinent Principes, inicientes vesti à ceruice ad pectus indumentum ex purpura, vel pellibus preciosis muris Pontici, vel aliis, dum Regio habitu prodeunt in publicum.* Cuiac. obseruation. lib. XII. cap. XXXIX.

vers. 25. *Armilla aurea cultum*] *Armilla* sequiori sexui olim in vsu tantum: gliscente luxuria ad virorum ornamenta traductæ. Plinius lib. XXXIII. cap. III. Dusa.

Pag. 14. v. 1. *Accipimus nos cochlearia*] Cochlearum vsus ouis quis fuerit, etiam ex Martialis lib. XIV. Lemm. *cochlearis* constat:

Sum cochleis habilis, sed nec minus vtilis ouis,
Nunquid scis potius, cur cochleare vocer?

Plinius lib. XXIIX. cap. II. Dusa.

v. 2. *Non minus sex libras pendentia*] Leg. *non minus selibram pend.* Gruterus Suspicion. lib. II. cap. X.

v. 7. *Feceratq; potestatem clara voce*] Lautiores domini conuiuis suis potestatem facere soliti poscendi quæ vellent. Martialis:

Rectam vocatus quum recurrit ad cœnam,
Ter poscit apri glandulas, quater lumbum,
Nec erubescit peierare de turdo. Dusa.

v. 11. *Colaphisq; obiurgare*] Persius, *soleâ obiurgare.* Sueton. *ferulis obiurgare.* Dusa.

v. 12. *Lecticarius*] inter tot res conuiuii electissimi lecticario quis locus? Scrib. *insecutusq; est suppellecticarius*, id est, is qui suppellectilem curet. quæ vox in Pandectis & Glossis. Dusa.

v. 15. *Minorem nobis æstum sua frequentia facient*] Leg. *sua infrequentia.* Gruterus Suspicion. lib. V. cap. XII.

v. 21. *Laruam argenteam attulit seruus sic aptam*] Ausonius: *Simile vt dicas ludicro isto, quod Graci* σχμάτιον *vocauere, oscilla ea sunt. ad summam quatuordecim figuras geometricas habent. Sunt enim æquilatera, vel triquetra, aut rectis angulis, vel obliquis: isoscele, vel isopleura: orthogonia quoque, vel scalena. Harum vertibularum variis cognomentis simulantur species mille formarum*, &c.

Huius.

Huiuſmodi laruæ in medium conuiuium iaciebantur,& ex illis eas figuras Rex conuiuii exprimebat, vt mutationis & breuitatis vitæ commonefaceret; & propterea bibendum, vt nihil de fructu huius vitæ periret. Nam alioqui ſemper in conuiuiis mortis mentionem iniiciebant,& caput mortui,vbi laruæ copia non erat, in menſa apponebant, vel è triclinio ſuſpendebant. Epigramma Græcum:

Ἡ πτωχῶν χαρίεσσα πανοπλίη, ἀσπλαγχνον
  Αὖτη καὶ δροσερῶν ἐκ πετάλων στέφανος.
Καὶ τοῦτο φθιμένοιο προάστιον ἱερὸν ὀστοῦν,
  Ἐγκεφάλου ψυχῆς φρούριον ἀκρότατον.
Πῖνε λέγει τὸ γλύμμα, καὶ ἔσθιε, καὶ περίκεισο
  Ἄνθεα. τοιοῦτοι γινόμεθ᾽ ἐξαπίνης.

Quæ ad verbum interpretantur Petronium. Scalig. Auſon.lect. lib. I I. cap. x x v.

v.28. *Viuamus*] Hoc ſermone laceſſebant lætitiam. Inſcript. *Amici, dum viuimus, viuamus.* Lipſ. Saturnal.

ibid. *Dum licet eſſe bene*] *Eſſe bene* γενικῶς vitam omnem voluptariam complectitur. Plaut. Bacchid. *Vbi bene tibi ſit locum lepidum dabo.* Origo formulæ,quod cui omnia ſecunda vellent,ei precarentur bene eſſe. Lapis: *Bene ſit filiis filiabus.* Guilielmius Plautin. quæſtion. Duſa legit, *dum licet eſtq, bene.*

v.32. *Structor impoſuerat cibum*] *Structores*,qui fercula puerorum manibus allata commodè diſponunt. Iuuenal. Satyr. v.

Structorem intereà, ne qua indignatio deſit,
Saltantem ſpectas ———

Et Satyr. x I.

Structor erit, cui cedere debeat omnis
Pergula ———

Vide Lipſ. Saturnal. Sermon. lib. I I. cap. I I.

Pag.15.v.10. *Eiuſmodi methodio*] *Methodium* pro methodo, id eſt fictione ſeu ludificatione. Duſa.

v.11. *Proceſſit ſtatim ſciſſor*] *Sciſſor*,quem poſt *Carpum*, Iuuenal. *Carptor*, qui,vt Sidonius, eundem *Chironomonta* cur dixerit Satyr. v. *Et chironomonta volanti Cultello* — indicat hic locus Petronii, & alter Senecæ lib. Epiſtol. v I. *Cum ad cœnandum diſcumbimus, alius ſputa detergit, alius pretioſas aues per pectus & clunes certis ductibus circumferens eruditam manum in fruſta excutit.* Eos ipſos *diribitores* Apul. lib. I I. Vide Lipſ. Saturnal. Sermon. lib. I I. cap. I I.

v.13. *Car-*

v.13. *Carpe*] *Carpere* est lacerare, vt XII. Tab. *Faciem ne carpito.* Ouid. *Carpe cibum digitis.* Dusa.

v.23. *In cœlum abiit*] Seneca, *Subsilire in cœlum ex angulo.* Dusa.

v.24. *Topanta est*] Leg. *Trimalcionis* τὰ πάντα *est.* Varro Sesqui Vlisse: *Hic omnia erat, idem Sacerdos, prætor, parochus.* Demosthen. πᾶν ἐκεῖνος ἦν αὐτοῖς. Lucian. καὶ οἱ πάντα Κόμβαβος ἦν. Lips. Epistolic. quæstion. lib. III. ep. 21.

v.28. *Mopsum Thracem memorata est*] Leg. *immorata est.* Lips.

v.36. *Peregrina hospita*] Leg. *peregrino hospita.* Dusa.

v.37. *Pietaticultrix*] Vide Turneb. Aduersar. lib. VIII. cap. XIIX.

Pag.16. v.1. *Margarita*] Numero plurali posita. nam *margaritum* singulari. Mecænas: *Percandida margarita quæro.* Dusa.

ibid. *Tribacca*] Quæ tribus baccis vnionibusve inauri insertis constabat. Plin. lib. x. cap. xxxv. *Hos digitis suspendere, & binos ac ternos auribus feminarum gloria est.* At *baccarum* appellatio pro vnionibus vel in illo Virgilii elucescit: *Colloque monile Baccatum.* Hadr. Iunius Animaduers. lib. VI. cap. xv.

* al. Aristo habent pro Nouius.

v.3. *Tollat pedes*] *Tollere pedes,* αἴρειν σκέλη. Nouius * in Fragment. Attellan. *Mammas teneas, pedes extollas, congenues, sauies.* Cic. ad Attic. *Noli de vno pede sororis queri, licet etiam alterum tollas.* Dusa.

v.5. *Carchedonios, ignes lapideos*] Plinius lib. xxxvii. cap. vii. *Carbunculi à similitudine ignium appellati, cum ipsi non sentiant ignes, ob id à quibusdam Apyroti vocantur.* Dusa.

v.7. *Ventum textilem*] Vestem ventosam & tenuissimam, æquantem subtilitate ventos. Turneb. lib. I. cap. xv.

v.8. *In nebula linea*] Pro tenui amiculo lineo, quod nec panni crebritatem, nec telæ densitatem, sed nebulæ raritatem æmuletur. Turnebus ibid.

v.29. *Per omnes scirpos gastrarumq; eminentium*] Leg. *scrupos, glarearumq; emin.* vt terræ petrosæ calculi intelligantur. Dusa.

v.37. *Ni tabellarius Trim. inuenisset*] Leg. *interuenisset.* Dusa.

ibid. *Vehiculis diues*] vt, *diues agris.* Virgil. Dusa.

Pag.17. v.15. *Et alium locum quem pollnas quære*] *Locus* pro turpi illa corporis parte, in qua masculam auersamq; Venerem subagitarent. In Carmine libero:

Dum timet alterius vulnus inepta loci.

Ex his constat *locum* veteres vsurpasse pro muliebri natura. Sammonicus:

Obscænos si pone locos noua vulnera carpent.

Cato de re rust. *Si mulier eo lotio locos fouebit.* Durantius Variar. lib. II. cap. XI.

v.37. No-

v. 37. *Nomen amicitiæ*] Si amicitiam vtilitate potius, quàm honeſtate metiri volumus, hominum vita ſimilis erit ludo calculorum, & calculi inter ſe amare videbuntur. Nam in ludo tabulæ ſic diuiſi ſunt calculi in duas factiones, vt inter ſe quidam velut amici, quidam hoſtes ſint. Vnde Martialis:

Gemmeus iſte tibi miles & hoſtis erit.

Quatenus autem vtile eſt ludo, iſtam calculi amicitiam ſeruant fœderati inter ſe. Igitur ſi emolumentis amicitiam ponderamus, amicitiam putemus exercere calculos in tabula, & eos nobile opus tuendæ amicitiæ ducere. Turneb.

Pag. 18. v. 3. *Grex agit in ſcena mimum*] Sententiam totius epigrammatis expreſſit Lucian. Necyomantia, quem vide. Duſa.

v. 6. *Diſſimulata perit*] Leg. *aſſimulata*. Duſa.

v. 12. *Ergo me non ruina terra potuit haurire? Aufugi, iudicium harena impoſui)* Leg. *aufugi iudicium, harena imp.* Tangit præteritas ſuas hiſtorias. *Iudicium* intelligit de adulterio, quia vxorem Lichæ corruperat. *Arena impoſui*, quia damnatus ad ferrum, neſcio qua fortuita ruina euaſit. de qua anteà; *Non taces gladiator obſcœne, quem de ruina arena dimiſit*. Certè ad hanc terræ ruinam etiam illa pertinent: *Ergo me non ruina terra potuit haurire.* Lipſ. Epiſtolic. quæſtion. lib. v. ep. xix.

v. 14. *In diuerſorio Græcæ vrbis*] Peculiari *Græcæ vrbis* appellatione inſignita antiquitus *Neapolis*. Tacitus libr. xv. Annal. vbi de Claud. Nerone: *Non tamen Romæ incipere ſcenas auſus, Neapolim quaſi Græcam vrbem delegit.* Duſa.

v. 15. *Et quis hanc mihi ſollicitudinem*] alij legunt, *ſolitudinem*.

v. 16. *Dignus exilio*] Leg. *exitio*. Duſa.

v. 18. *Quid ille alter? die qui tanquam togæ*] Leg. *Quid ille alter, ô Dii? qui tanq. togæ.* Lipſ. Epiſtol. quæſtion. l. v. ep. xix. Duſa legit; *Qui ipſo tanquam togæ virilis die ſtolam ſumſit.*

v. 22. *Mulier ſecutuleia*] Quę virum appetat & ſectetur, ſi recta lectio eſt. Quanquam & reſpectus forte aliquis ad rem gladiatoriam, quia hi fugitiui, quos inducit Arbiter, olim in arena. Lipſ. Saturnal. ſermon. lib. II. cap. VII. vbi de ſecutore.

v. 33. *Phocaſiati*] Leg. *Phæcaſiati*. Turnebus. Militem enim non Phæcaſiatum, ſed caligatum oportebat. Duſa.

Pag. 19. v. 8. *Ex tranſuerſo ſit*] Seneca: *Debilitates, & cætera ex tranſuerſo in vitam humanam incurrentia.* Duſa.

v. 18. *Naturæ veritate*] Leg. *varietate*. Duſa.

v. 30. *Lycurgo crudeliorem*] Hic ille fuiſſe videtur, de quo men-

tio infrà: *Et quicquid Lycurgi villa grassantibus exhibuisset.* Dusa.

v.34. *Quos odisse diuites solent*] Plin. lib. VII. Epistolar. *Amat studia, vt pauperes solent.* Dusa.

v.37. *Quare ergo, inquit, tam male vestitus es?* Martialis: *Cur ergo, inquit, habes malas lacernas:* Dusa.

Pag.20. v.9. *Qui solas exstruere diuitias*] Horat. *Exstructis in altum Diuitiis.* Dusa.

v.15. *Ipsis leonibus doctior.* Leg. *lenonibus.* Dusa.

v.23. *Iam ergo cæperam*] Leg. *Iam ego cæp.* Dusa.

Pag. 21. v.20. *Male repugnanti*] id est, simulatè repugnanti. Horat. *Digito malè pertinaci.* Dusa.

v.34. *Caussam desidiæ præsentis aui excutere*] Plin. libr. XXXV. cap. II. *Ita est profecto, artes desidia perdidit, & quoniam animorum imagines non sunt, negliguntur etiam corporum.* Dusa.

v.35. *Tropica*] id est, vmbras rerum atque imagines tantum. Dusa.

Pag.22. v.1. *Itaque hercule omnium herbarum succos Democritus expressit*] Num, *è pergula*, vt à Democrito contemtum patrimonium, & paupertinam domum significaret. Lucianus quidem in Philopseude scribit, Democritum in monumento clausum fuisse, atque ibi admiranda illa scripsisse. Lips. Antiq. lect. lib. I. cap. VIII.

v.7. *Myron*] Symmach. lib. I. epist. XXV.

v.17. *Senatus recti bonique præceptor*] Vide Franç. Iureti Notas ad Symmach. lib. I. epist. XLVI.

ibid. *Mille pondo auri Capitolio promittere solet*] *Promittere in votis, est vouere.* Tibull. — *Nigras pecudes promittite Diti.* De solemni promissionis huius ritu vide Dusam.

v.22. *Troiæ halosim*] Sueton. Nerone *Halosin Ilii.* Dusa.

v.28. *Scissaq.*] al. *spissaq.*

v.32. *Irata virtus*] Leg. *Iurata virtus.* Dusa.

v.35. *Hoc titulus fero incisus, hoc ad fata compositus Sinon*] Vt sit sensus: Hoc titulus equo inscriptus, hoc & Sinon proditor Troiæ confirmabat. *Feros* pro equis, Catullus, Virgilius. Hippocentauros *Semiferos* indigitant, non à feritate, sed à forma. Dusa.

v.37. *Et mendacium*] Leg. *ea mendacium.* Stewechius ad Apuleium. At Dusa, *hei mendacium in damnum potens:* id est, damnosum Iliensibus.

Pag. 23. v.28. *Laoconte*] Legend. *Lauconte*, pro Laocoonte. Sic *lautumiæ*, non laotomiæ, Seneca: Sic *Laudicea* pro Laodicea, Plin. Epistol. Scalig. ad Fest.

Pag.

Pag. 24. v. 6. *Nudo remiſſus Theſſal. quadrupes iugo Ceruicem*] Leg. *Nodo rem. Th. q. iugi Ceruicem.* Duſa.

v. 15. *Poëtam vocaret*] Leg. *vocarent.* Duſa.

v. 18. *Sæpius Poëticè quam humane locutus es*] *Humanè* & *Poëtice* opponit, ad exemplum Horatij:

Surge & inhumanæ ſenium depone Camœnæ.

Humane, hominum more ac ritu. Duſa.

v. 23. *Aduenticia excipere freq. ſolet*] Ad cœnæ præbitionem alluſio, quæ *aduentoria* Martiali: Plauto *viatica.* Duſa.

v. 27. *Video Gytona cum linteis & ſtrigilibus*] Ergo in balneo Gyton, cum hæc acciderent. Illuſtris *ſtrigilum* ad fricandum, purgandumque in balneis vſus. Iuuenal. *Et ſonat vnctis Strigilibus.* Horat. *Strigiles Criſpini ad balnea defer.* Hinc *deſtringere*, ſtrigilibus detergere, Seneca Epiſt. CXXIII. Plin. Epiſtol. *dum deſtringitur, tergiturq.* Duſa. Vide Turneb. l. XXVI. c. XX.

v. 33. *Relictoq. Eumolpo. nam in balneo carmen recitabat*] Mirifica obſeruatio decori in homine nimis Poëta, quem ita recitandi morbus tenet, vt nullo non & loco & tempore hominum auribus moleſtias exhibeat. Quod genus à Flacco in Satyr. perſtrictum:

Non recito cuiquam niſi amicis, idq. coactus:
Non vbi vis, coramve quibuslibet, in medio qui
Scripta foro recitent ſunt multi, quique lauantes.

Martialis lib. III. epigram. XLIV. Duſa.

v. 36. *Os vultu meo contero*] Suprà, *baſiis diſtriuit.* Ariſtænetus, κατέτριβε μου τὸ στόμα. Duſa.

Pag. 25. v. 2. *Peregrini amoris conceſſio*] Pro amaſio, qui alteri conceſſus: Sicut *optio*, qui optatur. Plaut. Aſinar. *Sume optionem Leonidam.* Sic Bibaculo Orbilius *literarum obliuio*, quod ſcilicet litteras oblitus eſſet. Palmerius Spicileg.

v. 3. *Poſtquam ſe amari ſenſit, ſupercilium ſuſtulit*] Ariſtænetus: ὡς ἐρωμένος, αὐθαδέστερον ὑπερέχειν καὶ πεφρόνηκας μέγα, καὶ σοβαρώτερος γέγονας τὴν ὀφρῦν. Vide Duſam Fil. ad Catullum.

v. 18. *Ne in contubernium Aſcylti partem*] Leg. *Aſcylti parem*, pro comparem. Val. Cato in Diris: *Tuq. eris iſti par.* Sidonius:

Helleſpontiaco parem Priapo.

Quamuis in Petronio quidem malim: *Aſcylti par.* Sic enim ſolebant, huncillius *par* dicere, cum geminum moribus ſignificabant. Plaut. Rudente: *Et erat hoſpes, par illius, Siculus ſenex.* Vide Duſam fuſe diſſerentem.

v. 34. *Tanto magis impedit inguina*] Leg. *expedit.* Duſa.

Pag.26.v.3. *Quod non sint faciles*] id est, minuto precio parabiles. Horat. *Parabilem amo Venerem facilemq;*. Dusa.

v.27. *Extra cellam processit, tanquam aquam peteret*] Hoc est, tanquam vesicam exoneraret. Veteres verò honestè *aquam* pro vrina posuerunt; & veteres dicebant, *sumere se aquam*, cum ibant ad secessum. Ouid. *Sumendæ detur cum tibi tempus aquæ:* id est, cum tibi detur tempus ad exonerandum vesicam. Vide Scalig. ad Propert. lib. III.

Pag.27.v.2. *Si putas contingere posse*] Exturbandum *contingere*. nam sententiæ officit. Palmer. Spicileg.

v.4. *Periturus per præcipitia*] Al. *petiturus præcipitia*.

v.10. *Vt pueris discentibus audaciam tonsoris daret*] Martialis libr. IIX. *Tonsorem puerum*. Dusa.

v.26. *Redditaq; scortillo vice*] In V.C. *Scordalo*. *Scordalum* interpretor, velut scorodalum, id est hominem alliatum, & illuvie squalloreque fœdum. Vide Turneb. Aduersar. lib. VI. cap. IV.

Pag.28.v.1. *Velut cibo me replebam*] Sæpe Plaut. *Istuc mihi cibus est, quod vapulare*. Dusa.

v.3. *In mediam rixam perfertur*] Leg. *in mediam noxam perf. Noxa* aliquando notat iurgium ac dissidium. Ausonius.

Sæpe in coniugiis fit noxia, si nimia est dos.

Noxiam & *noxam* idem vult esse Seruius in Virgil. Scalig. in Priapeia.

v.9. *Intrat stabulum præco*] *Furtum*, quod à lictore aut viatore licio præcinctus, ipso aut alio quolibet comite indicium & fidem in lance præferente, siue hoc priuata, siue publica ex auctoritate magistratus, perquisitum inuentumque est, *per lancem & licium conceptum* videtur. Huius rei amissæ perquirendæ & concipiendæ ratio etiam apud Plautum. Mercat.

Certum est præconium iubere iam quantum est conducier,
Qui illam inuestigent, qui inueniant: post ad Prætorem illico
Ibo, orabo, vt conquisitores det mihi in vicis omnibus.

Extant & alia præconij huius exempla apud Lucianum, Senecam lib. V. Controuers. Apul. lib. VI. Milef. Theocrit. Idyl. XXI. & Fortunatianum lib. I. Rhetor. Vide Pet. Pithæum Aduersar. lib. I. cap. II.

v.14. *Amictus discoloria veste*] *Discoloriam vestem*, vt Iuris auctores *versicoloriam*, Vopiscus *coloriam*. Discoloria autem veste vti solitos, qui quid publica auctoritate facerent testimonio est Constitutio Cod. Theodos. tit. *de habitu, quo intra vrbem vti oportet*. Pet. Pithœus.

v.25. *Claustrorum infirmitatem*] MS. *firmitatem*. Dusa.

v.34.

v.34. *Raptam cauponis harundinem*] Harundinem ostio appensam intellige. Infrà: *Et harundinem ab ostio rapuit.* Ea virga Senecæ *ianitoris gestamen*, lib. II. de Tranquill. Dusa.

v.35. *Omniaq; etiam foramina parietum scrutatur*] Solebant veteres in perquisitione furti vel minutissima quæque, quamuis obsignata, perscrutari & excutere. Plato de Legib. lib. XII. Apuleius lib. IX. *Immissis itaq; lictoribus, cæterisq; publicis ministris angulatim cuncta perlustrari iubent.* Pet. Pithœus Aduersar. lib. II. cap. XIX.

Pag. 29. v. 7. *Continuò ita sternutauit* &c. *Ad quem motum Encolpus Gytona saluere iubet*] Sternutantibus bene comprecabantur, ac salutem ingerebant. Plin. lib. XXVIII. cap. II. *Cur sternutamentis salutamur.* Dusa.

v.15. *Amplexusq; iam mitigatum*] Al. *iam mihi gratum.* Leg. *amplexusque tam mihi iratum.* Gruterus Suspicion.

v.18. *Hiberum inuaderet mare*] Leg. *hibernum.* Dusa.

v.32. *Expedire sarcinulas*] Catullus: *Aptis sarcinulis & expeditis.* Dusa Fil. ad Catull.

Pag. 30. v. 6. *Opus ante ita perdet*] Leg. *anhelitu prodet.* Dusa.

v.7. *Animum dissidentem*] Leg. *diffidentem.* Dusa.

v.8. *Obruto tunicula capite*] Leg. *obnupto.* Dusa.

v.15. *Somnio circumamictus*] Tibullus: *Et cùm te fusco somnus velauit amictu.* Dusa.

v.23. *Aliquando totum me Fortuna vicisti*] *Aliquãdo* pro tandẽ, vt Plaut. *Aliquando osculando melius est pausam facere.* Dusa.

v.31. *Quis nobis Hannibal nauigat*] Leg. *nobiscum.* Dusa.

Pag. 37. v. 9. *Portibus se curuatis insinuant*] Leg. *portibus se grauatim insinuant.* Lipsi. Epistolic. quæstion. lib. III. ep. II.

v.30. *Nam quod ad meum comitatum attinet*] pro societate & communione periculi mei cum vestro. Cicero: *Societas & comitatus illius.* Dusa.

v.34. *In duas pelles coniiciam, vinctosq; loris inter vestimẽta circumferam*] De hoc genere *pellium* Paulus in L. v. Dig. de suppellect. leg. & Hieronymus in Vita S. Hilarionis. Cuiacius Obseruation. lib. X. cap. XII. Persius Satyr. V.

Iam pueris pellem succinctus, & œnophorum optas.

Pellem dicit pro mantica & inuolucro vestis, aliorumq; vtensilium. Turneb. Aduersar. lib. XIII. cap. X.

Pag. 32. v. 13. *Increta facies, vt suos Gallia ciues agnoscat*] Gallos facies incretasse indicare videtur: sed hoc ego ad natiuum potius Gallorum candorem referendum censeo: sicut & *Gallicos vultus* apud Tertullian. de Virgin. Pithœus Aduersar. lib. I. cap. XI.

v.21. *Crura in orbem pandere*] Poplites diuaricatos intelligit infrà coeuntibus tale vitium Æthiopum genti (ad eos spectat hæc oratio) proprium. Talem quendam poëticis coloribus depictum proposuit Martialis lib. II.

Cum sint crura tibi, simulent quæ cornua Lunæ,
In Rhytio poteras Phœbe lauare pedes. Dusa.

v.23. *Quid timenti*] MS. *dementi*. Dusa.

v.29. *Stigmate puniti*] Leg. *puncti*, vt Cic. *notis compunctum* pro stigmatico. Dusa.

v.30. *Vmbra supplici teget*] Leg. *Supplicii teget*. Dusa.

v.33. *Notum fugitiuorum epigramma expressit*] Fugitiui compungi solent notis, vel litteris, quibus dignoscuntur & deprehenduntur, L. II. D. de fugit. Quinctilian. *Si quis fugitiuo stigmata scripserit*. Clemens Alexandrinus: τὸν δραπέτην στίγματα δείκνυσι. Vide Cuiac. Obseruation. lib. VII. cap. XIII.

vers. vlt. *Non dissimulata*] Leg. *nos dissim.* Dusa.

Pag. 33. v. 30. *Audio non licere cuiquam mortalium in naue neq; vngues, neque capillos deponere*] Propertius lib. IV.

Huic fluctus viuo radicitus abstulit vngues.

Ad quæ verba Scaliger: Hoc verum est, naufragis & vngues à cute recidere, & extremitates labescere. Quod cum videret superstitiosa antiquitas, tanquam naufragium deprecari vellet, quo scilicet sciebat vngues radicitus euelli, solebat sibi vngues præsecare, quoties turbaret mare, vt ex Propertio patet. Ergo irato mari capillorum resectione naufragium deprecabantur, vt euaderent vnguium præsectionem, ne enecarentur in mari.

v.31. *Neque capillos deponere*] Paulò antè: *Notauit sibi ad Lunam tonsorem intempestiuo inhærentem ministerio, execratusq; omen, quod imitaretur naufragorum vltimum votum.* Gentiles vrgente tempestate, ac nulla salutis spe affulgente, capillos soliti tondere. Nonius: *Qui liberi fiebant, ea caussa calui erant, quod tempestatem seruitutis videbantur effugere, sicut naufragio liberati solent.* Eam ob caussam Iuuenal. Satyr. XII.

Tunc stagnante sinu gaudens ibi vertice raso,
Garrula securi narrare pericula nautæ.

Nautam vertice raso, quem in mari sæpissimè pericula & naufragia inuenissent. Ad hunc morem videtur alludere Paulus Actor. Apostol. cap. XVII. vbi deiectos metu naufragii vectorum animos conatur erigere, οὐδενὸς γὰρ ὑμῶν θρὶξ ἐκ τῆς κεφαλῆς πεσεῖται. Durantius Variar. lib. II. cap. IX.

v.36. *Au-*

v.36. *Auſpicium mihi feci*] Horatius: *Cui ſi vitioſa libido Fecerit auſpicium*. Duſa.

Pag.34.v.7. *Spartana nobilitate*] Nota Spartanorum animi fortitudo ac tolerantia in ſufferendis plagis. Vide Senecam de Prouident. cap.IV. Horat. Od.I. *Nec tam patiens Lacedæmon*. Duſa. Vide Franc. Iureti Notas ad Symmach.lib.II.epiſt.XLVI.

v.19. *Cum homo prudentiſſimus*] Leg. *pudentiſſimus*. Suprà: *Licas homo verecundiſſimus*. Duſa.

v.30. *Quia non totam*] Leg. *quia non, dum totam*. Duſa.

v.31. *In Herculis porticu*] Ergo hæc in vrbe Roma patrata ab Eucolpio. Romæ enim porticus Herculis. Duſa.

Pag.35.v.4. *Me vtpote hominem*] Leg. *me vtpote hom*. Ian. Gulielm. Plautin. quæſtion.

v.13. *Interuertiſſent pecuniam veſtram*] In MS. *pecunia*. Leg. *interu. vos pecunia, veſtram ſi fidem prod*. Duſa & Palmerius. tamen Plautus *interuortere argentum*.

v.37. *Quæ ſola Salamandra ſupercilia tua excuſſit*] Leg. *exuſſit*. Plin.lib.X. cap.LXVII. Duſa.

verſ. vlt. *Pharmace*] id eſt, ſacrilege, ſceleſte. Ariſtophan. βατεάχοις. Duſa.

Pag.36.v.vlt. *Sed contemptus amor vires habet*] Ex perſona Triphænæ, ſecundum illud Virgil. *Spretæq; iniuria formæ*. Quo pertinet illud: *Ergo me deriſit?* Duſa.

Pag.37.v.20. *Exſultans quærebat fuſcina piſces*] Al. *exſultantes*, vt Martial. *Et piſcem tremula ſalientem ducere ſeta*. Duſa.

v.30. *Quod ſolum formæ decus eſt*] MS. *Quod ſummum formæ*, id eſt præcipuum. Duſa.

v.31. *Abegit hiems*] Duſa legit *adegit*. Palmer. *adedit*.

v.33. *Ridet aduſta pilis*] Leg. *nidet ad*. Leuia enim & glabra quæ ſunt, nident. Palmer.

Pag.38.v.6. *Corimbioq; dominæ pueri adornat caput*] *Corymbium* redimiculum mulicbrium comarum, vt *crobylus* virorum, *ſcorpius* puerorum. Sed hîc comæ ſunt appoſiticiæ. Turneb.lib.IV.cap.XIX.

v.7. *Supercilia profert de pyxide*] Calliblephara, quibus ſupercilia ad ornatum denigrant. Iuuenal.

Ille ſupercilium madida fuligine tinctum
Obliqua producit aqua ———

v.14. *Decoro exornauit capillamento*] C...
autem *corymbion* feminarum, ita capill...

v.15. *Quia flaucorum corymbion*] In MS. *flaucor*. Leg. *glaucum*. nisi fortè Germanicæ cuiusdam gentis nomen reponendum, puta *Cauchorum*, aut simile. Dusa.

v.37. *Latrones iussit crucibus suffigi*] Cruci latrones adfigi solitos, Seneca Epist. VII. & Sacra Historia. Petrus Faber Semestr. lib. II. cap. X. Apul. lib. III. de Asin. aur. Callistratus in L. XXVIII. in princ. & §. XV. D. de Pœnis. Paulus in L. XXXVIII. §. I. & seq. D. eod. & lib. V. Sentent. tit. XXII. §. I. Lipsius de Cruce lib. I. cap. XIII. Cuiac. lib. XVI. Obseruat. cap. I.

Pag. 39. v. 1. *Qui cruces asseruabat, ne quis ad sepulturam corpora detraheret*] Romanorum mos fuit, vt facinorosos, quorum pœnæ ad exemplum pertinebant, supplicio affectos honore sepulturæ prohiberent. itaque custodes adhibiti, donec putrefacta cadauera. Tacitus V. Annal. D. Matthæus cap. XXVII. Pet. Faber Semestr. lib. II. cap. IX. Lips. de Cruce lib. II. cap. XVI.

v.37. *Vt quisque ex notis ignotisq.*] Leg. *vt quisque ex notis agnatisque*. Dusa.

Pag. 40. v. 3. *Cruciarii vnius par.*] *Cruciarius* dictus is, qui in cruce, vel qui ea dignus. Calpurn. Flaccus Declamat. *Pædagogus cruciarius, peregrinus cruciarius*, de his, qui appensi in cruce. At qui ea digni, per conuicium sic nominati. Isidor. *Cruciarius, eo quod cruce dignus*. Apuleius, Ammianus, Tertullianus aliter hac voce vsi; *Febris per cruciarios exitus erogat hominem*: id est, cruciantes. Lips. de Cruc. lib. I. cap. III.

v.5. *At miles circumscriptus*] Al. *circumspectus*. Leg. *circumpectus*. *Circumpectere* est defraudare, circumuenire. Ian. Guilel. Plautin. quæstion.

v.20. *Redierat in animum ole*] Leg. *mœchile* pro mœchimonio, vt referatur ad vxorem Licæ corruptam. Dusa.

v.25. *Obliquis trucibusq. oculis*] Flaccus: *Obliquo oculo mea commoda limat*. Ouid. *Obliquo lumine cernit*. Dusa.

Pag. 41. v. 12. *Et quod omnibus procellis periculosius*] V. E. *procellosius*. Huic non dissimile illud Curtii lib. VIII. *Deinde momento temporis repressus est imber. Ceterùm adeò spissæ intendere se nubes, vt conderent lucem, vixq. colloquentium inter ipsos facies noscitarentur*. Dusa.

v.20. *Propè iam fidelissimi serui*] Leg. *properàm*. *Properè & properàm*, vt *promiscam* & *promiscue*. Ian. Guilelmius.

v.29. *Iuncta nos mors*] Leg. *iunctos nos mors feret*.

v.30. *Præteriens aliquis tralaticia humanitate lapidabit*] Ex cōmuni humanitatis iure atque officio terram homini mortuo, etiam ignoto, sepeliendi caussa iniicimus. Quinctilian. Declam. V. *Hinc & ille venit adfectus, quod ignotis cadaueribus humum congerimus*. Vbi sub *affectus* vel affectionis

nomine

nomine misericordia, humanitas, mansuetudo, pietas intelligitur, sine cuius intentione cadauer alienum nemo funerat. Quam ob rem qui de pietatis generibus scripserunt, primum locum in sepultura voluerunt. Seruius ad Virgil. Valer. Maxim. lib. v. cap. i. Seneca de Benefic. lib. v. cap. xx. Quinctilian. Declamat. vi. *Proiecti corporis: Nobis verò genuit* (rerum natura) *non solum miserationem, sed etiam religionem: inde ignotis quoque corporibus transeuntium viatorum collaticia sepultura: inde iniecta ab alienis humus.* Lactantius lib. vi. cap. xii. multis Pet. Faber Semestr. lib. ii. cap. i. quem operæ vidisse.

Pag. 42. v. 2. *Sub diæta magistri*] *Diæta* pro cænatione, an cubili potius, in quo nauicularius quiescit. Vnde *diætarii* apud Iurisconsultos, qui in nauibus custodiæ causa præponuntur. Dusa.

v. 3. *Cupientis exire belluæ*] Vide Dusam.

v. 9. *Porcam mugientem*] Leg. *Phocam*, vt respōdeat belluæ, quod præcesserat, gemitui. Dusa.

v. 35. *Tanquam intersit periturum corpus quæ ratio consumat*] Minutius Felix Octauio: *Exsecrantur rogos, & damnant ignium sepulturas, quasi non omne corpus etsi flammis subiiciatur, annis tamen & ætatibus in terram resoluatur: nec intersit vtrum feræ diripiant, an maria consumant, an humus contegat, an flamma subducat; quum cadaueribus omnis sepultura, si sentiant, pœna est; si non sentiant, ipsa conficiendi celeritate medicina.* Dusa.

Pag. 43. v. 1. *Quæ ergo dementia est, omnia facere*] *Omnia facere*, genus loquendi non vulgare, quod ferè dicebant de irrito conatu. Cicero: *At verò facere omnia, vt adipiscamur, quæ secundùm naturam sunt.* Martialis:

Omnia cum fecit, Thaida Thais olet.

Scaliger ad Virgilii Culic.

vers. 14. *O mi hospites*] Plaut. Cistellar. *Mi homines, mi spectatores.* Dusa.

v. 21. *Nec ad scenas, nec ad spectacula admittitur*] Leg. *Nec ad cænas, nec ad sp.* Bongarsius Notis ad Iustin.

v. 28. *Genusq. diuinationis*] V. *diuisionis*. Leg. *ditationis*. Dusa. Gruterus lib. i. Suspicion. cap. xii. *diuitationis*, à *diuito*, quo vsus Accius.

v. 30. *Sufficeret largior scena, id est vestis humanior, quæ præberet mend. fid.*] Ita legend. Plin. Epistol. lib. vii. *Nonne cum surgis ad agendum, maximè tibi ipse difficilis? Vtique si largior scena, & corona diffusior.* Suspicor de comitatu suo loqui Eumolpum, quem ampliorem, tum cultius ornatum desiderare se prædicat. Vide Dusam. Ian. Palmerius legit; *largior schema, quæ præberet mend. fid.* Illa, *id est vestis humanior, vestimentum latius,*

tius, manifestò è glossa. Ian. Gulielmius legit; *largior scena, id est, vestis humanior, vestim. lautius*.

v.31. *Non mehercules pœnam istam differrem*] Leg. *peram istam*. *Pera* est Græcorum πήρα. Non, inquit, differrem experiri. Palmerius Spicileg.

v.35. *Cessamus mimum componere*] Perseuerat in eadem tralatione, quam cœperat ante; *Vtinam quidem sufficeret* &c. Ad hæc verba, cùm Encolpius respondisset adesse scenam, subiicit senex; Ergo quid cessamus mimicam fabulam componere? Quam illicò componunt, & in Eumolpi verba iurant, & in seruilem modum ficti dominum eum salutant, tum quæ ipse proponit de opulentia & orbitate sua, vt legitima verba mimi, condiscunt. Itaque in illis; *Elatumq. ab Eumolpo filium condicimus*; Leg. *condiscimus*. Ian. Gulielmius Plautin. quæstion.

vers. vlt. *In verba Eumolpi sacramentum iurauimus, vri, vinciri*] Duplex genus inter gladiatores, coacti & voluntarii. *Coacti*, serui, damnati, captiui. *Voluntarii*, liberi, quique precio se addicebant. Hi propriè *auctorati*. Gloss. *Auctoratus*, ὁ ϑαιρέτως εἰς δοῦλον ἑαυτὸν βάλλων, καὶ μονόμαχος. Seneca Apocolocynt. Manil. lib. IV. Astronom.

Nunc caput in mortem vendunt, & funus arena.

Ad quæ verba vide Scaliger. De his Tertullian. lib. II. ad Martyres, Callistratus L. III. §. lege, D. de testib. Cassiodorus lib. V. epist. antepenult. Hi autem quia liberi, iuramento solenni interposito fiebant. Iurabatque nouitius gladiator, se omnia passurum, ausurumque, quæ legitimum gladiatorem ius mos esset: hoc est, vstionem, verbera, necem. Nam in hæc tria iurabant. Iuramenti in auctoritate forma in his Petronii, cuius meminit Horat. lib. II. Satyr. VII. *Quid refert vri, virgis ferroq. necari, Auctoratus eas?* —— Acro: *Gladiatores ita se vendunt, & cautiones faciunt, vri flammis, virgis secari, ferroque necari*. Seneca Epist. XXXVII. Seneca Rhetor lib. X. declamat. IV. Tibull. lib. I. eleg. IX. Tertullian. de Spectacul. Vide Petr. Fabri Semestr. lib. II. cap. XI. Petr. Pithœi Not. ad tit. IX. Collat. Leg. Mosaicar. & Roman. Barnab. Brisson. de Formul. lib. VIII. Lips. Saturnal. Sermon. libr. II. cap. V. Turneb. Aduersar. lib. II. cap. XX. qui legit in Petronio *vri, virgis ferroque necari*: eius sententiæ Durantius Variar. lib. I. cap. VIII.

Pag. 44. v. 11. *Familiam quidem tam magnam*] Propriè *familiam* dicit. neque enim alio nomine censi antiquitus seruilis conditionis homines, nimirum à *famulando*, auctoribus Iurisconsultis. Vnde *gladiatorum familia* apud Cicer. Senec. Epist. XLVII. Dusa.

v.16. O-

v.16. *Omnibus renouet*] Videtur deſiderari *horis*, aut tale. Duſa.

v.28. *Pari clamore*] Leg. *clangore*. Duſa.

Pag. 45. v. 7. *Verſum timuerunt calcare*] Pro, terere, vt à via trita tranſlatio ducta ſit, quæ eadem calcatur. Nam & Ariſtoph. in Auib. οὐδ' Αἰσχύλον πεπάτηκας, id eſt *Æſchylum non calcaſti*, quod eſt, non diligenter peruolutaſti. Turneb. lib. IV. cap. XIX. Duſa ex MS. *Non viderunt viam, qua iretur ad carmen, aut viſam tim. calc.*

v.8. *Ecce belli ciuilis ingens opus*] Ad Lucanum Poëtam trahenda hæc digreſſio. Duſa multis.

v.23. *Aſſyria concham*] Al. *Æſopyream*. Leg. *At ſeſe pictum miles laud. in vnda*. Turneb. Sed Palmer. totum locum ita emendat:

Æs Ephyreaum laudabat miles: in vnda
Quaſitus tellure nitor certauerat oſtro;
Hinc Numida lapides, &c.
Ecce alia clades, & læſa vulnera pacis:
Quaritur in ſiluis Mauris fera: & vlt. Hammon
Afrorum excutitur. Ne deſit bellua dente
Ad mortes precioſa: fames premit aduena claſſes;
Tigris & aurata gradiens iactatur in aula,
Vt bibat humanum populo plaudente cruorem,
Heu pudet effari, pariturąq́ prodere fata.

Æs Ephyreaum, eſt Corinthium. Iuuenal. *Ephyraum*. Virgil. *Ephyreium*. Queritur æs Ephyræum eſſe in amore militi, quod armis non faciat; illud quod faciat, non eſſe. *Numidas lapides*, vocat columnas & marmora Numidica contemtim. Illud; *Hinc Numida accuſant*: vnde Turneb. *accurant*, alia occaſione ſubrepſit, cum ſcriptum eſſet; *Numida lapides*, id ne quis arbitraretur nominandi caſu eſſe, fuerat qui ad oram adſcriberet accuſatiuum eſſe, hoc modo: *accuſat*. *Mauras ſiluas*] vt Horat. *Maura iacula*. *Fama premit aduena claſſes*] Claſſe ex Ægypto Romã commeatus portabatur. At Imperatores cò dementiæ venerant, vt annonaria claſſe foras ac circo arenam peterent. Sueton. Nerone. *Paritura fata*] iam pridem fata perniciem parturiebant Romanis, nunc paritura.

v.26. *Atque Arabum populus*] Leg. *populis*. Duſa.

v.34. *Perſarum ritu male pub. an.*] Huius ſententiæ acrimoniam in mente habuit Cyprianus Epiſt. 11. ad Donat. *Vide contra fœdus iusq́ naſcendi patientiã inceſtæ turpitudinis elaboratã. Euirantur mares, omnis honor & vigor*

sexus, euirati corporis dedecore mollitur, plusquam illis, quisquis virum in fœminam frègerit. Dusa.

v.36. *Atque vt fuga mobilis æui*] Huc pertinet L.xxxi. C.ad L.Iul.de adulter. *Cum vir nubit in feminam viris porrecturam quid cupiatur, vbi sexus perdidit locum? vbi Venus mutatur in alteram formam? vbi amor quæritur, nec inuenitur?* Dusa.

Pag.46.vers.2. *Et laxi crines*] Leg. *fluxi*, vel *lixi*, id est lixiuio imbuti. Dusa.

v.3. *Quæque virum quærunt*] Quem videbant mollem victu, ore, vestitu, de eo dicebant; *Hic virum quærit*. Idem olim de Pompeio Magno dictum, qui cum omni corporis habitu & incessu mollitiem præferret, hoc effugere non potuit. Ita enim à * Cinna Poëta perstrictus fuit:

* al. Licinio Caluo.

Fasciola qui crura tegit, digito caput vno
Scalpit: quid credas hunc sibi velle? virum.

Scalig. Ausoniar. lect. lib.1. cap.xxvii.

v.11. *Vendunt conchylia*] Aliàs, *condunt*.

v.13. *Mutoq; in littore tantum Solæ*] Leg. *mutóque in littore cantum Sola def. asp. frond. auræ*. Lepidè, *auræ aspirant cantum frondibus*, vt Lucret. *canere*, Virgil. *loqui siluas*. Palmerius Spicileg.

v.18. *Est fauor*] Leg. *En fauor*. Stewechius ad Apule.

v.27. *Præterea gemino*] Leg. *Præterea gemino dep. gurgite prædam Fœnoris ingluuies vsusq; exederat æris*. Palmer.

v.31. *Curis latrantibus errat*] Leg. *hiris latrantibus errat*. *Hira*, intestinum ieiunum; quod vt inane semper est, ita istæ gumiæ satiabantur numquam, sed hiabant luxu & auaritia semper. Ian. Guilelmius.

v.33. *Inops audacia tuta est*] Sallust. *Odio suarum rerum omnia student mutari à turba atque seditionibus aluntur, quoniam egestas facile habetur sine damno*. Dusa.

Pag.47.v.1. *Crassum Parthus habet*] Martialis:

Pompeios iuuenes Asia atque Europa, sed ipsum
Terra tegit Lybiæ, si tamen vlla tegit.
Quid mirum toto si spargitur orbe? iacere
Vno non poterat tanta ruina loco. Dusa.

v.15. *Ditis pater*] *Ditis* recto casu. In Glossar. *Ditis pater*; πλούτων. Scalig. in Cirin.

v.30. *Dum varios lapis*] Leg. *& dum Parius lapis inv. us.* Palmer.

Pag.48.v.4. *Vota tibi cedent*] id est, euenient, quæ vouisti. Dusa.

ibid.

ibid. *Minor ira rebellat* [Leg. *rebullat.* Definire voluiſſe videtur *iram.* Eſt enim ea fretum, *feruorem* dicunt, ſiue rebullitionem ſanguinis circa cor. Palmer.

v. 9. *Et mihi cordi*] alias, *eſt mihi cordi.*

v. 11. *Iam ſtrictos Marte Philippos*] Leg. *iam ſtructos morte Philippos.* Palmer.

v. 14. *Iam fragor armorum*] Legendum :

Iam fragor armorum crepitantum perſonat auras,
Et Libyen cerno, & tua Nile gementia clauſtra.

Neque verò trepidabant aures Fortunæ eo armorum fragore, quæ eum ſibi volenti eſſe non diſſimuler. Palmer.

v. 28. *Vultus caligine texit*) Virgilius lib. 1. Georgic.

Cum caput obſcura nigrum formidine texit.

Lambinus ad Lucret. lib. IV.

v. 32. *Verticibus laſſis montis iuga*] Leg. *Verticibus lapſis montis iuga. Labes* enim ſignificatur & hiatus; quæ ipſa quoque in oſtentis numerata ſunt. Palmerius Spicileg.

Pag. 49. v. 20. *Teſtos ad has acies*] Leg. *arces.* Maſſiliam ſignificat, & ſubiecta Inſubriæ oppida. Id poſteà etiam clarum fit :

Dum Cæſar tumidas iratus deprimit arces.

Palmerius in Spicileg.

v. 22. *Dum Rhenum ſanguine vinco*] Leg. *pingo.* Palmer.

v. 27. *Aut qui ſunt, qui bella vident*] Leg. *qui bella iubent?* Bella iubebat populus Romanus centuriatis comitiis, quem hîc Cæſar inuidioſè ex operis mercenariis collectam multitudinem vocat. Ian. Guilielmius Plautin. quæſtion.

v. 33. *Reddenda eſt gratia vobis*] Leg. *votis.* Votis jam & exſecrationibus inimicorum Cæſariani perierant. Hanc tam impenſam voluntatem negat Cæſar, quin remuneretur. Palmer. Spicileg.

v. 37. *Cauſſa peracta eſt*] hoc eſt, perorata eſt. *Agere* enim ſiue *Orare cauſſas*, gemina. Duſa.

Pag. 50. v. 8. *Et inſolito greſſu prior occupat auſus*] Leg. *Et in ſol. greſſus pr. oc. auſu.* Duſa.

v. 10. *Mitique quieuit honore*] pro onere. Palmer. Spicileg.

v. 14. *Et paullo ante lues*] *Lues* eſt ſoluta aqua, vt cum niues in tabem aquamque liquatæ ſunt. Ait enim, aquas, quæ paullo ante ſolutæ labebantur, repente in pruinam concreuiſſe & glaciem, vt ferro earum rigor frangendus eſſet. Turneb. lib. IV. cap. XIX.

v. 21. *Nec rupti turbine venti*] Leg. *rupto*, vt Virgil. *Ceu rupto turbine venti*. Palmer.

v. 22. *Confractum grandine cælum*] Leg. *Confarctum*, propter illud, tumida. nam alterum alteri aptum. Palmer.

v. 27. *Magnam nixus in hastam*] Leg. *magnùm nixus in hastam*: aduerbialiter, vt ad Cæsarem ipsum referatur. Palmer.

Pag. 51. v. 2. *Totq; bella Ante oculos volitant*] Leg. *notaq; belli*: hoc est, quæ bellum comitantur. Palmer.

v. 4. *Pectora per dubias*] Leg. *Pectora perq; duas scinduntur tertia partes*. Tertium illud sequi vellent: sed enim id per duas sententias, non easdem illas scinditur. Quod tertium sit, quæ duæ illæ partes, commemorat: *Huic fuga per terras* &c. Palmer.

v. 15. *Votis interficit hostem*] Vide Scalig. ad Tibulli lib. IV.

v. 32. *Ergo tanta lues*] Leg. *Tergo tanta lues Diuûm quoque numina vidit*. Hoc vult, Deos è terra fugisse, belli crudelitate territos. hoc est, tergo visos esse. *Tergo videre*, est fugientem videre. Vnde Catullus de Achille;

Hostibus haud tergo, sed forti pectore notus.

Ian. Guilelmius Plautin. quæstionib.

Pag. 52 v. 13. *Mutataque sidera pondus*] Leg. *mirataq; sidera*. Absentibus Diis, ait, sidera insolitam leuitatem cæli mirata, & onus assuetum requisisse. Ian. Guilelmius ibid.

Pag. 53. v. 4. *Epidauria mœnia quare*] Leg. *Epidamnia nomina q*. Nesciit Romam tueri Pompeius, atque adeò Italiam vacuam Cæsari occupandam reliquit: atque *Dirrachium* cum exercitu tramisit, cui *Epidamni* nomen vetus mutarant Romani, ominis caussa, vt Plutarchus, Plautus Menæchmis. Itaque *Epidamnia nomina* dicit, alludens ad significationem vocis; neque non tamen pro re dicunt. Pedo Albinouanus: *Nomina magna locorum*. Palmer. Spicileg.

v. 21. *Tam consuetudinem meam cogitabam*] Legend. *non tam consuetudinem*. Dusa.

v. 30. *Quo incessus tute compositus*] Leg. *incessus arte compositus*. Dusa.

Pag. 54. v. 1. *Statores altius cinctos*] *Statores* sunt propriè carcerum aut ædium custodes. Nam *stare* est verbum eius rei apud Manil. lib. v. Sunt & *latrones*, qui prius *laterones* quod latus tegerent. Scalig. ad Priap. Turnebus libr. IV. cap. XIX. legit, *discinctos*. *Statores*, serui aut liberti, qui prope herum stant, & ei præstò sunt. eleganter de muliere, quæ amatoribus plebeis delectatur.

ibid. *Perfusus puluere multo*] Alias, *mulio*.

v. 7.

v.7. *Ego adhuc ſeruo numquam ſuccubui*] Licet ingenuæ, inquit, ac nobiliores matronæ reperiantur, quæ ad explendam libidinem cum ſeruis crebro flagella paſſis, & mox cruci ſuffigendis conſueſcant, ego tametſi ancilla ſim, cum equitibus tantum rem habeo. Pet. Faber in Semeſtr.

v.8 *In crucem mittam*] Seruilis pœna *crux* Iuuenal. *Pone crucem ſeruo*. Horat. libr. I. Satyr. III. Paullus libr. v. Sentent. tit. XXI. Apul. lib. x. Seneca libr. I. de Clement. cap. XXXVI. Plaut. Milit. act. II. ſc. IV. act. II. ſc. I. Bacchid. act. II. ſc. vlt. & innumeri ſcriptores alij. De his omnibus plene Pet. Faber Semeſtr. libr. II. cap. VIII. Lipſ. de Cruce lib. I. cap. XII. Venuſtè verò *Crucem*, ſeruum cruciarium appellat, qua facie ſermonis *ſcelus* pro ſceleſto. Lipſ. ibid.

v 9. *Nunquam in equeſtribus ſedeo*] Id eſt, nunquam eſt mihi res, niſi cum iis, qui ſedent in quatuordecim ordinibus. Turneb. Metaphora ab *equeſtribus*, hoc eſt locis in ſpectaculo equiti datis. Pet Faber Semeſt. lib. II. cap. VII. Lipſ. de Amphitheat. cap. XIIII. Pet. Pithœus Aduerſar. lib. I. cap. XVII.

v. 13. *Vt in Platanona produceret dominam*] Paullò poſt: *Flexitque ſe in eum diphona*. Leg. *daphnona*. *Platanon* & *daphnon*, loca platanis & lauris conſita. Turneb. Aduerſar. libr. XXVI. cap. VI.

v. 16. *Omnibus ſimulacris emendatiorem*] Ennodius: *Qui te vltra emendationem omnium protuliſti*. Plinius Epiſtolis. Auſon. Panegyr. *Optimus & emendatiſſimus*. Arnob. lib. II. *Emendatiſſimi mores*. Iuretus Not. ad Symmach. lib. I. epiſt. XXVI.

v. 18. *Quicquid dixero, minus erit*] Iuretus ib dem. Simile huic illud Tibulli: *Dictu vt non maiora ſuperſint*. Duſa Fil. ad Tibull.

v. 33. *Digitis gubernantibus vocem*] Argutè de geſticulatione digitorum illecebroſa, ac prorſus meretricia. Tibull. *Digitis cũ voce locuti*. Duſa.

v. 35. *Concilio tibi*] *Concilio* propriè in re lenocinij. vnde *conciliatrix*, pro lena ſeu ſtupri ſequeſtra. Duſa.

ibid. *Habes tu quidem fratrem*] Puellæ, quibuſcum ſolitæ, *fratres* vocabant: contrà, amatores ſuam comparem, *ſororem*. Infrà: *Recipies neruos, ſi triduo ſine fratre dormieris*. Nam Gyton pullipremoni illi pro culcitella. Martial.

O quam blandus es, Ammiane, matri,
Quam blanda eſt tibi mater, Ammiane.
Fratrem te vocat, & ſoror vocatur.
Cur vos nomina nequiora tangunt?

Eadem notione apud Tibullum, Senecam, alios. Lipſ. Antiq. lect. lib. III.

v. 36

v. 36. *Neq; enim me piguit inquirere*] Ex præscripto disciplinæ lenoniæ. Plaut. Menæch.

——— Morem hunc meretrices habent:
Ad portum mittunt seruolos, ancillulas:
Si qua peregrina nauis in portum aduenit,
Rogant cuiatis sit, quid ei nomen siet.
Post illæ extemplo se adplicant — Dusa.

ibid. *Quid prohibet & sororem adoptare? eodem gradu venio*] Leg. *Quid prohibet & sor. adoptare eodem gradu veniæ?* Lips.

Pag. 55 v. 1. *Inter cultores*] *Cultores* pro amantibus, tralatione verecunda. Dusa.

v. 10. *Non sum quidem Solis progenies*] Persem parentem fuisse Circes, eamque amatam à Sole habemus Odyss. x. Ouid. IV. Metamorph. Gruterus Suspicion. lib. VI. cap. XV.

ibid. *Dum placet*] Leg. *cum placuit*, id est, quotiescumque visum aut complacitum. Tibull.

Cum libet, hac tristi depellit nubila cælo:
Cum libet, æstiuo prouocat orbe niues.

Dusa in Præcidan.

v. 13. *Nec sine caussa Polianon Circe amat*] Constat apud Homerum Odyss. μ a Circe Vlyssem amatum fuisse. Vlysses autem πολύαινος appellatur à Sirenibus. Turneb. lib. XXVI. cap. VI.

v. 14. *Neq; est quod curiosum aliquem extimescas. Longè ab hoc loco frater est*] Catullus:

Tam te basia multa basiare
Vesano satis & super Catullo est,
Quæ nec pernumerare curiosi
Possint, nec mala fascinare lingua.

Superstitio veterum, qua nimium felicitatis successum, certumque ac præfinitum numerum obnoxium fascino credebant. Itaque laudantes aut numerantes dicebant, *præfiscini*, quo omnem inuidiam se amoliri putabant. Tertullian. de Veland. virgin. Vide Scalig. ad Catull.

v. 23 *Talis humus Venerem molles clamauit in herbas*] Leg. *clinauit in herbas*. Vnde *inclinare*. Lips. Antiq. lect. lib. I. cap. VII.

v. 27. *Nunquid spiritus ieiunio macer? nunquid alarum negligens sudor? Puto si hæc non sunt*] Leg. *Numquid spiritus i. macet? nunquid al. negl. sudor putet? Si hæc non sunt* Lips. Epistolic. quæstion. lib. II. epist. II.

v. 30. *Si quid habueram virium, perdidi*] Vide Ouid. Amor. libr. III. eleg. V.

v. 37.

v. 37. *Riſus ſolet frangere*] Leg. *niſus*, pro eo, quod ſuprà, *furtiuam molitionem*. Duſa.

v. vlt. *Et quondam viſu perturbatus*] Leg. *& quodam viſo*, pro ſpectro, & ſomnio turbulento. Duſa.

Pag. 56. v. 26. *Licet ad tibicines mittas*] Id eſt, de te actum eſt, & jam iamque animum agas. Venuſtè & cauillatoriè, *ad tibicines mittere*, de mortuo, aut jam morituro, pro accerſere eos, qui in funere canant. Turneb.

v. 32. *Solent, inquit, hæc fieri*] Leg. *Solent, inquit, hæc frater*. vel, *ſolent, inquit, hæc, & præcipue*. illud, *fieri*, inculcatum. Palmer. Spicileg.

Pag. 57. v. 4. *Siue occidere placet, ferro meo venio: ſi verberibus*] Philoſtrat s Epiſtol. πλεῖν κέλευσον, ἐμβαίνω πληγὰ ὑπομεῖναι καρτερῶ·μψαι τὴν ψυχὴν, οὐκ ὀκνῶ. Duſa Fil. ad Tibull.

v. 10. *Te habere potui*] *Habere*, vt Græci τὸ ἔχειν. Ariſtip. ἔχω Λαΐδα. Terent. *Quis heri habuit Chryſidem*. Palmer.

v. 14. *Cochlearumq́; ſine iure ceruicibus*] Leg. *ſtruicibus*, voce Plautina. Vulgatam tamen lectionem confirmat Athenæus lib. III. cap. de oſtreis expeti ceruices eorum oſtendit in cibis, & nominat τραχήλους στρεφυγῶν, κηρύκων. Lipſ. Epiſtolic. quæſt. lib. III. epiſt. II.

v. 23. *Illa de ſinu licium protulit varij coloris*] In veneficiis licia adhibebantur diſcoloria, non tantum illigandi incantandique, vt in Pharmaceutria Virgil j:

Terna tibi hæc primum triplici diuerſa colore
Licia circumdo ——

ſed etiam ſoluendi & expiandi gratia. Turneb. lib. XXVI. cap. VI.

v. 24. *Turbatum ſputo puluerem*] Sputum fronti illinebatur luſtrale. Perſius, Satyr. II.

Infami digito & luſtralibus ante ſaliuis
Expiat —— Turneb. ibid.

v. 25. *Hoc peracto carmine*] Turneb. videtur legiſſe; *Hoc peracto carmine, ter me iuſſit expuere, terq́; lapillos conücere in ſinum, quos ipſa præcantans purpura inuoluerat*.

v. 28. *Manuſque aniculæ ingenti motu repleuerunt*] Leg. *inquieti motu. Tibull*. Et inquietus inguina arrigat tumor. Gruterus Suſpicion. lib. IV. cap. XII.

Pag. 58. v. 4. *Premebat illa reſoluta marmoreis ceruicibus*] al. *crinibus*. Leg. *Premebat hilare ſoluta marmoreis clunibus aureum torum*. Lipſ. Antiq. lect. lib. I. cap. VIII.

v. 10. *Non præcantis*] Leg. *non pernegantis*, vt illam malè pertinacem

recusationem puellarum indicet. Lips. ibid. Gruterus Suspicion. lib. v. cap. xii. legit, *non pugnantis*.

v. 13. *Alligata mutuo ambitu corpora*] *Mutuum ambitum* honestè vocat insinuantium se amantum tenacissimum complexum. Vnde Horat. *ambitiosam puellam*, vocat agilem in circumplectendo pullo suo. Odar. 1. *Lascivis ederis ambitiosior*. Ian. Guilelm. Plautin. quæstion.

v. 16. *Et me iubet catorogare*] Leg. *Scato rigare*. τὸ σκατὸν cubicularii mulierum maximè efferunt. Ian. Guilelmius ibid. At Turneb. *catomo ligare*.

v. 17. *Omnes quasillarias*] Tibull. *Pressumque quasillo Scortum*. quasillariam ancillam intelligit. Et Iuuenal. *Horrida quale facit residens in codice pellex*. Scalig. ad Tibull.

v. 19. *Nullisque precibus effusis*] Leg. *multisque precibus ef.* Dusa.

v. 20. *Eiicitur Proselenos, Chrysis vapulat*] De eadem matronarum impotentia Iuuenal.

—— Si nocte maritus
Auersus iacuit, periit libraria, ponunt
Cosmeta tunicas ——
—— Hic frangit ferulas, rubet ille flagellis
Et scutica —— Dusa.

v. 23. *Pensatis vicibus*] al *vibicibus*. Dusa.

v. 25. *Poteram confringere*] al. *contingere*. Palmer. inducit vt alienum.

ibid. *Languorem simulare*] Leg. *insimulare cœpi*. *Languor* propriè in palæstra Veneris, cum à lucta neruos Paralysis occupauit. Lips. Antiq. lect. lib. 1. cap. iix.

Pag. 59. v. 19 *Constricta fronte*] Id est, adducta seu contracta. Martial. *Et numerat nostros adstricta fronte trientes*. Dusa.

v. 21. *Sermonis puri non tristis gratia ridet*] *Purum sermonem*, pro Latino. *Latina oratio*, nuda & obscœna, quæ nulla circuitione spurcas res prætextatis verbis loquatur. Martial. *Latinè loqui licet*, hoc est suis nominibus res appellat. Palmer. Spicileg.

v. 24. *Quis petat in tepido*] Leg. *quis vetat in tepido*. Palmer.

v. 25. *Ipse pater veri*] Leg. *Ipse pater veri doctos Epicurus amare Iussit*. Guilelm. Canterus Nouar. lection lib. iii. cap. xiv. vti Lambinus quoque & Dusa.

v. 26. *Et hoc vitam dixit habere telos*] τέλος. ita omninò legit Scalig. in Catalect. At Dusa corrigit; *Et hanc vitam dixit habere Deos*. Stewech. ad Apul. *dixit auere Deos*. Palmerius.

Ipſe pater veri doctus Epicurus in arce
Iuſſit, & hoc vitam duxit habere telos.

Nam Deos tollebat Epicurus, aut certè coniugium inter Deos. *Arx* autem *Epicuri* etiam apud Lucret. & *arx* Philoſophorum apud Virgil. Ciri:

Si me iam ſumma ſapientia pangeret arce.

v. 29. *Sed tua fide*] Leg. *tuta fide*. Duſa.

v. 30. *Vidua pudicaq́. nocte*] Catull. *Nam te non viduas iacere noctes*. Duſa Fil. ad Catull.

v. 31. *Sibi ab Aſcylto nullam vim factam*] Quippe cupienti. Supra de Ioue: *Et peccaturus in terris, nemini tamen iniuriam fecit*. Duſa.

v. 36. *Quem Lydus adorat Septifluus*] Leg. *veſtifluus*. Veſtes enim Lydorum erant fluxæ, vt ex Herodoto conſtat. *Septifluus* autem Nilo conuenit, non Lydo. Turneb. lib. XXVI. cap. VI.

v. 37. *Templumque tuis imponit hypæpis*] Al. *Hipæis*. Leg. *Hypæpis*. *Hypæpa* eſt Lydiæ oppidum. Ouid. lib. XI. Metamorph.

Sardibus hinc, illinc paruis finitur Hypæpis.

Alioqui Dianæ ſacer hymnus *Hypæpus*. Hadr. Iunius Animad. libr. VI. cap. XV.

Pag 60. v. 3. *Et rebus egenis Attritus*] Leg. *& rebus egenus attritis*. Duſa.

v. 7. *Fortuna arriſerit hora*] Leg. *aura*. Scaliger & Lipſius.

v. 16. *Aut quod purgamentum calcaſti in triuio*] Vide Turneb. lib. XXVI. cap. VII.

v. 27. *Tanquam ante recens buſtum*] Culinam his verbis circumſcribere videtur, hoc eſt loca quædam ſub vrbe, inopum funeribus deſtinata, vbi ſepulchrales epulas comburi mos erat. Quaſi innuit Enotheæ, Eucolpion & Proſelenon ex hac nota eſuritorum, qui cibum è flamma petere poſſint. Duſa.

v. 36. *Tam rigidum reddidero quàm cornu*] Ouid. *Et tumidum cornu durius inguen erat*. Duſa.

Pag. 61. v. 16. *Imperio parete*] Leg. *para te*. Duſa.

v. 19. *Et camellam vetuſtate*] *Camella*, eſt vas. Iterum; *Infra manus meas camellam vini poſuit*. Ouid. V. Faſtor. *Adpoſita veluti cratere camella Lac niueum potas*. Turneb. lib. XXVI. cap. VII.

v. 21. *Cucumam ingentem foco appoſuit*] Martial. *Cucumam fecit Otacillius*. Eius diminutiuum *cucumion*, quod apud Arrianum Diſſertat. Epicteti: Δεῖ αὐτὸν ἔχειν κυκύμιον ὅπου θερμὸν ποιήσει τῷ παιδίῳ ἵν᾽ αὐτὸ λούσῃ. Politian. Miſcell. cap. XXX.

v. 27. *Pariter spoliat*] Al. *peritè spoliat*. Leg. *peritè despoliat*. Stewech. ad Apul. lib. 1. Milesiar.

v. 30. *Indum non fulgebat ebur*] Horat. lib. Carmin. II.

Non ebur, neque aureum
Mea renidet in domo lacunar. Dusa.

v. 33. *Impositum Cereris vacua nemus*] Leg. *Impositum Cereris nemus, baca, & noua terra*. Palmer.

v. 35. *Hinc molle stilla latus*] Leg. *Hinc mollis tilia laus*. *Laus* enim tiliæ mollem & sequacem & lentam esse. Tamen, *Et molli stilla lacus*, non reprehendo. Palmer.

v. 37. *Et paries circa palea*] Legend.

Et paries circa palea satiatus agresti,
Fortuitoq; luto, clauus numerabat & annos.

Transmigrarunt cognatorum versuum vltimæ dictiones. Reposuimus loco, *inani, & annos*: quia ex S. Pompeio didicimus, *clauos annales* dici, ex quibus numerus colligeretur annorum. *Clauus annalis*, inquit, *appellabatur, qui figebatur in parietibus sacrarum ædium, per annos singulos, vt per eos numerus colligeretur annorum*. PETRONIVS igitur barbari & inculti seculi mores adscribens, dicit clauis annos numerari solitos, quos secuta ætas elegantior per Consules numerauit. Durantius Variar. lib. 1. cap. v. Palmerius legit;

Fortuitoq; luto clauos numerabat agrestes.

Nam in templis quotannis clauus figebatur annorum index. Ita paries ille agrestis sacelli, de quo PETRONII carmen, numerabat clauos, hoc est, per clauos recensebat annorum numerum. Eadem Dusa ante Palmerium.

Pag. 62. v. 2. *Præterea qua fumoso*] Leg. *Præterea quas fum*. Dusa.

v. 7. *Digna sacris Hecates*] Id est, anus mendicissima & pauperrima, quod cum in triuio soleret adponi vilissima *Hecales* cæna, vt est apud Aristoph. in Pluto, pauperes rapere consueuerant pene priusquàm apposita esset. Significatur autem *Hecale* pauperrima, quæ officio cænæ Theseum excepit. Turneb.

ibid. *Quam Musa loquentibus annis Battiada veteris*] Ita legend. non *Bacchineas veteres*, vt intelligatur Poëma Callimachi, Batti filij, quod *Hecale* inscriptum erat. Turneb. lib. XXVI. cap. VI. & lib. I. cap. XV.

v. 27. *Paneq; fluentes*]. Al. *pænasq; luentes*. Leg. *pennaque fluentes Harpyias*. Poëtica phrasi, pro volantes. Lips. Antiq. lect.

v. 36. *Libaueram cellulæ limen*] Leg. *superaueram*. Turneb. At Aristophanes eadē metaphora vsus Ranis; ἵ μὴ διατρίψης, ἀλλὰ γεύσῃ τῆς θύρας. Dusa.

v. 37.

v.37. *Cum teſto ignis plena venientem*] *Teſtum* genere neutro. Solebāt autem antiqui teſta ignem petere. Hinc Cornificius lib.IV.ad Herenn. *Hic de tanto patrimonio tam cito teſtam, qua ſibi petat ignem, non reliquit.* Turneb.lib.XXVI.cap.VII.

Pag.63.v.2. *Tribus niſi potionibus è lege ſiccatis*] Auſonius:

Ter bibe, vel totiens ternos, ſic myſtica lex eſt.

Scalig. Auſon.lect.lib.II.cap.XXVI.

verſ.11. *Anſerem omnibus matronis acceptiſſimum*] Credo verecundiæ cauſſa: Plin.lib.X.cap.XX. an potius, quoniam hoc genus peculiariter ſacrum. Sed quum Priapi delicias idem animal appellitet, ſuſpicari poſſit aliquis, improbius quid ſub matronalis ſchematis integumento occultari; nec alio forte accommodandum, quam quod auis huius lingua aſſumta in cibo aut potu, feminarum libidinem concitet. Duſa.

Pag.64.v.6. *Cum digitos, porris apioq; luſtraſſet*] Quippe impiatos ac pollutos anſerina cæde. Duſa.

v.8. *Ex hac coniectura dicebat*] Leg. *coniecturam ducebat.* Duſa.

v.23. *Solutæ mero*] Suprà: *Cum ſolutus mero amiſiſſem ebrias manus.* Ouidius: *Turpe iacens mulier multo reſoluta Lyæo.* Duſa.

v.25. *Euaſi tamen*] *Tamen* eſt tandem. Nonius Marcellus, Gruterus Suſpicion.lib.V.cap.X.

v.29. *Dearum libidinantium*] Leg. *litigantium*, vel *licitantium.* Duſa. At Gruterus Suſpicion.lib.I.cap.XII. *liuidinantium*, vt ſit, Dearum æmularum, & liuore laborantium.

v.30. *Tam petulantibus oculis*] Suprà: *Oculorum mollis petulantia.* Duſa.

v.33. *Nec me contumeliæ læſſant*] Tibull.

Vltro contemtus rogat, & peccaſſe fatetur
Læſus, & inuitis ipſe redit pedibus.

Idem: *Nil ego non patiar, nunquam me iniuria mutat.*

Duſa Fil.ad Tibull.

Pag.65.v.4. *Regnum Neptuni tauit Vlixes*] Leg. *pauit Vlixes.* Duſa.

v.15. *Tu deſiderium, tu voluptas*] *Deſiderium*, verbum amatorium, quo voluptas & deliciæ ſignificantur. Horat. *O deſiderium & dulce decus meum.* Et *deſiderii poculum*, eſt poculum amatorium. Horat. *Deſideriiq; temperare poculum.* Turneb.lib.XXVI.cap.VII. Vide Franciſci Iureti Notas ad Symmach.lib.IX.epiſt.XXIIX.

Pag.66.v.30. *Apud quaſdam gentes ſcimus adhuc legem ſeruari*] Solinus cap. LV. Duſa.

Pag.68.v.16. *Memphitides puellæ*] Ægyptii choraulæ & crotaliſtriæ in

precio erant: quod ex hoc loco patet. *Puer manu loquaci*, est χειρονομῶν χορηγούλης. Et *anus recocta vino*, est crotalistria. Idem prope est in Epigrammat.

Ἐξακχβολουμένη τῷ πήχει χειρονομοῦντι.

Item: Ἡ κροτάλοις ὀρχήστρις ἀρίστη. Scalig. ad Propertii lib. IIII.

v. 29. *Anus recocta vino*] Eodem modo Catullus: *Suffitio seni recocto*. Scalig.

Pag. 69. v. 5. *Cui vultur*] Leg. *Qui vultur*. Dusa Fil. ad Tibull.

v. 7. *Non est quem lepidi*] Leg. *Non est quem Tityum vocant Poëta*. Dusa & Palmerius. At Dusa Fil. ad Tibull. legit; *Non est quem Tityi vocant Poëta*. Vt liuor & luxus vulturi adsimulentur, quomodo fere in Epigramm. Græco Antholog. lib. II.

Ὄρνεον ἢ ἐσθίομεν κεκλημένοι ἄθλιοι ἄνδρες
Ἄλλων ὀρνίθων βρώματα γιγνόμενοι.
Καὶ τὸν μὲν Τιτυὸν κατὰ γῆς δύο γῦπες ἔδουσιν,
Ἡμᾶς δὲ ζῶντας τέσσαρες αἰγυπιοί.

v. 10. *Myrrhinum mihi adfers*] Leg. *adfer*. Dusa.

v. 18. *Non duco contentionis funem*] *Ducere contentionis funem*, est velitari, altercari. Dusa.

v. 26. *Nam comtum me*] Leg. *nam centum me verna hallucita molestabant*. Dusa.

v. 28. *Postquam ferculum allatum est*] Refer ad Trimalcionis conuiuium. Dusa.

v. 30. *Tot Regum manubiæ penes fugitiuum rep.*] Credo Encolpion vel Ascyltum significari. Nam de amborum manubiis habuimus: *Postquam bona fide partiti manubias sumus*. Dusa.

Pag. 76. v. 1. *Excelsissimus*] Credo illum locum in animo habuisse Glossographum; *Eudoxus in cacumine excelsissimi montis consenuit*. Dusa.

v. 32. *Deridet festam Romuleamq́ casam*] Legit Dusa *festram*. Antonius Gnipho librum scripsit *de Festra*, quid videlicet *Festra* in veterum libris & sacris significet. In eo libro pleraque omnia exoleta vetustatis persecutus erat, vt ex Macrobio cognoscimus. Itaque hoc dicit Petronius, festram, & quicquid antiquitas suum habuerit cum Gniphone, cum suis omnibus libris rideri. Palmerius Dusæ coniecturam probat. Arbitrantur autem, Petronium seculi sui insolentiam incessere, atque hoc significare, eo iam luxuriæ ventum, vt vilissimum mancipium non Gniphonis librum de Festra, aut rancidas antiquitates, sed Festram ipsam potius, hoc est ostium illud in sacrario Romano minusculum, ac vetustissimam Romuli regiam, tanquam casam præ tegillo suo fastidii plenus naso suspendat

ſpendat adunco, nauſeans ad ſimplicem Reipublicæ priſcæ continentiam. Vide Duſam.

Pag.71.v.4. *Proiecit vitium hoc*] Vt, *proiectam libidinem, audaciam*, pro effuſa & immodica. Sic *proiicere libidinem, laſciuiam*, pro effundere. Ergo *proiicere vitium*, cuius iam modus nullus eſt. Palmer.

v.13. *Nec toto ſtomach.*] Leg. *Nec noto ſtomachum conc. mero.* Palmer.

v.27. *Rebus in aduerſis quæ iacuere*] Id eſt, quæ deſpicatui nobis, nulloque in honore aut pretio fuerant tum, cum eorum vſu facile carere poteramus. Duſa. In Catalectis:


Iacere me quod alta non poſſim, putas,
Vt ante vectari freta.

Et neſcio quis dixit *iacentem guſtum*. Et Gellius: *Oppido quam ſordere ac iacere incipiunt, quæ Latina ſunt*. Eſt, quod Græcis ἀπονεῖν. Scalig. in Catalect.

v.28. *Sic rate demerſa*] Leg. *Sic rate demerſa fuluum deponderat aurum.* Duſa & Palmerius.

v.31. *Barbara contemni*] Leg. *Barbara contemtu prælia pannus habet. Pannum*, quo pannuceam & ſordidam plebeculam deſignat, barbara prælia habere contemtui, id eſt bellicorũ tumultuum ſecurum degere. Duſa.

Pag.72.v.1. *Nam citius flammas mortales ore tenebunt*] M. Tullius II. de Orat. *Dicere aiunt Ennium flammam facilius ore inardente opprimi, quàm bona dicta teneat.* Ennodius: *Facilius eſt ignem lingua comprimere.* Symmachus: *Facilius eſt ardentes fauillas ore comprimere.* Iuretus Notis ad Symmach. lib. I. epiſt. XXV.



GASPE-

Anno Christi 1597.

GASPERIS SCHOPPII, FRANCI, POETÆ NOBILIS

SYRENES PETRONIANÆ,

siue

ELEGANTIORES EX PETRONII Satyrico Phrases.

PAg.1.v.1. *Furiis inquietari*, id est, furiosum esse, **Närrisch seyn.**

v.5. *Ad eloquentiam ituro viam facere*, id est docere eloquentiã.

v.13. *Melliti verborum globuli, & omnia dicta factaq́, quasi papauere & sesamo sparsa*, id est dulcissima.

v.14. *Qui apud Iesuitas educantur, nonmagis sapere possunt, quàm bene olere, qui in culina habitant*, id est, latrina.

v 15. *Pace tua liceat dixisse*, nunquam ad eruditionem aliquam procedes.

Pag.2.v.1. *Poëtas ad testimonium citare*, id est, allegare.

v.6. *Animi iuuenum ad magna surgentes*, id est, magnæ spei iuuenes.

Pag.2.v.8. Nemo nostrum ad illius vel *famam procedet*, vel *senectutem canescet*, id est, tam celebris vel senex fiet.

v.9. *Canescere ad summam senectutem*, id est, ad longæuam ętatem peruenire, **Sehr alt werden.**

v.14. Ipsius eruditio vel *sermo* non est *publici saporis*, id est, reconditè docta, non vulgatiter.

v.15. *Non fraudabo te arte secreta*, id est, non celabo te.

v.16. *Necesse habet cum insanientibus furere.*

v.25. *Spes suas ambitioni donare*, id est, multa præclara & ambitiose sperare.

v2.9. *Præceptis alterius animum suum componere*, id est, viuere secũdùm præcepta alterius.

v.20. *Verba atroci stylo effodere*, vel stylum vertere, **ein Ding corrigiren/** quia *styli* duæ partes, vna acuminata, qua in cera scribitur; altera obtusa seu atrox, qua complanatur cera, & illa delentur, quæ prius scripta sunt.

Pag.3.v.20. *Non notaui mihi ipsius fugam*, id est, nõ obseruaui illũ fugere.

v.22. *Vt*

v.22. *Vt apparet*, wie mich deucht. Hi ab Augusta veniunt, vt apparet.

v.23. *Excipere* lectiones alicuius.

v.24. *Cursim persequi* aliquem, einem nachlauffen.

v.25. *Tenere viam. Non diligenter teneo viam*, id est, non satis certò scio rectam viam.

Pag.4.v.4. *Ducem itineris promittere*, den Weg zu zeigen versprechen.

v.9. Germani Principes *iunctis viribus* Turcam *molestum* facilè *contemnerent.*

v.10. *Quasi per caliginem vidi*, id est, obscurè & incertò vidi. Sic Plautus: *Quasi per nebulam audiui.*

v.11. *In eum locum me conieci*, id est, contuli.

v.16. Virgini *pudorem extorquere*, id est violare, violenter stuprare.

v.18. *Intentare in aliquem manus*, mit Fausten nach einem schlagen. Mucronem gladii in me intentat.

v.26. *Vitrea fracta* dicis *& somniorum interpretamenta*, id est nugas loqueris.

v.28. *Rursus in memoriam reuocatus* istius rei, Als ich wider an das ding gedacht.

v.29. *Intelligo non conuenire posse nobis*, Ich sehe wol daß wir nicht können eins seyn.

v.32. *Hæc nos caussa collisit*: deßhalben seynd wir vneins worden. *Mille caussæ quotidie nos collident*, wir deß Tags offt vneins werden.

v.34. *Promisit hodie ad cœnam*, id est, se venturum ad cœnam.

vers. vlt. *Amoliri custodem*, wegtreiben, amouere.

Pag.5.v.2. *Oscula bona fide exigere*: einen dapffer küssen.

v.3. *Alligare puellam arctissimis complexibus, & frui votis vsq; ad inuidiam felicibus.*

v.4. *Furtim se admouit foribus*, id est accessit clam.

v.7. *Tu Vestæ contubernium*: ironicè pro, tu homo castissime, & quasi ex Vestalibus. Hinc *vesticeps* est impubes.

v.8. *Nec se solum intra verba continuere*, sed strictis gladiis rem gerere cœperunt: habens nicht bey blossen Worten bleiben lassen.

v.9. *Non perfunctoriè* aliquem *verberare*, nicht oben hin.

v.11. *Deficiente die* venimus illuc, bey Abendt.

v.17. *Familiaris oculis meis* obiicitur, bekandt: quasi quem mihi sæpius vidisse videor. Sic infrà: *Vox penè auribus meis familiaris*: Es deucht mich ich kenne di Stimm.

v.18. *Considerare pallium*: fleissig anschawen.

v.19. *Iniecit contemplationem super humeros* eius; **Hat fleissig auff sein Achsel gesehen.**

v.22. *Timeo fidem oculorum:* **Ich förcht ich möchte den unrechten für den rechten anreden.** *Timeo fidem* memoriæ, id est, non audeo memoriæ confidere.

v.25. *Curiosas manus* alicui rei *adferre*; **Etwas fleissig betasten.**

v.27. *Seducere* aliquem paruum à *turba*; **Ein wenig beseits führen.** *Inhiare* alicui rei, id est, auidè aliquam rem captare. Metaphora sumta ab auibus rapacibus prædam appetentibus ore aperto: *Hiare* enim est aperire. *Inclementer* in aliquem *dicere*, **böses nachreden.** Plautus.

Pag. 6. v. 6. *In ambiguam litem* cum aliquo *descendere*, id est, vt incertum sit, vter victor futurus. Tam probè *vasatus*, vt cum Hercule vasato de vasorum luculentitate in ambiguum certamē deuenire possit, id est, tam probè mentulatus.

v.7. *Non est* mihi *ad manum* pecunia. Plautus dicit, *in mundo esse*, *in mundo habere*, id est, in re præsenti.

v.17. *Pannucea ne bonis quidem centonibus digna*, id est Pannus vel tunica vilior, quam vestis mendici: **Ich wolte jhn nicht auff der Gassen auffheben.**

v.23. *Iudex querelam inspicit*, id est cognoscit de querela. Sic *Morbum inspicere*, Plautus dixit.

v.29. *Strangulare vestem*; **In der Truhe lang versperren.**

ibid. *Ad constitutum venire*; id est, in iudicium, vt constitutum est.

v.30. *Votum meum*, **mein Wunsch**/ *casus adiuuit*: **das Glück ist mir beygestanden.**

v.33. Hæc res *litem facit*; **darumb ist es zu thun.**

Pag. 7. v. 1. *Beneficio illius præparatâ nos impleuimus cœnâ.*

v.4. *Fores reclusæ admiserunt intrantem*, id est ianua aperta fecit, vt potuerit introgredi.

v.10. *Neutram in partem adsensionem flectere*; **keinem Theil beyfallen.**

v.13. *Lacrimæ ad ostentationem doloris paratæ*; id est, affectatæ & fictæ.

v.22. *Admisistis inexpiabile scelus*, id est plectendum facinus.

v.23. *Illa nocte vexatus tam periculoso inhorrui frigore, vt tertianæ etiam impetum timerem, & ideo medicinam somno petii.*

v.24. *Iussus est* eum *perquirere*; **man hat jhm befohlen daß er jhn suche.**

v.25. *De ista re non tam valde laboro*; **was das anbelangt/ bin ich nicht sehr bekümmert.**

v.26. Alius *dolor sæuit in præcordiis*; **Es ist ein anders/ das mich verdreußt.**

ibid.

ibid. Hæc me res *vsque ad necessitatem mortis deducit*; Das ding wirdt noch machen/daß ich sterbe. Hic dolor me ad necessitatē mortis deducet.

v.28. *Proferre consilia* alicuius *in populum*, id est, enuntiare, Außschwätzen.

v.30. Aliquid *iocum risumq; facere*, vel *traducere*, id est ludibrio exponere.

v.34. *De vtroque securam esse iussi*; Sie soll sich vmb nichts besorgen.

v.37. *Basiauit me spissius*; id est sæpius.

v.vlt. *Ex lacrymis in risum motus*; id est mutatus.

Pag.8.v.8. *In tantum risum effusus est*; Hat so sehr gelacht.

v.23. *Omnis constantia excidit attonito*: Es ist jhm aller Muth entfallen. *Excidit attonito constantia cuncta, Kucheli.*

v.28. *Sollicitare inguina mille mortibus frigida*, id est mentulam digitis commouere, quæ stare non vult.

v.31. *Deficiente fabularum contextu*; Als wir nichts zu reden gehabt.

v.35. *Non indecenti risu latera commouit*: Er hat nicht vnhöfflich gelacht.

Pag.9.v.5. *Inquinauit* puellam *olidissimis basiis*: Er hat sie mit seinem stinckenden Maul geküsset.

v.8. *Religiosissimis verbis iurauimus inter nos periturum hoc secretum*: daß es vnter vns bleiben soll/daß es verschwiegen bleiben soll.

v.20. *Minimum veluti gustū hauseram somni*; Ich war kaum entschlaffen. *Gustus, gustatio*, Antecena, Antecenium, idem, id est mel cum vino, quod ante omnes cibos apponebatur, id est principium. Minimum gustum eruditionis hausit.

v.32. *Lucernis occidentibus oleum infundere*, Oel in die Ampel giessen/wann sie erlöschen wil.

v.35. *Refectum est conuiuium*, Haben wir wider angefangen zu essen.

Pag.10.v.5. *Consumtis versibus suis*, id est recitatis.

v.9. *Paries detectus nimbo laborat*; Das Tach ist abgeworffen/vnd es regnet an die Wandt.

v.10. *Ad vltimam perductus tristitiam*; id est valdè tristis.

v.16. *Ab hac voce equū mutauit*; Er hatte es kaum außgeredt/so hat er sich auff ein ander Pferdt gesetzt.

v.18. *Risu dissoluebat ilia sua*, id est, risit.

v.19. *Cuius esset, diligentissima sciscitatione quæsiuit*: Hat fleissig gefragt/ weß er were.

v.21. *Puerum ad se vocatum in osculum applicuit*; id est, os eius ad se admouit, vt oscularetur.

v.25. *Cur non, quia bellissima occasio est*; ad ipsum scribimus.

v.26. *Deuirginare* puellam, id est stuprare.

v.30. *Non sufficit huic petulantiæ hæc puella*, sie ist noch zujung zu solcher Schelmerey.

v.31. *Puella eius iam ætatis est, vt muliebris patientiæ legem possit accipere*, daß si: sich kan brauchen lassen.

v.35. *Maioribus se pueris applicuit*, hat sich zu grössern gesellet.

Pag.11. v.8. *Per rimam applicuit oculum curiosum*; hat fleissig durchs Loch gesehen.

v.13. *Abiectus in lecto* quietè *noctem exegi:* hab wol geschlaffen/geruhet.

Pag.12. v.8. *Omnia diligenter curiosus pictor cum inscriptione reddidit:* hats fleissig gemahlet/vnd die Bedeutung darüber geschrieben.

v.9. *In deficiente* platea; Eben da die Gassen auffhöret.

v.34. *Non tam me iactura mouet, quam negligentia nequissimi famuli:* Es verdreußt mich nicht so sehr/ daß es verlohren ist/als daß der Jung so nachlässig ist.

v.38. *Spississima basia* ipsi *impegit*, id est, sæpissime ipsum basiauit.

Pag.13. vers.2. *Vinum dominicum ministratoris gratia est*, Es stehet bey dem Keller oder Auffwarter/daß einer Herren Wein zu trincken bekompt.

v.19. *Expressit* nobis *risum*, hat vns lachen gemacht.

v.25. *Lacertus armilla aurea cultus*, der Arm hat güldene Armbänder.

v.26. *Spina argentea dentes perfodit*, mit einem silbern Zahnstürer.

Pag.14. v.1. *Tentemus si oua adhuc sorbilia sint*, id est, mollia.

v.3. *Ouum iam in pullum coiit*, Es wil schon ein junges Hünlein darauß werden.

v.11. *Colaphis obiurgare puerum*, Maulschellen geben.

v.14. *Suum cuique locum adsignari iussit*, in suo quemque loco assidere.

v.30. *Ferculum non pro exspectatione magnum insecutum est*. Vir non pro fama doctus.

v.30. *Nouitas omnium conuertit oculos*, præ admiratione scilicet.

Pag.15. v.14. *Non erubui eum, qui supra me accumbebat, hoc ipsum interrogare:* der ober mir saß.

v.17. *Carpere cibum*, die Speiß zerlegen. *Carpus, carptor*, structor, diribitor; Fürschneider/ Fürleger.

v.19. *Vt plurima exciperem* (id est, audirem) *longè arcessere fabulas cœpi*, (ich hab von weitem her angefangen) *& sciscitari, quæ esset ista mulier.*

Pag.16. v.26. *Neque fax vlla in præsidio erat, quæ iter aperiret errantibus, nec silentium noctis iam mediæ promittebat occurrentium lumen:* Wir hatten keine Fackel daß wir den Weg finden möchten / vnd dorfften auch nicht hoffen / daß vns jemandt mit einem Liecht in mitter Nacht begegnen würde.

v.34. *Non*

v.34. *Non minus sudoris habui, etiam postquàm ad stabulum perueni:* Ich hab wol viel müh gehabt ehe ich *ad stabulum* id est hospitium, kommen bin. Sed non minus, postquam veni.

Pag.17.v.6. *Solutus mero*, id est, ebrius.

v.9. *Indormire alienis amplexibus*, bey eines andern Frawen schlaffen.

Gladio aliquem traiicere, id est occidere.

v.15. Indecenter in ipsa loca manus mittunt prurientibus verendis, greiffen den Weibern daran/ an jhre loca. *Locus* in obscœnis.

v.20. *Intorto circa brachium pallio composui ad præliandum gradum*, hab den Mantel vmb den Arm gewickelt/ vnd mich mit jhm schlagen wollen.

v.23. *Suppliciter petere*, id est humiliter supplicare.

v.30. *Conditionem præcipiti festinatione rapui*, Ich bins alßbald eingegangen.

v.32. *Ab extrema parte verbi consurrexit*, Ich hab es kaum außgeredt.

v.33. *Fulminatus* his verbis, gantz erschrocken.

v.34. *Adferre sibi damnatas manus*, id est se ipsum occidere.

Pag.18.v.21. *Solum vertere*, darvon lauffen.

v.22. *Tanquam mulier secutuleia*, id est quæ sequitur alienum virum.

v.23. *Iacent amatores obligati noctibus totis*, id est iacent simul.

v.25. *Nam aut vir ego liberq; non sum, aut noxio sanguine parentabo iniuriæ meæ*, Ich wil kein redlich Mann seyn/ oder wil einen vmbbringen/ & ipsius sanguine satisfaciam iniuriæ meæ.

v.26. *Gladio latus cingor*, id est gladio me accingo.

v.27. *Cibis excitare vires*, id est se reficere.

ibid. *Furentis more*, als wann er Vnsinnig wer.

v.28. *Dum efferato vultu nihil aliud, quàm cædem & sanguinem cogito.*

v.29. *Capulo* tenus abdidit ensem: biß ans Kreutz.

v.33. *Cum constantissimè legionem essem ementitus*, als ich erdenck das Regiment/ darunter ich soll gedienet haben.

v.24. *Vultu atq; ipsa trepidatione mendacium prodidit.*

v.35. *Iussit arma ponere & malo cauere*, id est gladium deponere, & infortunium vitare.

v.36. *Præcisa vltione*, hat mir die Wehr / vnd also die Gelegenheit mich zurechen benommen.

ibid. *Paullatim temeritate lassata*, als jm der Muth allgemach entgangen.

Pag.19.v.6. *Omnes opertis oculis bona sua computant:* Sehen nur auff jhren gewinn.

v.7. *Quod hodiè non est, cras erit, sic vita truditur.* In epitaphio veteri: *Morieris, vt sum mortuus, sic vita truditur:* also geht es zu.

v.8. *Quod non exspectas, ex transuerso fit, & super nos fortuna negotium curat*, id est quod non speras, solet contingere. Debilitates & cætera *ex transuerso* (id est, ex improuiso) in vitam humanam incurrentia.

v. 17. *Pictura nondum vetustatis iniuria victa:* Ist noch nicht so alt / daß man sie nicht recht sehen könt.

v.31. *Cum ventis litigare*, id est secum solum loqui.

v.32. *Senex excitati vultus*, das mans jhm am Gesicht ansihet / daß er tieffsinnig ist.

v.32. Facies ipsius fidem *promittit*, daß man jhm glauben darff. *Nescio quid magnum videtur promittere:* Wann jhn einer ansihet / soler meinen / daß was sonders hinder jhm stecke.

v.33. *Cultu non proinde speciosus*, Er war nicht wol bekleidet.

v.34. *Ex hac nota literatorum est*, quos oderunt pragmatici, id est, er ist ein theoricus. *Ex hac nota est* domina ea, id est talis est.

v.36. Lauream *ad imperitos deferre gratia solet*, id est imperiti ex gratia lauru coronari solent.

Pag.20.v.7. *Vitiorum omnium inimicus rectum vitæ iter instituit.*

v. 17. *Libenter* ibi *habitabam propter cultum ædicularum*, id est, quia erant cultæ & speciosæ ędiculæ.

v.20. *In conuiuio de illo mentio facta est.*

v.21. *Vehementer excandui*, Sehr zornig.

ibid. Aures virginis *obscæno sermone violare*, id est turpiter loqui in præsentia virginis.

v.23. *Studia alicuius ordinare*, id est præceptorem alicuius esse.

v.32. *Aliquot basiolis* repugnantem puellam *inuasit.*

Pag. 21. v. 1. Puellæ *coitum plenum & voluptabilem aufferre*, id est planè coire cum aliqua.

v.4. *Primum impleui lactentibus papillis manus, mox basio inhæsi, deinde in vnum omnia vota coniunxi:* Von ersten hab ich jhr an die Düttlein gegriffen / darnach hab ich sie küst / letzlich hab ichs alles gethan &c.

v 11. *Ceruicem meam iunxit amplexui*, Er ist mir vmb den Halß gefallen.

v.14. *Interpositis paucis diebus*, id est post paucos dies. Infra v.29. *Interposita minus hora.*

v.15. *Rogaui* puellam, *vt pateretur fieri sibi, quod libido distenta dictat*, id est, vt coiret mecum.

v.20. *Gaudium* puellæ *extorquere*, id est stuprare.

ibid. *Non indelectatus* iocis meis, hat jhms nicht vbel gefallen lassen. Nota bene, *indelectari.*

v. 25. Ple-

v.25. *Plenæ maturitatis* puella, *& annis ad patiendum gestientibus*, id est ὡραῖος, Sie ist eben recht zeitig.

v.31. *Reddidi ipsis voces suas*, eben wie er mich zuvor angeredt/so hab ich jhn widerumb angeredt.

v.33. Consulere antiquarium ætates manuscriptorum, die antiquariis fragen/ wie alt diese manuscript sind.

Pag.22. v.5. *Ad* aliquam rem *sufficere*, id est satis fortẽ vel idoneum esse.

v.7. *Inhærere* alicuius rei studio, id est studiosum esse alicuius rei.

v.12. *Ad eloquentiam peruenire*, id est eloquentem fieri.

v.22. *Totus hæret in illa tabula*, id est aspicit continuò.

Pag.24. v.16 *Extra coniectum teli:* Ein wenig weiter als man ein Boltz (Pfeil) schiessen mag.

v.18. *Minus quam duabus horis mecum moraris*, Du bist noch nicht zwo Stund bey mir.

v.20 *Exire à se*, närrisch werden.

v.24. *Ne tecum rixandum habeam*, id est ne sit necesse tecum semper rixari.

v.25. *Eiurare* aliquid, etwas verreden.

v.26. *Mandare hospiti cenulæ officium*, daß er sol auff ein Gast zurichten.

v.27. *Parieti applicitus*, an die Wand gelehnet.

v.29. *Gaudio solutus*, Frech.

v.32. *Supprimere querelas*, id est reficere.

Consilia alicuius deprehendere, id est animaduertere.

v.33. *Pectus amplexibus inuado*, id est amplector.

Pag.25. v.3. *Altius sustulit supercilium*, ist etwas stoltzer worden.

v.7. *Fidem memoriæ tuæ appello*, ich bitt dich/gedenck selbst.

v.8. *Fateor & præ me fero*, id est non diffiteor.

v.10. *Redimus in gratiam, & optima fide reuiuiscit amicitia.*

v.11. *Toto pectore illum adstrinxi*, id est amplexus sum illum.

ibid. *Iam plena nox erat*, Es war schon dick finster.

v.12. *Cena mandata curauerat*, hat das essen schon fertig gemacht.

v.13 *Obiter per rimam diligentissimè speculari, num ille vnà venisset.*

v.15. Puer *in conspectu ministrans*, Auffwarter.

v.20. *Siccato auide poculo*, hats geschwind außgelehrt.

ibid. *Negat sibi vmquam acidius fuisse*, Es sey jhm nie vbler gangen/ nie saurer gewesen.

v.28. *Habet inguinũ pondus tam grande, vt pridie incipere, postero die finire queat:* hat so ein grossen Zebedeum/ daß er 24. stund lang an einander mach en kan.

v.35. *Iniuria* alicuius *hilaris, commodo tristis.*

v.37. *Or-*

v. 37. *Ordinem cœnæ explicare*, alles was man zu essen hat / mit einander aufffetzen.

Pag. 26. v. 11. *Per fidem*, bitt dich darumb.

v. 18. *Multa moderationis verecundiæq; verba*, id est moderata & verecunda.

v. 20. *Forma raram mixturam cum sapientia facit*, id est, raro est aliquis formosus & sapiens. Opes raram mixturam cum honestate faciunt, id est, rarò est aliquis diues & honestus.

v. 22. *Laudes tuas carminibus implebo*, id est te laudabo versibus.

v. 26. *Hoc non fefellit me:* ich hats wol gemerckt.

v. 27. *Extra* hypocaustum *processit, tamquam aquam peteret:* als wolt er das Wasser abschlagen. Nota bene, *aquam petere*.

v. 28. *Paullatim intepescente sæuitia*, Als der Zorn mir ein wenig vergangen.

v. 30. *Vide quam non conueniat his moribus*, wann wir also wollen morati seyn / werden wir nicht können eins bleiben.

v. 35. *Suspendio vitam finire*, Sich erhencken.

v. vlt. *A fatali meta ad lucem reuocare*, id est à præsenti morte ad vitam.

Pag. 27. v. 8. *Gladio ad mortem viam quærere*, id est se occidere.

v. 20. *Os hominis palma excussissima pulsat*, gibt jhm eine dapfer Ohrfeigen.

ibid. *Tot hospitum potionibus liber cadus:* Ein läre Flasche / die da von den Gästen auß getruncken.

v. 29. Gladio arrepto *statum præliantis componit*, stelt sich gegen jhm zur gegenwehr.

v. 33. *Fauere vapulanti*, gern sehen / wann einer geschlagen wird.

v. 36. *Caput eius stricto acutoq; articulo percussit*, mit der Faust.

Pag. 28. v. 7. Puella ista *fastum mihi facit*, wil nicht mit mir Läfflen / wil meiner kein genad haben.

v. 9. *In secreto loqui cum aliquo*, id est secretim, à part.

v. 14. *Amictus discoloria veste*, bund beklevdet.

v. 18. *Extentus infrà lectum scrutantium elusit manus*, Er hat sich vnters Bett verborgen / vnd da man jhn gesucht / hat er sich nicht finden lassen.

v. 19. *Non est moratus imperium*, id est statim fecit, quod iussi.

v. 20. *Et ne suspicioni relinquerem locum*, id est, ne posset suspicari.

v. 21. *Vnius hominis vestigium ad corporis mei mensuram figuraui*, hab mich also ins Bett gelegt / daß man meinete es were nur einer darin gelegen.

v. 22. *Pererrauimus omnes cellas*, id est percurrimus.

v. 23. *Hoc pleniorem spem concepit*, id est eò melius sperauit.

v. 24. *Di-*

v. 24. *Diligenter oppessulatæ fores*, **wol verriegelt.**

v. 26. *Per memoriam amicitiæ peto*, **wegen vnser alter kundschafft.**

v. 28. *Fidem non habent fictæ preces*, id est non creditur illis.

v. 29. *Satiare iracundiam suam*, **sein müthlein kühlen.**

v. 35. *Subducere ab ictu corpus*, **außweichen/außtretten.**

Pag. 29. v. 4. *Inter turbam fugit, nec quo abierit, suspicari possum.*

v. 25. *Dabo operam, ne quid dicam, aut faciam, quo possis offendi.*

v. 26. *Omnem scabitudinem ex animo deleui sine cicatrice*, **hab allen Groll vnd Zorn auß meinem Hertzen fahren lassen.**

v. 32. *Expedire sarcinulis*, **sich wegfertig machen.**

Pag. 30. v. 10. *Vox auribus meis familiaris*, **mich dûcht ich kenne die stimm.**

v. 16. *In soporem labi*, id est decidere, **schlaffen.**

v. 26. *Pro consortio studiorum manum mihi commoda*, id est propter communia studia.

Pag. 31. v. 6. *Impatiens maris in vltimis esse cœpit*, **weil er deß Meers nicht gewohnet/ ligt er in den letzten Zügen.**

v. 11. *Languentem officii causa visere*, **den Krancken besuchen.**

v. 11. *Sed finge*, id est esto, concedamus.

v. 24. *Imponere alicui*, id est decipere aliquem.

v. 26. *Miror illud tibi non succurrisse*, id est, te hoc non cogitasse.

Pag. 32. v. 7. *Aliud iter salutis quærendum est*, id est alia ratio, qua ex periculo euadamus.

v. 8. *Inspicite quod ego inueni*, id est considerate sit ne bonum meum consilium.

v. 30. *Suspiciones* alicuius *declinare*, id est, ita se gerere, ne aliquis sinistrè de ipso suspicetur.

Pag. 33. v. 4. *Secundum quietem*, id est in somno.

Pag. 34. v. 5. Plurimas illi *plagas imposuit*, id est, verberauit.

v. 7. *Tres plagas Spartana nobilitate concoxi*, id est passus sum. Spartani erant patientissimi.

v. 22. *Submisse sciscitari* aliquid, id est tacite & clam.

v. 25. *Bona mea tibi in odium venerunt*: **Du hast mit mir nicht wöllen vor lieb nehmen.**

v. 29. Variis *artibus* aliquem *petere*, id est decipere.

v. 32. *Turbato vehementius vultu proclamat.*

v. vlt. *Non interpello ipsius supplicium, immo iustissimæ vltioni accedo*, **ich bitt nicht vor ihn.**

Pag. 35. v. 1. *Grandi vexatus iniuria*, id est adfectus iniuria.

v. 5. *Reconciliare* aliquem veteri amico.

v. 8. *Patere illos ire, quo destinant,* id est quo volunt.

Saui etiam domini suam crudelitatem impediunt, si quando fugitiuos pœnitentia reducit, id est nimis crudeles sunt.

v. 12. *Et quod potentius est,* vnd das da mehr ist.

v. 13. *Interuertere alicuius pecuniam,* id est furari.

v. 16. *Interpellare alicuius orationem,* id est interloqui.

v. 20. *Gratiam à legato moliri,* id est per legatum se conciliare velle.

v. 21. *Artem quæsiuisti, qua animaduersionis nostræ impetum eluderes,* id est, qua te pœnæ subterduceres.

v. 22. *Inuidiam facere,* id est, inuidiam aliorum alicui concitare. Habuit ea res inuidiam, es hat andere verdrossen.

v. 33. *Non putauerunt ad rem pertinere,* daß was daran gelegen sey.

P. 36. v. 12. *Iniuriam ab aliquo abstinere,* id est, non facere alicui iniuriam.

v. 33. *Nec tamen cuiusquam ira laxatur,* id est non desinunt irasci.

v. 30. *Apparet non futurum tralatitium bellum. Tralatitius* & *perfunctorius,* idem: Oben hin/schlecht.

v. 31. *Caduceatoris more inducias facere. Caduceator* est heroldus, id est pacis internuncius.

ibid. *Data & accepta fide,* nimirum ab vtraque parte.

v. 33. Cum aliquo *in Colloquium venire.*

Pag. 37. v. 5. *Manus ad pacem reuocatæ intermisere bellum.*

v. 11. *Coitum Venere constrictum* puellæ *imperare,* id est iubere vt se supponi patiatur.

v. 13. *Verbis contumeliosis insequi aliquem.*

v. 26. *Cottabus,* est sonitus residui vini in terram diffusi, quæ *sparsio extremæ portionis* Petronio.

v. 27. *Vino solutus dicta voluit in me iaculari,* id est cum ebrius esset, iocose me vexare cœpit.

v. 28. *Consumta frigidissima vrbanitate,* als er auffgehört mit seinen kalten Possen.

Pag. 38. v. 9. *Bona fide basium ipsi dedit,* id est sine dolo osculum.

v. 10. *In pristinum decorem repositus,* sein vorige schöne gestalt wider bekommen.

v. 12. *Non tralatitia deformitate insignitus,* nicht ein wenig vnflätig.

v. 15. *Commendatior voltus enituit,* hat schöner außgesehen.

v. 20. *Rem sua memoria factam exposuit,* id est suo sæculo vel tempore gestam.

v. 24. Gi-

v. 24. Giphanius Iurisconsultorum memoriæ nostræ facilè princeps, *ad sui spectaculum* exoticos homines *euocat*, id est peregrini veniunt ad eum videndum & audiendum.

v. 29. *Mortem inedia persequi*, sich wöllen erhungern.

v. 31. *Singularis exempli femina.*

v. 32. *Quinctum iam diem sine alimento traxit*, id est sine cibo potuque traduxit.

v. 33. *Lacrimas alicui commodare*, einem helffen weinen / mit einem weinen.

v. 35. *Vnus ille in tota ciuitate fabula est*, man redt in der gantzẽ Statt von jm.

v. 36. Ille vir *solus adfulsit verum* eruditionis & integritatis exemplũ.

Pag. 39. v. 5. *Monstro & infernis imaginibus turbatus*, von einem Gespenst erschreckt.

v. 8. *Desiderium extincti* patris *pati nequit*, Er ist hefftig betrübt ob dem todt seines Vatters.

v. 12. Omnia dixit, *quibus exulceratæ mentes ad sanitatem reuocantur*, id est quibus irati placari solent.

v. 17. *Potione & cibo refectus*, id est (vt cum nostris rure loquar) recollectus.

ibid. Alicuius pertinaciam expugnare, id est vincere.

v. 19. *Indemnatum spiritum, antequam fata poscunt, effundere*, sich selbst vmbbringen / seipsum interficere.

v. 22. *Discusso errore* veritatis *luce frui*, id est depulso errore ad veritatem peruenire.

v. 25. *Aliquot dierum abstinentia siccus.*

v. 26. *Passus est frangi pertinaciam suam*, id est sibi persuaderi passus est.

Pag. 40. v. 4. *Supremo* aliquem *officio mandare*, begraben / sepelire.

v. 15. *Risu* iocos alicuius *excipere*, id est ridere ad iocosum alicuius dictum.

v. 25. *Obliquis trucibusque oculis* aliquem *spectare*, id est toruiter aliquem adspicere ac intueri.

v. 26. *Omnia me oscula* illa *vulnerant*, Es thut mir im Hertzen wehe.

v. 29. *Inimicissima* hæc res *oculis meis*, Ich mags doch nicht sehen.

v. 32. *Nec aut traliticia propinatione dignum me iudicauit, aut, quod minimum est, sermone communi vocabat*, Er hat mir nicht einmahl eins zugebracht / noch mir sonst zugesprochen.

v. 27. *In partem familiaritatis tentabat admitti*, hett gern kundschafft mit jhm gehabt.

ibid. *Nec domini supercilium induebat, sed amici quærebat obsequium*, Er stelte sich nit grauitetisch vnd herrisch / sondern war ein gut Gesell mit geblieben.

Pag. 41. v. 1. *Si quid ingenui sanguinis habes*, Ein redlich Kerle.

v. 10. *Quo destinas iter?* Wo wiltu hin?

v. 13. *Spissæ tenebræ lucem suppresserunt*, id est obruerunt & obscurarunt.

v. 21. *Certissimæ morti applicitus fleus*, id est morte ante oculos posita.

v. 25. *Fatis properantibus*, id est vicina morte.

Pag. 42. v. 3. *Persecutus sonum inueni* ipsum, ich bin der stimm nachgangen.

v. 4. *Membranæ ingenti versus ingerere*, id est scribere.

v. 5. *In vicinia mortis*; id est in periculo mortis.

v. 6. *Ille interpellatus excanduit*.

v. 7. *Sinite me sententiam explere, laborat carmen in fine*, Das Carmen ist schier absoluirt/ es mangelt nur an wenig Versen.

v. 11. *Cibis* non nimis opiparis *vtcunque curati* quietam *exegimus noctem*.

v. 12. *Consilium componebamus, cui nos regioni crederemus* potissimum, Wir haben deliberirt, in was für Landschafft wir wolten.

v. 14. *Viuentibus oculis maris fidem inspicere*; Mit scharpffen Augen zu sehen/ ob auch dem Meer zutrawen sey.

v. 22. *Non tenui diutius lacrymas, imo percussi semel iterumq́ manu pectus*.

v. 25. *Ite nunc mortales, & magnis cogitationibus pectora* vestra *implete*: Sehe hin / habt grosse hoffnung / ich mein es bekompt euch.

v. 28. *Diem, qua venturus esset in patriam, animo suo finxit*; Er hat bey sich die rechnung gemacht/ wenn er würde heim kommen.

v. 29. *Dii deæque quam longè à destinatione sua iacet*: Behüt Gott / wie weit ist er von dem/ an den er gewolt.

v. 31. Hunc denatum suorum ruina sepeliit, den hat sein Hauß erschlagen.

v. 34. *Si bene calculum ponas, vbique naufragium est*, die Warheit zusagen/ ist es nirgend sicher.

Pag. 43. v. 1. *Oculos ad arcessendos sensus longius mittit*, Er ligt gar sehr in Gedancken.

v. 7. *Hoc peracto destinatum carpimus iter*, fangen wir vnser Reiß an.

v. 8. *In montem sudantes conscendimus*.

Vrbs antiquissima & Italiæ prima, id est primaria ac præcipua.

v. 16. In hac vrbe literarum studia non celebrantur: Da studirt man nicht.

In pestilentia, id est tempore pestilentiæ:

v. 27. *Ad rei nouitatem mentem conuertere*, oculos conuertere.

v. 30. Hoc

30. Hoc *mendacio fidem præbuit*, das hats gemacht/daß mans glaubt hat.
v. 32. Aliquem *ad magnas opes ducere*, Reich machen.
v. 33. Multa huius ædes furibus *grassantibus præbuerunt*: Die Dieb haben viel in seinem Hauß gestohlen.
v. 36. *Nemo ausus est artem damnare nihil auferentem.*
v. 37. *Vt duraret inter omnes tutum mendacium, iurauimus in eius verba sacramentum*: Daß es verschwiegen bleib.
Pag. 44. v. 2. Deo *corpora animasq.* in baptismo *religiosissimè addiximus*.
v. 8. Ingolstadii *amplius* bis mille aureorum anno insumsi.
v. 9. *Destitutus ministerio non adgnoscit dignitatem suam*: Weil er seine Diener nicht bey sich hat/ beucht jhn er sey nicht ein Herr.
v. 10. Habet triginta millia aureorum *fundis nominibusque deposita*, an ligenden Gütern vnd weg geliehen Gelt.
v. 15. *Fundi* in ea regione sunt *mendaces & perpetua terrarum sterilitas*, Es ist vnfruchtbahr Landt.
v. 17. *Et ne quid scænæ desit*, vnd daß dem spiel oder possen nichts mangel.
v. 19. *His ita ordinatis, quod bene feliciterq. eueniret precati Deos viam ingredimur*, haben wir in Gottes nahmen vnser Reiß angefangen.
v. 20. *Sub insolito fasce durare* nequit, Er kan solche Bürd nicht tragen.
v. 24. *Hominis operam locaui, non caballi*, daß ich tragen woll wie ein Mensch/ nicht wie ein Pferd. Aduocati operam locaui, non rabulæ.
v. 26. *Tollebat subinde altius pedem, & strepitu obscæno simul atque odore viam complebat*, id est pedebat, Fartzete.
v. 32. *Vt versum* senis *pedibus instruxit, putauit se continuo in Heliconem venisse*, Wann einer sex pedes in einem Verß macht/meint er alsbald/er sey ein stattlicher Poet.
v. 33. *Forensibus ministeriis exercitatus*, id est rabula.
v. 37. *Non potest mens partum concipere aut edere, nisi ingenti flumine literarum mundata*, id est nemo potest libros scribere, nisi insigniter literatus.
Pag. 45. v. 1. *Effugiendum est ab omni verborum vilitate, & sumendæ voces à plebe semotæ, vt fiat: odi profanum vulgus & arceo*, man muß nicht schlechte vnd gemeine Wort brauchen.
v. 8. Hoc *opus quisquis attigerit, nisi literis plenus, sub onere labetur*, Wanns nicht ein gelehrter Mann ist/so kans keiner zum end bringen.
v. 15. Carmen hoc *vltimam manum nondum recepit*; Es ist noch nicht vollendet.
Pag. 53. v. 7. *Cum hæc ingenti volubilitate verborum effudisset*, Als ers geschwind vber einander herauß geworffen.

v. 28. *Paruo diuersorio refecti, postero die amplioris fortunæ domum quærimus*, Als wir in einem schlechten Wirthshauß eingekehrt / haben wir folgendes Tags nach einem stattlichern gefragt.

v. 10. *Sciscitati sunt, quod genus hominum, aut vnde veniremus?*

v. 11. *Ex præscripto consilii communis*, Wie wir hatten angelegt mit einander.

ibid. *Exaggerata verborum volubilitate loqui*, Viel geschwind herauß reden.

v. 13. *Opes suas in aliquem congerere*, & eius *gratiam muneribus solicitare*.

v. 15. *Felicitate plenus prioris fortunæ statum oblitus est.*

v. 17. *Impune se, si quid deliquisset, amicorum beneficio laturum* sperauit.

v. 18. *Cottidie magis magisque superfluentibus bonis saginatum corpus impleueram, putabamque à custodia mei remouisse vultum fortunam*, Ich dachte / es würde allzeit so wåhren.

v. 23. *Præsenti felicitate lassus*, Der guten Tag verdrüssig.

v. 24. *Indicium ad amicos detulit, totamque fallaciam inuidiosa proditione detexit*, Er hats verrathen.

Expugnata paupertas noua mendicitate tandem tibi reuocanda erit, id est, Du wirst wider betteln müssen.

v. 25. *Dii Deæque*, Behüt Gott / est admirantis.

ibid. *Quam male est extra legem viuentibus*, id est aliter, quam decet, viuentibus, hoc est male consciis.

v. 26. *Quicquid meruerunt, semper exspectant.*

Quia nosti Venerem tuam, superbiam captas, Du bist stoltz / weil du so ein Grossen hast.

v. 29. *Facies medicamine attrita*, vel inducta, id est fucata.

v. 30. *Incessus* ipsius est arte *compositus*, *& ne vestigia quidem pedum extra mensuram aberrant*: Er geht nach dem Tack oder Gewicht.

v. 33. *Nec auguria noui, nec mathematicorum cælum curare soleo: ex vultibus tamen hominum mores colligo*: Ich sehe einem bald an / was er vor ein Gesell ist.

v. 37. *Accendere æstuantis* puellæ *desiderium*, id est magis excitare.

v. vlt. *Quædam fæminæ sordibus calent, nec libidinem concitant, nisi seruum viderint*, etliche Weiber haben nur lust zu seruis & hominibus sordidis.

Pag. 54. v. 1. *Stator altius cinctus*, Ein hurtiger auffwarter.

v. 4. *Oratione blandissima plenus*, id est humanissimus in verbis.

v. 6. *Nolo tibi tam valde placeas*, Darffst nicht so stoltz seyn.

v. 9. Hæc

v. 9. Hæc *etsi ancilla, tamen numquam nisi in equestribus sedet*, Sie hat nur mit Edelleuten zuthun. *Equestria* locus, vbi Equites spectabant ludos.

v.10. *Mirari* hoc *cœpi, & inter monstra numerare*, Es ist mir Spannisch fürkommen.

v.12. *Procedentibus longius iocis rogaui eam*, Als wir lang geschertzt.

v.15. Domus *ambulationis hærens*; Ein Hauß / so hart am Spatzierweg stehet.

v.16. *Lateri meo applicat*, stelt jhn neben mich.

ibid. *Mulier omnibus simulacris emendatior*; Schöner denn alle Docken.

v. 17. *Nulla vox est, quæ formam eius possit comprehendere. nam quidquid dixero, minus erit.*

v.19. *Crines ingenio suo flexi per humeros se effundunt*: Von Natur krauß Haar / legt sich auff den Rücken.

v. 19. *Frons capillorum radices retro flexit*, hat auffgepüffte Haar.

v.24. Ipsius *candor parium marmor exstinguit*, id est candidior est marmore.

v. 32. *Risit tam blandum, vt videretur mihi plenum os extra nubem Luna proferre.*

v. 33. *Mox digitis gubernantibus vocem inquit*; Daß die Hand mit gesticulirt.

v. 34. *Puella hoc anno primum virum experta.*

v. 17. *Dignare meum osculum, cum libuerit, adgnoscere.*

Pag. 55. v. 4. Puellam, *sine qua non potes viuere, ex cuius osculo pendes.*

v. 5. Magna *gratia vocem* illius *loquentis conciliat*, Es steht jhm sein reden wol an.

v. 6. *Tam dulcis sonus pertentatum mulcebat aëra, vt putares inter auras canere Syrenum concordiam*, Sie redet so lieblich / als wie die Sirenes singen.

v. 11. *Habeo, quod* obolo *imputem, si nos fata coniunxerint*: Ich hab wol dem Glück zudancken.

v. 14. *Sume amplexum, si placet, neque est quod curiosum aliquem extimescas*, id est audacter me amplectere, nemo videt.

v. 16. *Implicitum me brachiis, mollioribus pluma, deduxit in terram vario gramine indutam*, hat mich in jhre weiche Arm genommen / vnd mich ins Graß nider gelegt.

v. 25. *In gramine pariter compositi mille osculis lusimus, quærentes voluptatem robustam*, id est vt mentula robusta rem gererem; Als wir im Graß beysammen lagen.

v. 28. *Spi-*

v. 28. *Spiritus ieiunio macer*, ein stinckender Athem.

v. 29. *Profusus rubore manifesto*. Sic legendum non *perfusus*.

v. 31. *Quaeso noli suggillare miserias*: Spott meines Vnglücks nicht.

v. 33. *Numquid indecens sum? num incompta? num quid ab aliquo naturali vitio formam meam excaeco?* Bin ich nicht schön oder gebutzt genug?

v. 36. *Omnis voltus tentauit*, Sie hat allerley außgesehen/ so lieblich als sie gekönt/ id est in varias se formas mutauit faciesque vertit.

v. 38. *Quasi viso quodam in horrorem perductus*; Durch ein Gespenst erschreckt.

Hoc nomine tibi gratias ago, quod &c.

Pag. 56. v. 13. *Socratica fide eam diligit. non tam intactus Alcibiades in praeceptoris suo lectulo quieuit*, id est plane non supponit eam in lecto, sicut Socrates puerum Alcibiadem secum dormientem habuit.

v. 15. *Non intelligo me virum esse, non sentio. Funerata est pars illa corporis, qua quondam Achilles eram*, id est mentula stare non vult.

v. 24. *Numquam ego aegrum tam magno periculo vidi.*

v. 25. *Si idem frigus genua manusque tentauerit tuas, licet ad tibicines omittas*; So magstu wol nach dem Beichtvatter vnd Todtengräber schicken.

v. 27. *Et si grauem iniuriam accepi, tamen non inuideo homini misero medicinam.*

v. 30. *Non timeo ne quis inueniatur, cui minus placeam. Nec speculum mihi, nec fama mentitur*: Ich darff nicht sorg haben/ daß ich kein Bulen finden werde. Der spiegel betreugt mich nicht/ so geht auch das geschrey also von mir/ daß ich schön sey.

v. 34 *Rescribe* ipsi *blandius, animumque eius candida humanitate restitue*, gib jhm gute Wort.

v. 26. *Ex qua hora* (id est postquam) *iniuriam accepit, apud se non est.*

v. 27. *Verba codicillis talia imposui*; Hab also geschrieben.

Pag. 57. v. 1. *Ad mortem delinquere*, id est vt morte puniri debeat.

v. 3. *In facinora supplicium quaerere*, id est facinora seu maleficia puniantur.

v. 5. *Illud vnum memento non me, sed* vinum *peccasse*; Ich habs im trunck gethan.

v. 7. Lingua *antecessit animi moram*, id est lingua praecurrit mentem.

v. 11. *Culpam emendare*, id est non amplius peccare.

v. 12. *Cu-*

v. 12. *Curaui diligentius noxiosissimum corpus*, id est ægrum.

v. 13. *Balneo præterito medica vnctione vsus, mox cibis validioribus pastus, hausi parcius merum*, id est vinum.

v. 15. *Ante somnum leuissima ambulatione compositus, cubiculum intraui.*

v. 17. *Postera die cùm sine offensa corporis animiq́ consurrexissem*, ohn alle Kranckheit id est sine vllius sensu morbi aut ægritudinis.

v. 19. *Locum inauspicatum timeo:* Ich mag nicht gern an dem vnglückseligen Ort seyn.

v. 22. *Vt me consalutauit, quid est, inquit, fastose*, id est superbè.

v. 24. *Turbatum sputo puluerem*, gemischt / mixtum. *Turbatum* aqua vinum, id est mixtum.

v. 27. *Admotis manibus tentare cœpit inguinum vires:* Hat gegriffen ob mein Zebedæus starck genug sey.

v. 28. *Dicto citius*, in einem hup.

ibid. *Nerui paruerunt imperio, manusq́ aniculæ ingenti motu repleuerunt*, id est cùm anus tentasset, an mea mentula satis esset robusta, statim *nerui*, id est mentula stetit, & totam aniculæ manum impleuit.

v. 29. *Gaudio exsultare.*

Pag. 58. v. 4. *Premebat illa resoluta marmoreis ceruicibus aureum thorum*, Legt jhren Halß auffs Beth.

v. 6. *Remotis omnibus secundùm inuitantem consedi*; id est, cum me inuitaret, neben sie.

v. 7. *Quasi pariete interiecto audacior factus.*

v. 9. *Toto corpore in amplexum eius immisso non precantis vsque ad satietatem osculis fruor*; id est illa non precabatur, ne hoc facerem, sed lubens admittebat.

v. 11. *Ipsa corporis pulchritudine ad se vocante me trahebat ad Venerem.*

v. 12. *Iam plurimis osculis collisa labra crepitabant, iam alligata mutuo ambitu corpora, animarum quoq́ mixturam fecerant.*

v. 15. *Manifestis contumeliis verberatus tandem ad vltionem decurrit.*

v. 16. *Iubet me catenis dare*, id est vinculis.

v. 19. *Nullis precibus effusis (quia sciebam quid meruissem) eiectus sum.*

v. 21. *Tota familia tristis inter se mussat, quæritq́ quis dominæ hilaritatem confuderit*, wer es bey jhr verderbt.

v. 22. Hæc res *hilaritatem* nostram *confudit.*

v. 23. *Pensatis vibicibus verberum notas arte contexi*, id est, vulnera penso texi: mit Werck verbunden.

v. 25. *Quod solum saluo pudore poteram, languorem simulare cœpi*, hab mich kranck gestellt.

v. 26. Conditus lectulo, id est in lecto positus.

Totum ignem furoris in eum contuli, qui mihi omnium malorum causa fuerat.

v. 27. *Erectus in cubitum*, hab mich auffgericht / vnd den Kopff auff die Arm gelegt.

v. vlt. *Omnium hominum deorumque pudor.*

Pag. 59. v. 1. *Hoc de te merui?* Hab ich das vmb dich verdient? *Vt traduceres annos primo florentes vigore, senectæque vltimæ lassitudinem imponeres?* Alloquitur mentulam suam, quæ stare nolueiat, cum esset cum meretrice.

v. 4. *Hæc vt iratus effudi, pœnitentiam agere sermonis mei cæpi, secretoque rubore perfundi*, Es hat mich gerewet/daß ich daß gered hab.

v. 9. *Oblitus verecundiæ meæ cum ea parte corporis verba contuli, quam ne ad cogitationem quidem seuerioris notæ homines solent admittere*, id est cum Priapo.

v. 11. *Seuerioris notæ homines*, id est homines seueri & supercilioſi.

ibid. *Perstrictæ frontis* homo, id est impudens.

v. 12. *Dolorem meum naturali conuitio exoneraui*, id est, conuiciis, quæ ipsi dixi, cura, quæ in meo corde erat, me liberaui.

v. 27. *Nihil est hominum inepta persuasione falsius, nec ficta seueritate ineptius.*

v. 28. *Narra mihi, sed tua fide*, Lieber sag mir doch.

v. 30. *Contentus fuit vidua pudicaque nocte*, id est, non futuit.

v. 14. *Extra vestibulum me iniecta manu dixit*, hat mich bey der Hand genommen.

v. 16. Nescio *quod purgamentum* hodie egressus *calcaui*, ita totum diem infelix fui. Nota bene, *purgamenta* siue sterquilinia in vias proiecta calcare, mali ominis & infelicis ducebatur.

v. 18. *Mollis, debilis, & lassus tamquam caballus in cliuo, operam & sudorem perdidit*, id est non potuit futuere.

v. 22. *Nisi primo ictu arundo quassata verberantis impetum minuisset, forsitan & brachia mea caputque fregisset*, Wann nicht im ersten streich der Stab zerbrochen were.

v. 24. *Lacrimis vbertim manantibus*, id est largiter defluentibus.

v. 25. *Fletu confusus*, id est flens.

v. 30. *Hunc adolescentem, quem vides, malo astro natus est:* (zur vnglückseligen stund) *nam neque puero nec puellæ bona sua vendere potest*, id est non potest futuere.

v. 31. *Co-*

v.31. *Corium in aqua, non inguina*, Sein Schwantz ist so zähe/ als wie Leder im Wasser. Vulgo legitur, *lorum in aqua*, non rectè.

v.34. *Istum morbum solus sum qui emendare scio.*

Pag.61. v.15. *Fabulosæ pollicitationes*, id est vana promissa.

v.16. *Detersis curiosè manibus*, fleissig abgewischt.

v. 20. Clauus detrahentem sequutus cum gladio fuit: Wie ich die Wehr herab nehmen wöllen/ ist der Nagel/ daran sie gehängt/ mit herauß gangen.

v.21. *Clauum parieti reddere*, den Nagel wider einstecken.

In Carnario (in der Fleischkammer/ Speckkammer) carnes ad vsum depositæ.

v.23. Salpa *mille plagis dolata*, geklopffter Stockfisch.

v.25. *Seruire imperio* alicuius, id est obsequi.

v. 26. *Grana sordidissimis putaminibus vestita curiosa manu segrego.*

v. 27. Moram alicuius *accusare*, id est obiurgare aliquem propter tarditatem.

Pag.62. v.11. *Sella staturæ altitudinem adiecit*, der Stul macht jhn groß. Calceus staturæ altitudinem adiecit, die Pantoffeln machen jhn groß.

v. 13. *Ignem modo conualescentem exstinxit*, das erst anfangen zubrennen.

v. 14. *Faciem totam excitato cinere perfudit.*

v.18. *Anseres medio die solebant diaria* (jhr täglich essen) *exigere.*

v. 22. *Dux ac Magister nequitiæ* (vulgo *sæuitiæ*) *non dubitauit crus meum serrato vexare morsu*, die Ganß hat mich gebissen.

v.23. *Pedem mensulæ extorsi, cœpique pugnacissimum animal armata elidere manu. Nec satiatus defunctorio ictu, morte me anseris vindicaui*, mit einem Tischstollen hab ich die Ganß vmbbracht.

v.33. *Post lectum occisum anserem mitto*, hinders Bett.

v.35. Proficiscendi *formaui consilium*, id est cepi consilium.

v.35. *Collecto cultu meo* abire *cœpi.*

v.36. *Nondum libaueram cellulæ limen*, ich war kaum vnder die Thür kommen.

v.37. *Reduxi gradum*, ich bin zuruck getretten.

Pag.63. v.2. *Me non dimisit, nisi tribus potionibus è lege siccatis*: Hab veteri instituto drey mahl müssen bescheid thun.

v. 5. *Ne diutius tristis esset, iactura pensionem anserem obtuli*, hab ich versprochen die Ganß zubezahlen.

v. 8. Confusus & nouitate facinoris attonitus, quærebam quid excanduisset?

v.24. *Anseris fatum complorat*, **beweint.**

Pag. 64. v. 9. *Inanes ac sine medulla ventosæ nuces*, **leere Nuß.**

v.10. *Graues & plenæ integra fructu nuces*, **volle Nuß.**

v.16. *Volabant inter hæc potiones meracæ*, **Es giengen die Trünck herumb.**

v.23. *Solutus mero ac libidine*, id est ebrius & libidinosus.

v.25. *Euasi omnibus digitis inter præcipitem cursum cruentatis*, **die Zehen hab ich blutig gestossen.**

v.28. Tuum amorem *vel cum periculo capitis persequi destinat*, **sie hat dich so lieb/daß sie dir mit Lebens Gefahr wil nachziehen.**

v.29. *Ipse Paris Dearum litigantium* (sic legendum est, non *libidinantiũ*) *iudex, si hanc in comparatione vidisset tam petulantibus oculis, & Helenam huic donasset.* Paris **hett diese viel lieber genommen/ als die** Helenam, **oder** Venerem, Mineruam, Iunonem.

v.31. *Si permitteretur osculum capere, si illud cœleste ac diuinum pectus amplecti, forte rediret hoc corpus ad vires, resipiscerent partes, veneficio sopitæ*, **würde mein** Priapus **wider stehen.**

v.34. *Nec me contumeliæ lassant. Quod verberatus sum, nescio, quod eiectus sum, lusum puto, modo redire in gratiam liceat*: **Ich bin mit diesem all wol zufrieden.**

Pag. 65. v. 8. *Quærere ab aliquo*, & ex aliquo.

v.9. *Mulier haud inculta, cum diu esset mecum locuta, & me accersito sermone lassasset, vltimò dixit*, &c. **hat allzeit Gelegenheit gesucht/ etwas newes mit mir zureden.**

v.13. *Amplexu effusissimo me inuasit*: **Ist mir vmb den Hals gefallen.**

v.15. *Tu desiderium, tu voluptas mea, nunquam finies hunc ignem, nisi sanguine exstinxeris.*

v.17. *Dominus mihi iratissimus, quod biduo iam officio defuissem*, (**daß ich nicht auffgewartet**) *rectè ergò me facturum, si excusationem aliquam idoneam præparassem. Vix enim posse fieri, vt rabies irascentis sine verbere consideat*, **daß sein Zorn also solt abgehen/ daß er mich nicht schlage.**

v.21. *Matrona inter primas honesta, tum anus & floris exstincti*, **schon was alt.**

v.26. *Illum solum esse in toto orbe terrarum, qui præceptis salubribus instruere iuuenes cottidie possit.*

v.32. *Non distulit puellam inuitare ad Pygiaca sacra.* NB. quia *pygæ*, id est, nates, in coitu valde vsurpantur.

v.33. Si

v.33. *Si non seruasset integram simulationem, periclitabatur totam* fere *tragœdiam euertere.*

v.35. *Vt constaret mendacio fides*, id est, **daß man die Lügen glaube.**

Pag. 66. v.1. *Cum res ad effectum spectaret*, obscœnum est nimis.

v.30. *Oscillatione ludere*, **auffm Seyl schwencken.**

v.5. *Ne desidia consuetudinem perderem*, **daß ichs nicht wider entwohnete.**

v.12. Resolui vestem, & puellæ *me totum approbaui*, **hab sie sehen lassen/ ob ich dapffer staffiert sey mit meinem** Priapo.

v.16. *Numquam vllius turbæ frequentioris concilio oculos suos credidit.*

v.18. *Nulli celerius homines incidere debent in malam fortunam, quàm qui alienum concupiscunt.*

v.26. *Captatores iam exhausti liberalitatem imminuerunt*, **haben nicht so viel mehr geben.**

v.27. Quando vis dicere, Fortassis hoc ita est &c. efferre potes Petronianè: *Aut fallor ego, aut ita est* &c.

v.33. *Ne recusa, quæ iubeo*, **wegere dich nicht.**

Cibum aliquem condimentis stomacho conciliare auerso, **der sonsten ein Abschewen darvor hat.**

ALTORPHII NORICORVM A.C.N. ∞ IↃ IIIC. mense Septembri.



Anno Christi 1614 aucta 1624.

M. IOHANNIS WEITZII TYRIGETÆ

OBSERVATIONES IN PETRONIVM.



Pag. 1. verſ. 1. *Inquietantur*] Balbus Catholic. *Inquietare, id eſt moleſtare, inquietum facere.* Euphormio part. 2. Satyric. pag. 179. *Inquietati impatientia mentis, non aliter quam in Promethei ſaxo viuerent.* Et pag. 120. *Tota nocte inquietatus.*

v. 4. *Succiſi poplites*] ἰγνύα Heſychio eſt τὸ ἐξ γόνατος ὀπισθεν μέρος. *poſterior genu pars*, qui Latinis *poples* dicitur. nam & ipſum eſſe oppoſitam genui partem ex his phraſibus patet: *Terga ferire ac poplites cadere: Contendere poplitem: Flexo poplite ſidere: duplicato poplite ad terram incidere: Submittere poplitem.* Item, *Defectus poples, Succiduus poples, Lapſus poples:* cui oppoſita, *Firmus poples, Tenſus poples.* Eſt enim ea pars neruoſa. Sic Plutarch. in Artaxerxe dicit Cyrum τῆς περὶ τὴν ἰγνύαν φλεβὸς ἀναρραγείσης. Et in Galba, τμηθεὶς τὰς ἰγνύας ἔπεσε, *cæſis poplitibus cecidit.* Hen. Stephanus Theſaur. Ling. Græc. indice. Galterus Alexandreid. 3. v. 51.

—Poblitibus (ita mſc.) *ambo cecidere remiſſis.*

Seuerus Endeleichus Bucolic. v. 66.

Errat ſucciduo bucula poplite.

v. 6. *Viam facerent.*] Saluianus lib. 1. de Gubernat Dei; *Viam facinori ſternens.* Plinius Panegyric. *Non inſtruendum illis iter ad bonam famam.*

v. 9. *In alium terrarum orbem*] Vide Eraſmum Prouerb. *in alio mundo.*

v. 13. *Mellitos verborum*] Ita Theocritus Idyll. 1. v. 146. πλῆρές τοι μέλιτος τὸ καλὸν στόμα θύρσι γένοιτο. Et apud Tryphiodorum Minerua Ανδρὸς δ᾽ Ἰθακήσιον μελίχροιν ἐνέσταξε φωνὴν, *vocem Vlyſſis inungit mellito nectare.* qui etiam ἱερῆς ἀπὸ γλώσσης ἐξέχεεν μέγα κῦμα μελισταγέος νιφετοῖο. Auſon. ad Symmach. *Modo intelligo, quam mellea res ſit oratio, quam delenifica, & quam ſuada facundia.* Symmach. lib. 1. epiſt. 91. *Tu quoque ita paginam melle erudititiſſimi oris obliueras.* Et lib. 9. epiſt.

epiſt. 87. *Litteræ adfluebant multo melle facundiæ.* Nonnus Dionyſiac. 41. de Beroë: εἶπότε κέρῃ λαροτέρων σίμβλοισ μελίῤῥυτον ἤπυε φωνὴν ἡδυεπής. Hæc notata mihi olim ad Theocritum.

ibid. *Globulos*] πολύπαι Clementis Alexandrini Protreptic. plane ſunt Petronii *melliti globuli.* Nam melle cum papauere mixto in condiendis dulciariis vſos, auctor eſt Helenius Acro in Horat. de Arte, vbi ait: *Mel cum papauere mixtum in placenta ſæpè offendere.* Ioh. à Wouwer ad Minuc. pag. 132. Had. Iunius Cent. 7. adag. 48. *nectar ſpirat.* Eryc. Puteanus in Como pag. 46. *Liber frontem & facundiam donat, & vt ſcias in porticum te veniſſe, mellitos verborum globulos exſpecta, & omnia dicta factaque quaſi papauere ſparſa.*

v. 14. *Quaſi papauere & ſeſamo ſparſa*] Lipſius Antiq. lect. 1. cap. 4. *Elegiam de raptu Hylæ Propertius imitatione Græcorum conſcripſit, elegantibus, Dii boni, & quaſi papauere ac ſeſamo ſparſis verſibus.* Chriſtoph. Colerus in Epiſt. de ſtud. politic. p. 18. *Ad Virgilii lectionem quemuis inuitare poſſint verſus illi ſeſamo ac papauere ſparſi.*

ibi. *Seſamo*] Ioh. Bapt Porta l. 11. Villæ, c. 37. agens de ſeſamo: *Dioſcorides oleum Ægyptios ex eo conficere, vt nunc apud Græcos & Turcas in maxima copia paratur in cibum, ſecundum locorum bonitatem. Nunc condiendis panibus inſpergitur, & præſertim buccellatis, qui ex Cypro Venetias afferuntur. Nullus Orienti frequentior cibus, quam ſeſami.* Vide & Martin. Mylium in Horto Philoſophic. pag. 427.

v. 15. *Non magis ſapere*] Eryc. Puteanus præfat. Syntagmat. de Diſtinct.

ibid. *Pace veſtra liceat dixiſſe*] Ouidius lib. 3. de Pont. eleg. 1. *Pace tua dixiſſe velim.* Euphormio Luſinin. Satiric. *Pace tua dixero.*

v. 18. *Eneruaretur*] νευροκοπεῖν ἢ ἐκνευρίζειν. *eneruare*, eſt debilitare, conuellere, atq; ſubuertere. Apud Suidam: διὰ τῶν Ἐπικούρου λόγων τὴν ψυχὴν ἐκνευρισθεὶς καὶ θῆλυς γενόμενος, *Epicuri librorum lectione eneruatus animo atque effeminatus.* Plutarch. 6. Sympoſ. ἐκτέμνειν τὰ νεῦρα. Hadr. Iunius Cent. 5. adag. 74. Paullo ante; *Succiſi poplites.*

Pag. 2. v. 2. *Ad teſtimonium citem*] Euphormio Apolog. pag. 60: *Ipſa innocentiæ meæ verba ad teſtimonium citabo.*

v. 4. *Turgida*] ὑλομανοῦσαι καὶ φλεγμαίνουσαι. Hadr. Iunius Cent. 1. adag. 9.

v. 5. *Ventoſa*] κενοῦ φυσήματος ἀνέμου ἀμπεπλασμένη: Eunap. Sardianus. Liuius lib. 42. *Ventoſum ingenium*, id eſt, mobile. Horat. lib. 1. epiſt. 19. *Ventoſæ plebis ſuffragia venari.*

v. 6. *Ad*

v. 6. *Ad magna surgentes*] Euphorm. part. 2. p. 17. *Præsertim cum ignora haberem animi non languide ad virtutis difficultatem surgentis.*

v. 7. *Pestilenti quodam sidere*] Lipsius Satyr. Menipp. *Periit natiua illa & germana poësis, postquàm hoc pestilens sidus ingenia adflauit.* Euphormio Satyric. p. 140. *Hoc pestiferum sidus illuxit, quo surgentes liberæ nondum edito a stirpe exaruerunt.*

v. 9. *Carmen sani coloris*] Lips. Satyrâ: *Aut si quis audet; quis lucidos & fluentes versus scribere? quis carmen mihi dat ingenui & sani coloris?* Puteanu. in Coma p. 90. *Qui ipse non sanus, qui sani coloris sermonem vllum efformet?*

ibid. *Enituit*] Tralatè. *Nitor*, sagina est corporis. Hinc *nitidus* pro benè curato & benè habito corpore; qualis Delphis est apud Theocrit. Idyll. 2. quem λιπαρόχρων Simætha nuncupat, id est εὐχροῆ, benè curatum, nitida cute. Sic Virgil. 6. Æneid. *equos nitentes.* Inde *nitor eloquii* Ouid. 2. Pont. 2. v. 49. Saluianus præfat. libb. de Gubernat. Dei, *nitore verborum illustrare.* Symmach. libr. 2. epist. 86. *nitore sermonis illuminare.*

v. 14. *Sermonem non publici saporis*] Euphormio part. 2. Satyr. p. 34. *Ille se diutius collegit, & illius saporis orationem incepit, quæ non à vilissimo homine, sed planè à politis disceptatoribus condita videbantur.*

v. 16. *Cum insanientibus furere*] Theognis v. 313. ἐν μαινομένοις μάλα μαίνομαι. Puteanus Promulsid. epistol. 46. *Nos quidem cum insanientibus furimus, qui diuities illos felicitatis titulo dignamur.*

v. 21. *Eam imposuerit hamus escam*] Saresberiensis libr. 7. cap. 23. *Sunt, qui pauperibus parum tribuunt, vt amplius accipiant, & sub prætextu eleemosynæ quærunt diuitias; quæ magis venatio appellanda est, quàm eleemosyna. Sic bestiæ, sic aues, sic capiuntur & pisces. Modica esca in hamo ponitur, vt in eo matronarum sacculi protrahantur.* Infra pag. 66. v. 20. *Nisi aut locellos, aut sonantes ære sacellos pro hamis in turbam mitterent.*

v. 22. *Moratur in scopulo*] In scopulis olim piscatores exercebant piscatum. Theocrit. Idyll. 1.

Τῷ δὲ μετ' γριπεύς τε γέρων πέτρα τε τέτυκται
λεπράς, ἐφ' ᾇ σπεύδων μέγα δίκτυον ἐς βόλον ἕλκει.

Idyll. 22.

——— εἶδον ἐμαυτὸν
ἐν πέτρᾳ μαιμῶντα, καθεζόμενος δὲ δόκευον
ἰχθύας, ἐκ καλάμων δὲ πλάνον κατέσειον ἐδωδάν.

Ouidius libr. 3. Metamorphos.

——— *Moriensque mihi nihil ille reliquit*
Præter aquas; vnum hoc possum appellare paternum.
Mox ego, ne scopulis hærerem semper in isdem,

Addi-

Addidici regimen dextra moderante carinæ
Flectere ——

Hinc Plautus Rudent. *Piſcatum ſaxatilem* dixit. Meurſius ad Lycophron. pag. 113. Auſonius in Moſella, v. 247.

Ille autem ſcopulis ſubiectas pronus in vndas
Inclinat latæ conuexa cacumina virgæ &c.

Ibi Freherus in Not.

v. 23. *Quid ergò eſt?*] Ita Cicero pro Quintio: *Quid ergo eſt? primum magnitudo periculi* &c. Ad Famil. lib. 10. epiſt. 23. *Lepidum enim pulcrè norant. Quid ergo eſt? pudor me, qui in illo maximè eſt periculoſus, hunc caſum coëgit ſubire.* Infrà pag. 56. v. 26. *Quid ergo eſt? etiamſi grauem iniuriam accepi &c.*

ibid. *Parentes obiurgatione digni ſunt*] Diuinè Scaliger in Iamb. Gnom. n. 41.

Commune patrum crimen indulgentia eſt,
Vultu paternæ caritatis ſe offerens.
Gnati nepotis non coërcere impetus,
Et in ruinam ſubminiſtrare omnia,
Affabile odium eſt, & tepens crudelitas.

Vide Zehnerum Centur. 2. adag. 87.

v. 26. *Cruda adhuc ſtudia*] *Cruda*, id eſt, vix bene adhuc inchoata iſtis, nedum perfecta: Caſaubon. ad Perſ. pag. 97. Lipſius lib. 4. Quæſt. epiſtol. 21. *Præcipitant enim parentes vota ſua, & pueros vix ſeptuennes protrudunt ad Iuris ſcientiam. Scilicet omnibus artibus antiſtat ſpes lucri; & formoſior eſt nummus auri, quàm quidquid Græci Latinique delirantes ſcripſerunt.*

ibid. *Cruda*] *Nec enim negligenter tractanda ſunt prima, à quibus ad ſecunda, ac deinceps ad altiora aſcenditur: ſicut fabricanti ſcalam, & fundamenti ratio ante omnia habenda eſt; & primus, quanquàm imus, gradus formandus quàm validè fieri poteſt. Denique, quod in puerili ad virtutem educatione peccatum fuerit, id ſequenti tempore ſarciri vix aliquando poteſt: & ſi fortè fiat, non fiet hoc, niſi lentè admodùm magnoque negotio:* Caſelius in Πολιτευομένῳ pag. A. 4. Et ibid. G. 3. b. *Reuerà hoc ita ſe habet, maiora quæ ſiue ſunt, ſiue habentur, illis deſtitui non debere, ipſorumque vſum in mediis negotiis eſſe neceſſarium. Nam qui ad diſciplinam iuris, doctrina de vita & moribus prætерita, aut obiter inſpecta, euoluant; non dico, quàm in ipſo ſtudio ſe impediant, dum, quæ naturâ priora ſunt, tranſiliunt* &c.

v. 29. *Atroci ſtilo*] Euphormio Satyric. *Iam quod tergum crudeli ſup-*

plicio lacerastis, vindicabit atrocior stilus, & effinget vestros mores velut in tabula. Idem Apolog. pag. 13. b. *Cùm res cerneretur atrocibus stilis.* Puteanus Suadæ auspical. Orat. 1. *Ecce tibi disciplinæ exemplar, ecce studiorum gradus, vt lectione seuera teipsum mitiges, vt sapientiæ præceptis animum componas, vt atroci stilo verba effodias.*

v. 33. *Quod quisquis perperam discit, in senectute*] Caselius in Πολιτευομένῳ I. b. *Fere enim vnusquisque, quæ puer didicit, & mordicus multam ætatem tenuit, vera arbitratur, & sibi, quam ipse sibi arte sua qualicunque auctoritatem peperit, eò pertinaciùs præceptas opiniones tuetur. Paucos inuenias, qui sese retexant, aut errorem suum agnoscant: plærique aut inscitia, aut malitia, meliores sententias repudiant, & calumniantur tum ipsas, tum earum interpretes.* Ianus Dousa Satyr. 5. pag. 365.

Seu quia post genitis pudet auscultare, & ephebi
Qui didicere olim, sibi dediscenda fateri,
Et perdenda senes. Sapiunt quoque; quod nouum enim, si
In ludum nolunt iam sena ætate reuorti?

Taubman. Differtat. de Ling. Lat. vbi addit:

Et nescire pudens prauè, quàm discere, mauult.

Pag. 3. v. *Mutet habenas liber, & ingentis*] Innuit, Philosophicis scriptis imbutum, optimè applicaturum se ad oratoriam artem. Hadr. Iunius Cent. 5. adag. 25. *Habenas iniicere.*

v. 18. *His animum succinge bonis*] Iul. Nigronus Orat. 10. pag. 372.

v 19. *Defundes pectore verba*] Adamus Theodorus Siberus Institut. Rhetor. cap. 1. *Græcis τὸ ῥέω non solum fluo ac mano, sed etiam fundo est, & propriè de rebus liquidis, vt aqua, melle, sudore, sanguine vsurpatur. Deinde cum ad alia transfertur, quæ vi quadam & abundantia & vehementia feruntur, vt ignea ac tela: tum etiam ad orationem accommodatur, non quamuis, sed vberem atque copiosam, hoc est, optimis & lectissimis verbis ac sententiis affluentem* Homerus de Nestore: τοῦ καὶ ἀπὸ γλώσσης μέλιτος γλυκίων ῥέεν αὐδή. Allusit pro M. Marcello Cicero:

Nullius tantum est flumen ingenii.

Apud Iuuenal. est *torrens dicendi copia.* Hieronymus Liuium *lacteo eloquentiæ fonte manare* dicit. Nicephorus eloquentiam *lac aureum* appellat. Ouid. 1. Fast. v. 23.

—— Scimus
Ingenii currant flumina quanta tui.

Flumen ingenii est eloquentia potens & vberans, inquit elegantissimus noster

noſter Barthius, πολλῶν ἀντάξιος ἄλλων, libr.41. Aduerſar. cap. 2. Vnde *fluere verſus* ſuos ſummi Poëta affirmant. Auſonius Epiſt. 16. ad Probum: *Adiuro beneuolentiam verecundiæ meæ teſtem, eos mihi ſubita perſuaſione fluxiſſe.* Statius Papin. in præfat. libr. 1. Siluar. *An hos libellos, qui mihi ſubito calore, & quadam feſtinandi voluptate fluxerunt.* Sidon. Apollinaris libr. 1. epiſt. 1. *Vt ſi quæ literæ paulo politiores varia occaſione fluxerunt.* Et libr. 2. epiſt. 10. *Petis, vt ſi qui verſiculi mihi fluxerint.* vbi admirandæ eruditionis & numeroſæ lectionis Præſes Ampliſſ. Sauaro in Not.

v. 21. *Dum in hoc dictorum æſtu totus incedo*] Euphorm. part. 2. Satyr. p. 177. *Sed dum in hoc turbulenti ſanguinis æſtu incedo, pauidoque lumine mentis incertitudinem accuſo.*

v. 24. *Ordinem dictionis infamant*] Euphormio part. 2. Satyric. pag. 33. *Sed externi ruſticitatem horridæ vetuſtatis, vel ignobilis negotiationis veſtigia lepidiſſimis iocis infamant.* Et Apolog. p. 76. *Et ſaltem numeranda paucitate infamant Muſarum egeſtatem.*

v. 27. *Sudore madens*] Apuleius libr. 1. *Hæc vt ego accepi, ſudore frigido miſer perfluo.* Et libr. 2. *Frigido ſudore defluens euado.* Ouid. 9. Metamorph. v. 173.

Cæruleuſq; fluit toto de corpore ſudor.

Euphormio Satyric. part. 1. pag. 90. *Profuſo ſudore madidus.* Et part. 2. pag. 201. *Manantibus effuſiſſimo ſudore genis.* Theocrit. Idyll. 2. v. 106.

—— ἐκ δέ μετώπω
ἰδρὼς μὲν κοχύεσκεν ἴσον νοτίαισιν ἐέρσαις.

v. 28. *Agreſte olus vendebat*] Gloſſ. λαχανοπώλης, *holerator.* λαχανοπωλεῖον, *holitorium.* Hinc *forum olitorium*, **Krautmarck** / Hadr. Iunius in Nomenclat. Ioh. Thomas Freigius in Not. ad Lud. Viuis Colloquia.

v. 34. *Fornicem*] Gloſſ. πορνεῖον, *fornix, ganeum, lupanarium.* Balbus Catholic. *Fornix à fornax, arcus lapideus, quod curuatus & arcuatus ſit vt fornax. Et quia meretrices ſolent meretricari in huiuſmodi fornicibus, ideò etiam fornix quaſi formam necans, id eſt animum, quæ eſt forma noſtra.* Nicol. Perottus Archiepiſcop. Sipuntinus in Cornucop. Neſtor Nouarienſ. in Vocabular.

v. 35. *Operui caput*] In re diſſimili Euphormio part. 2. p. 31. *Et pallium, quod pictor Agamemnoni circumuoluit, in tam manifeſto pudore optabam.*

Pag. 4 v. 12. *Manantes lacrymas*] Vide Notas ad Endeleichi Bucolic. v. 3. Infrà pag. 23. v. 1.

—— *Fletibus manant genæ.*

Et pag. 60. v. 24. *Lacrymis vbertim manantibus.* Euphormio part. 2. p. 109. *Manantibus lacrymis vtramque faciem rigans.*

ibid. *Pollice extersit*] Euphormio part. 2. p. 133. *Sic effata creberrimis concussa suspiciis, squalidam faciem lacrimarum fonte detersit.*

v. 16. *Pudorem extorquere*] *Pellere pudicitiam* dixit Plautus Epidic. *Planè hic ille est, qui mihi primus in Epidauro pudicitiam pepulit.* Sic *ruptam virginitatem* dixit Fabius Declamat. 248. Infrà pag. 10. v. 26. *Deuirginetur Pannichis nostra.*

ibid. *Gladium strinxit*] Gloss. ἐσπάσατο ξίφος, *strinxit ensem.* Infrà pag. 17. v. 18. *At ille gladium parricidali manu strinxit.* Euphormio Satyr. pag. 48. *Quam fortis miles gladium strinxisses?* Euripid. Iphigen. Aulid. — ἐξῦ χερὶ φάσγανον σπάσας κολεῶν ἔσωθεν. Homer. Iliad. α. v. 194. ἕλκετο δ' ἐκ κολεοῖο μέγα ξίφος. Idem Odyss. κ. v. 439.

σπασσάμενος τανύηκες ἄορ παχέος παρὰ μηροῦ.

Nonnus Dionysiac. lib. 23. v. 61. ἄορ ἐὸν γύμνωσεν.

v. 33. *Rumoribus different*] Dixi in Comment. Terent. p. 295.

Pag. 5. v. 2. *Alligo artissimis complexibus*] Saresberiensis libr. 4. Policratic. cap. 3. *Ipsum Veneris nexibus innodauit mulier impudica.* Euphormio part. 2. p. 201. *Qui, vt venientem me aspexit, attriuit amplexibus pectus.*

v. 3. *Vsque ad inuidiam*] Euphormio Satyric. p. 76. *Vos in opidum illud vsque ad inuidiam felix?*

v. 9. *Non perfunctoriè*] Balbus Catholic. *Perfunctorius, leuis, transitorius, vel imaginarius.* Euphormio p. 35. *Cum rideret Pedo, insilui in oculos, & non perfunctoriè cadere cœpi.* Infrà pag. 62. v. 24. *Nec satiatus defunctorio ictu.* Puteanus in Como pag. 79. *Non perfunctoriè dormire iterum cœpit.* Saresberiens. lib. 8. cap. 7. *Perfunctoriam mentionem ponere* dixit.

v. 35. *Quid faciant leges, vbi sola pecunia regnat?)* Sulpicius Seruastus Lupercus Iunior apud Scaliger. in Catalect. pag. 228.

Quis metus hîc legum, quæve est reuerentia veri,
Crescenti nummo si mage cura subest?

Omnia namque cum precio hodie, sed nec cras aliquid sine precio obtinebis, vt scribit Saresberiensis libr. 6. cap. 24. Eiusmodi iudices δωροφάγους, qui iura ad suam vtilitatem nundinantur, *nummarios iudices* vocat Cicero libr. 1. ad Attic. epist. 13. Et pro Cecinna rectè idem: *Quod si*, inquit, *ius ciuile inflecti gratia, perfringi potentia, aut adulterari pecunia possit, nihil est, quod quisquam se habere certum, aut à patre accepturum, aut relicturum putet.* In tales iudices capitis pœnam statuit Plato libr. 12. de legibus.

Aliam

Aliam pœnam decernunt Iura, in L. ſi quis aliquid, §.iudices pedane.ff. de pœnis. De aliis iudicis corrupti pœnis L. omnes cognitores, & ſeqq. C.ad Leg. Iul.repetund. & Nouell.8. Sententia quoque à iudice corrupto lata, eſt ipſo iure nulla, L.venales, C.quando prouocare non eſt neceſſe. Quare inter ea, quæ in moribus ad Regiam adminiſtrationem maximè neceſſariis requiruntur, numeratur τὸ συντηρεῖν αὑτὸν ἀδωροδόκητον, vt quis ſe ſeruet immunem ab omnium munerum corruptela. Bochius in Pſal. XIV. Zehnerus Cent. 2. adag.80. Saresberienſis lib. 5. Policr.c.10.

ibid. *Vbi ſola pecunia regnat*] Bernhardus Morlanenſis, ſcriptor vetuſtus & haut contemnendus, de Contemptu mundi lib. 2.

Ad lucra ſupplicat, & malè iudicat ob lucra iudex.
Te ſcelus impedit, aureus expedit ære, ſilet lex.
Æs domat omnia, res piat impia, lex ſilet ære.
Vim lupus ingeris, agnus habeberis, offer habere.
Per tua munera tangis & æthera, lege cremandus.
Cenſus adeſt tibi, cenſor erit tibi, ne fuge, blandus.
Munere non ſinis vllius ordinis hunc meminiſſe.
Pag.30. v.1. *Sol omnibus lucet*] Chryſoſtom. Homil.2. in Corinth. p.739. καὶ γὰρ τὸν ἥλιον ἀνῆψεν οὐ σοὶ μόνῳ, ἀλλὰ τῷ κοινῷ. καὶ γὰρ τοσοῦτος γέγονε διὰ τὸ κοινὸν καὶ ὁρᾷς σὺ μόνος τοσοῦτον, ὅσον εἶδον πάντες ἄνθρωποι &c. Symmach. lib. 9. epiſt. 1. *Sicut omnibus in hac vita poſitis ac locatis communis eſt cæli ſpiritus, lux diei.* Legeſis Lactan. lib. 3. cap.26. Cyprian. Serm.1. de Eleemoſyna, & Serm.3. de Bono patientiæ. Quidam apud Braſſicanum in Commentar. Grammatic. de conſtruct. *Diem, aquam, Solem, Lunam, noctem, hac argento non emo.*

v. 2. *Luna etiam feras*] *Nox* enim aſſignata eſt feris, quæ è latibulis ſuis ad venandum prodeant, victumq; ſibi comparent: *Dies* verò homini diſtinctus eſt, ad actiones ſuas obeundas. Bochius ad Pſal.103. v.20.

ibi. *Ducit ad Pabulum*] Euphormio Satyr. *Natura vbique Pabulum feris poſuit.* Vide Pſal.103. & ibi Ioan. Mercerum in Commentar.

Pag.31. v.2. *Nos antrum Cyclopis intraſſe*] Lipſius Satyr. Menipp. *Periimus: in Cyclopis antrum deuenimus. quæ Pallas eripiet nos è media morte?*

v.6. *In vltimis eſſe*] Timotheus Epiſcopus, ſiue Saluianus li.1. ad Eccleſ. Catholic. *In extremis ſitus.* Et alibi, *in vltimis eſſe.*

Pag.32. v.9. *Mutemus colores*] *Mutare colores* de re, quæ vnum tantum colorem habebat. Vopiſcus in Probo: *Vt eius prætexta colores mutaret.* Ibi Salmaſius in Not. p.442.

v.10. *A capillis vſq; ad vngues*] Prouerbialis forma loquendi. Nonnus Dionyſiac.48. p.1266. ἐκ ποδὸς ἄχρι καρήνου. Vide Zehner. cent.4. adag.16.

v.12. *Circumcide nos, vt Iudæi videamur*] Vide Ioan. Buxtorfium in Synagog. Iudaic. lib.1. cap.2.

v.20. *Crines calamiſtro conuertere*] *Calamiſtrum*, hinc dictum, vt inquit Varro lib. 4. de Ling. Lat. *quòd eo calefacto in cinere capillus ornatur.* aut, vt ſcribit Seruius, *acus eſt maior, qua calefacta & fronti adhibita torquet capillos.*

Hinc *calamistrata coma* Ciceroni pro Sexto. *Calamistratus saltator* eidem in Orat. post reditum. *Calamistratus puer*. D. Hieronymo ad Demetriad. & Apuleio lib. 2. Metamorph. Qui autem huiusce rei erant opifices, *cinerarii* dicti Varroni, & Catullo Epigr. 56. & *ciniflones* Plauto Aulular. Horat. 1. Serm. Satir. 2. Tiraquell. Connub. 3. p. 49. Siberus in Gemma p. 213. *Calamistrum*, καλαμὶς, ein Eysen damit man das Haar krause macht. *Calamistro comam crispare*, vibrare, in gradus frangere, Krauß Haar machen. Basilius Faber in Thesauro erudit. Scholastic.

v. 22. *Color arte compositus*] Econtrà Propertius lib. 2. eleg. 18.

Vt natura dedit, sic omnis recta figura est.
Turpis Romano Belgicus ore color.

Confer eundem lib. 1. eleg. 2. Cui ἐμόψηφος Nazianzenus aduersus fucatas mulieres: κάλλος ἐμοὶ μοῦνον, ὅ δῶκε φύσις. Vide Pollucem lib. 5. cap. 16.

v. 35. *Stomachum nausea grauem*] *Nausea*, ναυτία, ναυτίασις, inanis vomendi conatus, quem ferè sentiunt nauigantes in salsa aqua. Galenus lib. 3. περὶ αἰτιῶν συμπτωμάτων. Auicenna lib. 3. fen. 13. tract. 5. c. 8. Erotianus in Lexi. Hippocrat. Vide Martinium in Lexic. philologic.

Pag. 33. v. 10. *Somnia*] Basilius Magnus Homil. in Martyrem Iulittam p. 148. πεφύκασι γὰρ πως αἱ καθ' ὕπνον φαντασίαι ὡς τὰ πολλὰ, ἀπηχήματα εἶναι τῶν μεθημερινῶν φροντίδων. ὁποῖα γὰρ ἂν ᾖ τὰ κατὰ τὸν βίον ἡμῶν ἐπιτηδεύματα, τοιαῦτα ἀνάγκη εἶναι καὶ τὰ ἐνύπνια. Videatur Putean. in Como p. 14. & seq. Zehner. Cent. 3. adag. 22.

v. 12. *Prostrata sopore*] Virgil. Culice v. 113.

Concipit hic mitem, proiectus membra, soporem.

v. 14. *Quicquid luce fuit, tenebris agit*] Nonnus lib. 42. p. 1096.

——ὄναρ δέ οἱ ἔπλετο κούρη
εἵματι νυμφιδίῳ πεπυκασμένη· ἀντίτυπον γὰρ
ἔργον, ὅπερ τελέει τις ἐν ἤματι, νυκτὶ δοκεύει.
βουκόλος ὑπνώων κεραοὺς βόας εἰς νομὸν ἕλκει,
δίκτυα θηρευτῆρι φαείνεται ὄψις ὀνείρου.
γειοπόνοι δ' εὕδοντες ἀροτρεύουσιν ἀρούρας.
Αὔλακα δὲ σπείρουσι φερέσταχυν &c.

v. 14. *Oppida bello qui quatit*] Virgil. lib. 9. Æneid.

Aut rastris terram domat, aut quatit oppida bello.

Valer. Flaccus Argonautic. lib. 2. v. 122.

——*Quatit oppida linguis.*

v. 24. *Aut canis in somnis*] Gilbertus Cognatus Cent. 13. adag. 1239.

v. 31. *Neq; capillos*] τὸ ξυρᾶσθαι naufragorum vltimum votum. Artemidor. lib. 1. Onirocrit. c. 25. Quem morem iampridem obseruauerat Brodæus ad illud Lucillianum lib. 6. Antholog.

σωθεὶς ἐκ πελάγους Λουκίλλιος, ὧδε κέκαρμαι
τὰς τρίχας ἐκ κεφαλῆς. ἄλλο γὰρ οὐδὲν ἔχω.

Rigaltius ad Artemidor. p. 9.

Pag. 35. v. 15. *Seruicia*] Serui. Aſinius Pollio ad Cicer. lib. 10. Famil. epiſt. 33. *Se non modò nationes, ſed etiam ſeruitia concitaturum.* Euphormio Apolog. p. 29. *Exhauſtis ciuibus ſeruitia ad ſacramentum vocabunt.* Gruterus apud Taubman. in Plaut. Caſin. prolog. in fin.

v. 18. *Vultum qui permutat*] *Vultus, voluntas eſt, qui pro animi motu in facie oſtenditur*, iuxta Nonium, Nicol. Perottum Sipuntin. in Cornucop. Iunianum Maium de Priſcor. propriet. verbor. Qui vultu ſuo ſciunt alienos exprimere affectus, tales ſunt verſutiſſimi. Aut, vultum fingere, ſcelerati hominis eſt. Terent. *Vultus quoq; hominum fingit ſcelus.* Scholiaſtes Iuuenal. Satyr. 3.

v. 26. *Qui amicos*] Cicer in Verrem: *Eum, qui palam eſt aduerſarius, facile cauendo vitare poſſis: hoc verò occultum, inteſtinum ac domeſticum malum, non modò non exiſtit, verùm etiam opprimit, antequam perſpicere atq; explorare poſſis.* Itaque Hipparchus apud Platonem in Hipparcho:

Μνῆμα τόδ' Ἱππάρχου. μὴ φίλον ἐξαπάτα.

Vide Ioan. Bochium ad Pſal. 54.

ibid. *Paullo minus quàm*] *Paullo minus*, ὀλίγου δεῖν. Sueton. lib. 6. *Talem principem paullo minus XIV. annos perpeſſus terrarum orbis.* Caſaubon. ad Sueton. p. 212.

v. vlt. *Pharmace*] Cœl. Rhodigin. lib. 6. Antiq. lect. cap. 12. Hen. Stephanus in Theſaur. Græc. ling. in φαρμακός.

Pag. 36. v. 9. *Solatia magis litis, quam virium auxilia*] Non abſimiliter Auguſtinus lib. 1. de Ciuit. Dei cap. 12. *Curatio funebris, conditio ſepulturæ, & pompa exſequiarum, magis ſunt viuorum ſolatia, quàm mortuorum ſubſidia.*

v. 10. *Intentans in oculos manus*] Suprà p. 4 v. 18. *Intentaui in oculos Aſcylti manus.* Et pag. 27. v. 28. *Alius veru extis ſtridentibus plenum in oculos eius intentat.*

Pag. 37. v. 19. *Exſonat cantibus nauigium*] Euphormio Satir. p. 211. *Vt circumſtantis ſiluæ confraga tumultu formidabili exſonarent.*

v. 22. *Quas tectis arundinibus tetigit*] Vide Eraſmum in Prouerb. *Arundo alas verberat.*

v. 23. *Illa viſcatis illigatæ viminibus*] Vide Notas noſtras ad Val. Flaccum lib. 6. v. 263. & Baſil. Fabrum Soranum in Theſaur. erudit. Scholaſtic. Longus Sophiſta lib. 3. Poemenic. καὶ τὸν ἰξὸν ῥάβδοις μακραῖς ἐπήλειψε, *viſcum virgis longis illeuit.* Porro imitatus hunc eſt locum Euphormio

part. 2. p. 129. *Et adolescentium volucrum inexperta libertas vix satis limina delibat, vnde ægrè parentes viscatis alarum orbibus fugerunt.*

v.30. *Quod solum forma decus est*] Ouid. 3. de Arte v. 249.

Turpe pecus mutilum, turpis sine gramine campus,
Et sine fronde frutex, & sine crine caput.

Pag. 38. v. 1. *Horti tubere*] *Tuber*, genus fungorum: de quibus Ioh. Bapt. Porta lib. 10. Villæ cap. 70. Hadrian. Iunius in Nomenclat. & Zehnerus in Nomenclat. lib. 4. cap. 11. *Tuber terræ*, aliud est, Græcis κυκλάμινος: de quo Porta ibid. lib. 9. cap. 17.

v. 6. *Corimbio*] *Crobyle*, κρωβύλη, retiolum, quo coma contegitur. Quin & κρώβυλος dicitur aureus argenteusque corymbus, ex capillis dependens, πλέγμα τριχῶν εἰς ὀξὺ λῆγον. Quod in viris κρώβυλος, in mulieribus κόρυμβος, in pueris σκόρπιος dicebatur, &c. Tiraquell. Connub. 3. p. 52.

v. 23. *Matrona quadam Ephesi*] Tiraquell. Connubial. 9. §. 131. Saresberiensis lib. 8. Policrat. cap. 11.

v. 28. *Ac flere*] Omnibus mos, funera fletu prosequi. Homer. Odyss. δ.

τοῦτό νύ που γέρας ἐστὶν ὀϊζυροῖσι βροτοῖσι,
κείρεσθαί τε κόμην, βαλέειν τ' ἀπὸ δάκρυ παρειῶν.

Vide me in Comment. Terent. p. 32. Meurs. ad Lycophron. p. 198.

v. 33. *Lachrymas commendabat lugenti*] Euphormio part. 2. p. 199. *Ex altera parte famulorum eiulatus, deplorantium felicissimi vasculi ruinam, totam cellam impleuerat, commendabantq; gemitus & ipsi vix ad plorandum fortes.*

v. 35. *Fabula erat*] Horat. lib. 1. Epist. 13. *Et fabula fias.* Epod. 11. —*Per vrbem fabula quanta fui.* Tibull. lib. 2. eleg. 5. *Fabula nunc illi est.* Et lib. 1. eleg. 4.

Parce puer, quæso, ne turpis fabula fiam.

Terent. Hecyr. *Iam nos fabula sumus senex atq; anus.* Non dissimile est illud Propertii lib. 1.

Quàm citò de tanto nomine rumor erit?

Pag. 39. v. 3. *Vitio gentis humanæ*] Euphormio Apolog. p. 436. *Sed & humanæ naturæ vitio, maligna gaudia criminationem viuentium insinuant.*

v. 7. *Faciem vnguibus sectam*] Infra p. 63. v. 17. *Consecuitque genas.* Oppianus 4. Halieutic. v. 259. vocat hoc δρύπτεσθαι. Lex tamen XII. Tabular. prohibuit, *ne mulieres genas raderent.* Rittershus. in Oppian. p. 297. Crispinus Annotation. ad Leg. XII. Tabb. part. 1. n. 9. Rosinus lib. 8. Antiquit. Roman. cap. 6. ad Leg. XII. Tabb. 5.

v. 9. *In*

v. 9. *In dolore ſuperuacuo, & nihil profuturo gemitu*] Oppian. ibid. τῷ πολλοὶ μάτλω πϱεμοχθήσκσι. vbi vide Trabeæ & Accii verſus, quos doctiſſi. Rittershuſius adducit; & adde Commentar. noſtrum in Terent. pag. 499.

v. 10. *Omnium eundem exitum eſſe*] *Mortem* omnibus communem eſſe. Horat. 2. carm. 18.

—— Æqua tellus
Pauperi recluditur
Regumque pueris.

Vide eundem 1. carm. 4. & 28. & 2. carm. 3. & 14. & 3. carm. 1. Pindar. Nem. 5. ἀφνεὸς πενιχϱός τε θανάτȣ παϱὰ σῶμα νεόνται. Vide Bochium ad Pſalm. 48.

v. 11. *Sed & idem domicilium*] Sepulcrum, puto, *domicilium* nuncupat: quemadmodum *domus æterna* in aliquot Inſcriptionibus. Ioh. Kirchmannus de Funer. Rom. lib. 3. cap. 10. Radolph. Fornerius lib. 3. Rer. quotidian. cap. 6.

v. 12. *Exulceratæ mentes*] Cicero pro Deiotaro *exulceratum* dixit *animum: Fore putabant vt in exulcerato animo facile fictum crimen inſideret.* Manutius Comment ad Cic. Famil. lib. 1. epiſt.

v. 17. *Refecta*] Supra p. 18. v. 27. *Largioribus cibis excito vires.*

v. 18. *Si ſoluta inedia fueris*] Paullò antè p. 58. v. 29. *Ac mortem inedia perſequentem.* Infra v. 25. *Mulier aliquot dierum abſtinentia ſicca.*

v. 22. *Vis tu reuiuiſcere, reluctantibus fatis, extinctum*] Hinc Theocritus Idyll. 12. v. 19. Ἀχέϱοντα nuncupat ἀνέξοδον, quemadmodum ſummus Poetarum Latinorum *vndam inferorum irremeabilem.* Oppian. 4. Halieutic. v. 392. ἀνέκβατον ἄιδος οὐδὸν & 3. Halieut. v. 397. ἄιδος ἕϱκος ἄφυκτον. Cointus Smyrn. lib. 3. v. 15. ἀνόστιμον ἀϊδονῆα. Plaut. Pœnal. *Quo die Orcus ab Acheronte mortuos remiſerit.* Seneca Hercul. fur. v. 860.

Nemo ad id ſero venit, vnde numquam,
Cum ſemel venit, potuit reuerti.

Et Hercul. Oeteo v. 1550.

Vadis ad Lethen Stygiumque littus,
Vnde te nulla referent carinæ.

Ibidem v. 1525.

Dic, ad æternos properare manes
Herculem, & regnum Canis inquieti,
Vnde non vmquam remeauit vllus.

v. 25. *Abſti-*

v. 25. *Abstinentia*] Vide Andr. Schottum in Not. ad Viros illustres p. 188. ad pag. XCIII. col. 2.

v. 36. *Nuptias fecerunt*] Suprà p. 10. v. 29. *Nuptias fecerunt*. Vsurpatur hæc formula duobus modis: cùm de ipsa pompa & solemnitate nuptiali, quæ palam fit; tùm de συνεσία, cum noua nupta nouusque maritus in cætum conueniunt, vt cum Ausonio in Periochis Homericis loquar. D. Rittershusius ad Epistol. Plinii p. 436. Vide quæ suprà adduxi ad d. pag. 10. v. vlt. *Officium nuptiale*.

v. 37. *Conditorii*] Basil. Faber in Thesaur. erudit. Scholastic. *Conditorium, sepulchrum*. Quid autem appellat Suetonius *conditorium*? an quam Strabo lib. vlt. πύελον? Ea erat arca olim ex auro, postea è vitro. Sic ait Plin. lib. 35. *Defunctos multos fictilibus doliis condi voluisse*. Inde *conditorium*, θήκη, λάρναξ. An potius, quam Strabo περίβολον vocat, intelligit? Locus fuit vrbe media, sepulturæ Regum destinatus, quem vocari ait Strabo σῆμα. Didymus in prouerbio Ὄνος ὁ σφάκτης: ἐν μέσῃ τῇ πόλει μνῆμα οἱ οἰκοδαμήσας, ὃ νῦν Σῆμα καλεῖται. πάντας ἐκεῖ τοὺς προπάτορας σὺν αὐτῇ κατέθετο, καὶ Ἀλέξανδρον τὸν Μακέδονα. Petron. hoc loco. Seneca *conditorium* pro eo dicit Epist. 62. & epist. 84. Plinius vterque *conditorium*. Ammianus lib. 18. *Conditorium muralium tormentorum*, pro ὁπλοθήκη. Casaubon. ad Sueton. p. 82.

Pag. 40. v. 10. *Nec istud Dii sinant*] Euphormio part. 2. p. 172. *Nec Dii siuerint, inquit, vt tam oportuna felicitate non vtaris*. Plaut. dixit, *Dii prohibessint*. Infrà pag. 54. v. 7. *Nec hoc Dii sinant*.

v. 25. *Obliquis*] Eum dicunt se non posse ὀρθοῖς ὄμμασιν ὁρᾶν, quem exosum & inuisum habent. Homerus:

Τὸν δ' ἄρ' ὑπόδρα ἰδὼν προσέφη πόδας ὠκὺς Ἀχιλλεύς.

Dionysius Halicarnass. lib. 11. Antiquit. Rom. οὐκέτι γὰρ αὐτὸν ὀρθοῖς ὄμμασι δυνάμενοι ὁρᾶν, ἀνάξιον γεγονότα τῶν προγόνων &c. Heraldus 2. Aduersar. 4. Vide quæ notaui ad Musæum v. 100.

ibid. *Trucibusq; oculis*] ὀφθαλμοῖς παραχῶσι. Iul. Pollux lib. 2. cap. 4. n. 10. Ouidio 6. Metamorph. v. 623. est *tueri oculis immitibus*.

v. 34. *Coëuntis gratiæ*] Horat. lib. 1. epist. 3.

——An male sarta
Gratia, nequicquam coit, & rescinditur?——

ibid. *Cicatricem rescinderet*] Ita Virgil. 3. Georg. *—Ferro rescindere summum Vlceris os*. Ouid. 4. Trist. 4. *Retractando coeuntia rumpere vulnera*, dixit. Et 3. Trist. 11.

——Rescindere crimina noli,
Deque graui duras vulnere tolle manus.

Cicero

Cicero verbo *refricare* ſic vtitur de Leg. Agrar. *Ne aut refricare obductam iam Reipubl. cicatricem viderer.* Lib.5. epiſt.17. *Ne refricem meis literis deſiderium ac dolorem tuum.* Pro Flacco: *Quò cum veniſſet Lælius ad iratos, & illud Caſtricianum vulnus dicendo refricuiſſet.* Ad Attic. lib.12. epiſt. 19. *Quæ res forſitan ſit refricatura vulnus meum.*

v.35. *Inundauere pectus lacrymæ*] Saresberienſ.lib.7. Policrat.c.21. *Artificioſis & obſequentibus lacrymis ſubitò inundantur.* Euphormio Satyr. p.7. *Seu queſtuum meorum veluti prærupto obice laſſaſſet tranſeuntes, ſeu lacrymarum torrentibus inundetur.*

ibid. *Gemitus ſuſpirio tectus*] Ouid.5. Triſt.1. *Strangulat incluſus dolor.*

Pag.41.v.5. *Iurat verbis conceptiſſimis*] Euphormio part.2. p.69. *Caſina conceptiſſimis iurauit verbis, nihil ſe vmquam contra præſcriptarum legum ſanctitatem auſuram.*

v.7. *Inhorruit mare*] Confer Achillem Tacitum lib. 3. initio de Clitophon. & Leucipp. amorib. Euphormionem Satyr. part. 2. p.187.

v.8. *Diſcurrunt nautæ*] Valer. Flaccus Argonaut.lib.1.v.312.

Diſcurrunt tranſtris; hi celſo cornua malo
Expediunt; alii tonſas in marmore ſummo
Præſentant; Prora funem legit Argus ab alta.

Vide Ouid.lib.11. Metamorphoſ.v.483.

v.10. *Nec quò deſtinaret curſum, gubernator ſciebat*] Ouid.1. Triſt.2.

Rector in incerto eſt, nec quid fugiat vè petat vè
Inuenit, ambiguis ars ſtupet ipſa malis.

Et Metamorphoſ. lib.11.v.493.

v.31. *Humanitate*] Pet. Faber lib.2. ſemeſtr. cap.1.p.12.

ibid. *Lapidabit*] Solebant tumulos lapidibus ſternere. Hieronymus epiſt.quadam ad Innocen. *Linteo cadauer obuoluunt, & foſſam humum lapidibus conſtruentes ex more tumulum parant.* Petron. hoc *lapidare* dixit Virgil.

Monte ſub hoc lapidum tegitur Balliſta ſepultus.

Meurſ. ad Lycophron. p.356.

Pag. 42. v. 5. *In vicinia mortis*] ἐν προθύροις θανάτοιο, vt loquitur Oppian. 5. Halieutic.v.289.

v.7. *Laborat carmen in fine*] Douſa Satira 6. p. 380.

Ordine diſtingui rerum volo tempora: nec cum
Petroni Eumolpo, pinum iactantibus vndis,
Iuſſaque fatorum Borea peragente, ratisque
Relliquias omnes rapida expugnante procella,
Quærere cum fruſtrà effugium, memoremque ſalutis

Quemque sua prensare foros, truncasque carinæ
Amplecti tabulas, monet hora, poemata pangi
Et curare, ipso carmen ne in fine laboret.

v. 11. *Tristissimam exegimus noctem*] Euphorm. part. 2. p. 56. *Suspensam maximè noctem, inter varias cogitationes exegi.* Et p. 171. *Pingui obrutus somno pacatissimam exigo noctem.*

v. 18. *Magnarum cogitationum*] Euphormio part. 2. p. 52. *Illic magnarum cogitationum portam iratis æstibus ventisque fortuna subduxit.*

v. 25. *Ite nunc mortales*] Putean. in Philotesiis, thyrs. 81. *Ite turgidi, & magnis cogitationibus cœlum terramque miscete, cras morituri. Nos, dum viuimus, viuamus, sed ad recti honestique normam.*

v. 26. *Magnis cogitationibus pectora implete*] Euphormio Satyr. p. 77. *Animum imbuere vastis cogitationibus.*

v. 27. *Opes disponite*] Euphorm. part. 2. p. 117. *Quid aliud, quàm disponimus opes, & auaris cogitationibus ad spem prodigendi seruamus?*

v. 29. *Dii Deaq.*] Frequens hæc formula apud Paganos scriptores, de qua adeundus Ludouic. Dorleans in Cogitation. ad Tacit. Annal. lib. 4. p. 476. col. 2. Euphorm. part. 2. p. 31. *Dii Deaque! quam non opes ciuitatis, sed natura diuitias & plusquam Apollinis miraculum vidi.* Ibid. p. 57. *Dii Deaque, quàm subita mutatio ne me quidem mihi reliquit.*

v. 30. *Maria hanc fidem præstant*] Adi Rittershusii Notas in Oppian. lib. 5. Halieutic. v. 336.

v. 32. *Ille vehiculo lapsus properantem spirit. excuss.*] Non dissimile est, quod Fulconi Regi Hierosolymitano obtigit. Is leporem fortè insectatus, subita equi ruina præcipitatus terræ caput adflixit, cerebroque per nares auresque erumpenti in Reginæ oculis expirauit. Guilhelm Tyrius in Chronic. Hierosolymit. Crusius in Annal. Sueuor. A. C. 1142. Horat. Tursellinus in Epitom. Histor. lib. 8. p 358. Sethus Caluisius in Chronol. anno 1141. Mich. Saxo in Chron. Cæsar. part. 2. p. 247. Similiter Maria Imperatrix, Maximiliani I. coniux, casu equi inter venandum præcipitata vitam mortalem amisit: Cuspinian. de Cæsarib. in Maximiliano Primo, Iacob Menlius in Genealog. Austriac. & plerique omnes Chronographi. Ita Sigismundus Georgius Seldius, Caroli V. & Ferdinandi I. Vicecancellarius, dum ex prædio Viennā rediret, cisio, in quo cum Ioh. Vlricò Zasio vehebatur, tum forte Psalmis legendis intentus, inter eundum excussus, & capite ad saxum illiso letaliter vulneratus, tristi fato extinctus est, anno 1565. Iacob. August. Thuanus Histo. lib. 36. Bucholcerus in Indice Chronologic. p. 613.

v. 33. *Cibus*

v.33. *Cibus auidum strangulauit*] Lipsius 2. de Constant. 19. Pet. Crinitus de Honest. discipl. lib. 2. cap. 6. Sic Attila Hunorum Rex ex ingluuie suffocatus interiit; Wolffg. Lazius de Migration. gent. lib. 11. p. 603. Iornandes in Chron. Gothor. Ant. Bonfinius in Rer Vngaric. decad. Nicol. Olahus in Athila, Seth. Caluisius in Chronolog. anno Christi 453. in fin. Cyriac. Spangenberg. in Chronic. Saxon. anno 454.

ibi. *Si bene calculum ponas*] Plinius li. 2. epist. 19. *Examina tecum, omnesque, quos ego noui, in vtraque parte calculos pone, idque elige, in quo vicerit ratio.* Saresberiensis lib. 8. Policrat. c. 6. *Qui singulis noctibus cum seruis suis calculum ponunt, & quod effuderunt vsu vel obtusu diurno, quasi nocturnis lachrymis deflent.* Euphor. Satyr. p. 26. *Et si bene rationem ponis, virtutis iam opus agunt nummi.*

v. 34. *Vbique naufragium est*] Eleganter hæc admodum explicantur & illustrantur à Ioh. Barclaio parte altera Argenidis lib. 3. c. 4. pag. 164.

v. 35. *Periturum corpus quæ ratio consumat*] M. Minutius in Octauio p. 24. Prudentius in Romano v. 48. Seneca de Remed. fortuit. *Quid interest, ignis me an fera consumat, an tellus omnium sepultura.* Franc. Petrarcha de Remed. vtriusque fortun.

Pag. 43. v. 14. *Mi hospites*] Ita Saluian. epist. 1. *Quæso mi dilectissimi.* Ibid. *Mi dulcissimi ac dilectissimi mei.* Epist 7. *Mi domini venerabiles.*

Pag. 44. v. 15. *Sedeat ad rationes*] Saresberiensis lib. 8. Policrat. c. 6. *Nihil molestius est, quàm si triclinii præsul in conuiuio sedere videatur ad calculum.*

v. 24. *Operas locaui*] Plinius epist. *Quibus operas suas locauerat.* Paulus in Sentent. lib. 5. tit. 1. §. 1. *Opera tamen eorum locari possunt.* Anianus ibid.

v. 27. *Strepitu obscœno simul atque odore viam implebat*] Rigaltii Funus Parasitic. p. 25. *Sanè quum ille propius ad nos accessisset, deprehendi strepitu obscœno simul atque odore viam implentem, & si minus ore eloquentem, at certè inferiore gutture valde loquentem.* Saresbériens. lib. 1. cap. 5. *Quandò tumultuantes inferius crebro sonitu aerem fœdant, & turpiter inclusum turpius produnt.*

v. 32. *Vt quisque versum pedibus instruxit*] Lambin. ad Horat. lib. 1. Satyr. 4. p. 58.

Pag. 45. v. *Aut non viderunt viam*] Arnold. Clapmarius in Nobili trien. p. 29. *Nunc verò cum vix Poetarum vnum atque alterum legerint, neque viam viderunt scribendorum carminum, nedum visam calcarint, ecquid ab iis, quod sani sit saporis, vel naturali pulcritudine expurgat, sperandum est?*

v. 8. *Plenus literis*] Puteanus Fercul. secund. epist. 3. *Tam amænum, tam literis plenum!*

v. 12. *Furentis animi vaticinatio*] Meursius ad Lycophron. p. 103.

v. 15. *Vltimam manum*] Perfectionem rei & consummationem, nominant *manum summam* vel *vltimam*. Ouid. 13. Metamorph. v. 404.

Imposita est serò tandem manus vltima bello.

Et lib. 8. v. 200.

Postquam manus vltima capto
Imposita est.——

v. 17. *Orbem iam totum*] Lipsius de Magnitud. Romana lib. 1. cap. 3. Scribanius de Magnitud. Romanæ Ecclesf. lib. 1. cap.

v. 18. *Grauidis freta pulsa carinis*] Philipp. Rubenius lib. 2. Elector. cap. 10. *grauidas carinas* haud satis probat; & putat germanum esse, *Graiis freta pulsa carinis*. nempe, inquit, Pontus, & loca, per quæ Iason cum suis ad aureum vellus profectus est.

v. 21. *Non vulgo nota placebant*] P. Rouerius in Not. ad Panegyric. p. 148. *Non delectant aliquos, nisi magno emta; & quamuis suauiora fastidiunt, quia exposita. Romanorum hic morbus ante ciuile bellum ab Eumolpo pro Arbitro descriptus*, &c.

v. 25. *Numidæ crustas*] Gloss. παγετοῦ κλάσματα, *crusta*. Item: κλάσμα παγετοῦ, *crusta*, Eysschولpen. Basil. Faber in Thesaur. erud. Scholastic. verb. *Crusta*. Ammianus lib. 15. *Humus crustata frigoribus*. Et lib. 17. *Et crustis pruinarum*. Cl. Rutilius lib. 1. Itinerar.

Et grauis æstiuo crusta colore coit.

Lindenbrog. in Not. ad Ammian. Onomastic. *Crusta*, πλάξ ἔσφανον. Seruius differentiam facit inter *crustam* & *crustum*, vt *crusta* sit eorum, quæ non comeduntur, vt *crusta marmor*. *Crustum* verò eorum, quæ comeduntur. Scholiast. Iuuenal. ad Satyr. 9. Statius 1. Siluar. Baln. Etrusc.

Sola nitet flauis Nomadum decisa metallis
Purpura.——

Et lib. 2. Siluar.

Hic Nomadum decisa lucent flauentia saxa.

Vide Indicem nostrum in Dracontium in *crusta*, Freherum in Auson. Mosell. v. 48.

v. 26. *Vellera Seres*] Vide Notas nostras ad Dracontium & Indicem, Basil. Fabrum in Thesaur. erudit. Scholastic. verb. *Seres*.

v. vlt. *Quærit se natura*] Saresberiensis lib. 8. Policratic. cap. 15.

Pag. 46. v. 1. *Fractique enerui corpore gressus*] Seneca lib. 7. Quæstion. natural. *Quicquid est boni moris, extinguimus leuitate, & politura corporum. Muliebres munditias antecessimus, colores meretricios matronis quidem non induendos*

dos viri sumimus. Tenero & molli ingressu suspendimus gradum: non ambulamus, sed incedimus. Scalig. ad Manil. p. 401.

v. 2. *Tot noua nomina vestis*] Adi sis Ioh. Frideric. Mathenesium in lib. de Luxu & abusu vestium.

v. 4. *Citrea mensa*] Cuiacius lib. 10. Obseruation. cap. 13.

v. 9. *Ingeniosa gula est*] Lipsius de Magnitud. Roman. lib. 4. cap. 7. Saresberiensis lib. 8. Policratic. cap. 15. Gilbertus Cognatus Cent. 9. adag. 859.

v. 13. *Mutoque in littore*] Sic Lycophron. κῦμα κωφὸν dixit. Meurs. ad Lycophron. p. 346.

v. 16. *Ad prædam strepitumque lucri*] Saresberiensis ibidem.

Pag. 47. v. 19. *Cui nulla placet nimium secura potestas*] Sors autem *vbi pessima rerum est,*

Sub pedibus timor est, securaque summa malorum:

vt ait Ouid. 14. Metamorphos. v. 489.

v. 20. *Quæ noua semper amas, & mox possessa*] Ouid. 5. Trist. 9. Hinc Euripid. Alcest. ait: τὸ τῆς τύχης ἀφανὲς οὐκ εἶναι διδακτὸν, οὐδ' ἁλίσκεσθαι τέχνῃ. Quare Hecuba apud eundem:

οὐ τοὺς κρατοῦντας χρὴ κρατεῖν, ἃ μὴ χρεὼν
οὐδ' εὐτυχοῦντας, εὖ δοκεῖν πράξειν ἀεί.
κἀγὼ γὰρ ἦν ποτ', ἀλλ' ἄρ' οὐκ εἰμ' ἔτι.
τὸν πάντα δ' ὄλβον ἦμαρ ἕν μ' ἀφείλετο.

Confer P. Rouerium in Not. ad Panegyr. pag. 98.

v. 38. *Extulit in lucem nutritas sanguine fruges*] Plutarch. in Quæstion. Græcor. locum quendam in Samo πάναιμα dictum scribit, à copia sanguinis profluentis ex cæsis ibi Amazonibus. Psalm. 67. v. 24. *Intinguatur pes tuus in sanguine.* Ioan. Bochius ad Psalm. 57.

Pag. 48. v. 17. *Nauita Porthmeus*] Id est Charon, qui portitor apud inferos est. Virgil. lib. 6. Æneid. *Portitor ille Charon. Porthmos* enim significat fretum: & *porthmis, idis,* nauiculam: & *porthmeus* transfretatorem, id est qui homines nauigio traducit. Scholiastes Iuuenal. ad Satyr. 3. p. 31. b. Ioan. Tortellius de Orthograph. diction. ex Græcis ductar. Basil. Faber in Thesaur. erud. Scholastic. verbb. *Portitor,* & *Porthmeus,* Taubman. ad Plaut. Asinar. act. 1. sc. 3. De eo Virgil. 6. Æneid. & Seneca Hercul. fur. v. 763. Tibullo est —*Stygiæ nauita turpis aquæ.* Ouidius seu Pedo Albinouanus ad Liuiam de morte Drusi:

Fata manent omnes, omnes expectat auarus
Portitor, & turba vix satis vna ratis.

dd 3 Pag.

Pag. 49. v. 2. *Sanguineo recens descendit Iuppiter imbre*] Imitatio Virgilii in Melibæo:

Iuppiter & læto descendet plurimus imbri.

Lambinus ad Horat. Epod. 13.

v. 6. *Alpibus aëriis*] Isidor. lib. 14. Origin. cap. 8. *Alpes propriè montes sunt Galliæ; de quibus Virgilius, Aerias alpes. Et dicendo, aerias, verbum expressit verbo. nam Gallorum lingua alpes montes albi vocantur.* Iunius Philargyrius in Virgil. 3. Georg. *Gallorum autem lingua albi montes, alpes vocantur.* Wolffgang. Hungerus in Vindicat. linguæ Germanic. contra exteros, Isacius Pontanus in Itinerar. Galliæ Narbonens. in Glossar. Francisc. Guillimannus in Antiquitat. Heluetior. Glossæ veteres: *Alpes,* ὄρη ὑψηλά. Et ὄρη Γαλλιῶν, *alpes, singulare non habet.* Contrà singulare habere, docet Priscia. lib. 7. & ego sexcentis ostenderim exemplis. Claudian. Panegyric.

—Frondosa fertur ab alpe. Lucan. lib. 13.

Agmine nubiferam capto supereuolat alpem.

Ouid. 3. de Arte amand. v. 150.

Nec apes Hyblæ, nec quot in alpe feræ.

Apud Guntherum aliquoties ita legitur, necnon Sidonium Apollinarem, notante Sauarone ad lib. 5. epist. 16. ad Carm. 9. v. 45. & Carm. 22. v. 116. Quibus in locis *alpis* pro monte quouis alto ponitur. Quò alludere videtur Venantius Fortunatus de Gregorio Turonensi scribens:

Alpibus Aruernis veniens mons altior ipsis.

Et Petrus Pictauiensis in Panegyr. ad Petrum Aruernum Venerabilem, de S. Ambrosio Mediolanensi:

Alpibus Ambrosius celsior Italicis.

Alpibus aeriis Petronius dixit, vt Sidonius d. carm. 22. v. 64.

Iamque iter ad Thebas per magnum victor agebat
Aera, & ad summas erexerat orgia nubes.

Et v. 115. *Æthera mons rumpens, alta spectabilis arce.* Nec aliter etiam posterioris ætatis Poëtæ, Petrarcha, Iouianus, Pontanus, Poggius, Philelphus, Sannazarius, Celtes Protucius, Bartholinus, & alii loquuntur. Porrò de iisdem *Alpibus* Herodianus lib. 8. videndus.

v. 28. *Quorum est mea Roma nouerca*] Id sumtum est à Scipionis voce libera, qui in media concione: *Taceant*, inquit, *quibus Italia nouerca est.* quasi diceret, libertinos aut exteros, & nec sanguine Romanos esse. Rubenius 2. Elector. 10.

v. 36. *Sumite bellum*] Salluft. Iugurth. cap. 83. *Omne bellum sumi facile, cæterùm ægerrimè desinere.*

Pag.

Pag. 52. v. 2. *Lacera Concordia palla*] Vide Not. noſtras ad Hora. 7. Epod.

v. 7. *Furor*] Gyraldus Hiſt. Deor. Syntagm. 6. p. 205.

v. 20. *Sciſſo Diſcordia crine*] Idem Gyrald. ibid. Syntag. 1. p. 32.

v. 26. *Sanguineam tremula quatiebat lampada*] Videtur alludere ad priſcum illum vetuſtæ militiæ morem. nam ante inuentum tubæ vſum incenſis facibus acies inſtructas præibant, quibus vtrinque coniectis manus conſerebant. Statius 4. Thebaid.

Prima manu rutilam de vertice Lariſſæ
Oſtendit Bellona facem.——

Claudianus lib. 1. de Raptu Proſerp.

Tiſiphone quatiens infauſto lumine pinum
Armatos ad caſtra mouet pallentia manes.

Meurſ. ad Lycophron. p. 322.

Pag. 53. v. 9. *Heredipetarum*] De horum aucupiis adi Muſarum lumen Piccartum mellitiſſimum Obſeruat. hiſtoric. politic. dec. 12. cap. 3.

v. 19. *Saginatum corpus*] Euphormio part. 2. p. 16. *Dum in hac felicitate ſaginor.* Et Apol. p. 63. *Fortuna beneficiis ſaginatus, capta & ebria mente deſauit.*

v. 27. *Quicquid meruerunt, ſemper exſpectant*] Parum hoc: addendum erat, *ſemper patiuntur.*

——*Nec vulnera membris*
Vlla ferunt, mens eſt, quæ diros ſentiat ictus;

ſecundum Ouidium lib. 4. Metamorph. Gruterus 2. part. Diſcurſ. in Tacit. p. 79. Conſcientiæ flagello ſemper punitur, qui deliquit. Vnde & Virgil. *curas* appellauit *vltrices*, id eſt conſcientias ipſas, quæ puniunt ſemper nocentes. Plautus in Moſtellar. *Nihil eſt miſerius, quàm animus hominis conſcius.* Nam vt ſcribit Apuleius; *Etſi à cæteris ſilentium, tamen ipſe ſibimet conſcius eſt, poſſe ſe merito increpari.* Scholiaſt. Iuuenal. ad Sat. 13. *Nihil eſt, quod imminentibus ſignis ita totum concutiat hominem, ſicut mens ſibi conſcia iniquitatis, & quæ ſcelerum ſuorum pœnam ad ſingula timet expoſci.* Saresberienſis lib. 2. cap. 15. Vide Gruter. loco citato, Bochium ad Pſal. 50.

Pag. 54. v. 3. *Quatuordecim tranſilit*] Sueton. lib. 1. c. 39. *Seſſum in quatuordecim è ſcæna per orcheſtram tranſiit.* Caſaubon. ibid. in Animaduerſ. p. 33. Scribit Aſconius, Roſcium Ottonem biennio ante Conſulatum firmaſſe legem, vt Equitibus Romanis quatuordecim ordines, ſpectandi gratia, in theatro darentur; in quibus nemo ſederet in ſpectaculis cum Ordine Equeſtri, niſi ſeſtertia quadringenta poſſideret. Aſinius Pollio ad Cicer. lib. 10. Fam. epiſt. 32. de Balbo: *Herennium Gallum hiſtrionē ſummo ludorū die, annulo aureo donatum, in quartū decimū ſeſſum deduxit. tot enim fecerat ordines equeſtris loci.*

v. 9. *In*

v.9. *In equestribus sedeo*] Sumta scilicet ab equestribus, hoc est, à locis in spectaculo Equiti datis metaphora, ita de se magnificè loquitur, vt licet ingenuæ ac nobiliores etiam matronæ non paucæ reperiantur, quæ ad explendam libidinem cum seruis crebro flagella passis, & cruci statim suffigendis, plerumque consuescant: ipsa se, quæ tamen ancilla sit, cum Equitibus tantummodò rem habere glorietur. Pet. Faber 2. Semestr. 8. quem ibidem vide cap. 6.

v.16. *Laterique applicat*] Euphorm. part. 2. p. 72. *Et quidem casus tulit, vt indigesta confusio me ad mulieris latus applicaret, quam insanus deperibam.*

ibid. *Mulierem omnibus simulacris emendatiorem*] Idem d. part. 2. p. 71. *Nihil emendatius natura ea muliere expoliuit.* Et pag. 190. *Venustissimi vultus puellarum erant, exculti, supra verum, & quos posset natura imitari.* Et pag. 217. *Mulier emendatissimo ore.*

v. 17. *Nulla vox est, qua formam eius*] Apuleius lib. 4. Metamorphos. *At verò puellæ iunioris tam præcipua, tam præclara pulchritudo, nec exprimi, ac nec sufficienter quidem laudari sermonis humani penuria poterat.* Ita apud Theocrit. Idyll. 10. Battus de Bombyce v. 37. αἱ φωνὰ δὲ τρυχνόν. τὸν δ' αὖ τρόπον οὐκ ἔχω εἰπεῖν.

ibi. *Possit comprehendere*] Hyperbolica locutio. Cum enim omnium rerum regina sit oratio, nihil est ex omnibus rebus, quod illa exprimi non possit: imò multa etiam supra magnitudinem ac rei veritatem oratione amplificari possunt atque exaggerari. D. Rittershus. ad Plin. Epist. p. 41.

v.18. *Crines ingenio suo flexi*] Id est, qui nulla arte adhibita tales: Martialis:

Bellus homo est, flexo qui digerit ordine crines.

Contra *flexi ad pectinem capelli*, apud Spartian. in Hadriano, sunt arte flexi & calamistro crispati. Firmicus: *Quorum inflexi crines torqueantur.* Salmasius ad Spartian. p. 58. & p. 131.

v.21. *Oculi clariores stellis*] Mouchembergius, interprete Ioh. Ludouico Gothofrido, Argenid. continuatæ part. 2. lib. cap. 1. *Oculi eius, qui paulò antè stellas claritate vicerant, iam in atra nocte natabant.* Longus Pœmenic. lib. 4. p. 163. ita: ὁρᾷς, ὡς ὑακινθίνῳ μὲν τὴν κόμην ὁμοίαν ἔχει: λάμπουσι δὲ ὑπὸ ταῖς ὀφρύσιν οἱ ὀφθαλμοί, καθάπερ ἐν χρυσῇ σφενδόνῃ ψηφίς. Euphormio part. 2. p. 57. *Oculi sideribus pares viuido splendore vibrabant.* Confer ibidem reliqua.

v.24. *Parium marmor extinxerat*] Strabo lib. 10. ἐν δὲ τῇ Πάρῳ ἡ Παρία λίθος λεγομένη ἀρίστη πρὸς τὴν μαρμαρογλυφίαν. Inde Ouid. 7. Metamorph. v. 465. *Marmoream Paron* appellat. Theocritus Idyll. 6. v. 37. τῶν δὲ ὀδόντων λευκοτέραν αὐγάν

αὐγὰν Παρίας ἀπέφανε λίθοιο. Pindar. Nemeſ. 4. στάλαν θέμεν Παρίου λίθου λευκοτέραν. Ouid. 1. Amor.

Adſtitit illa amens, albo & ſine ſanguine vultu,
Caduntur Pariis qualia ſaxa iugis.

v. 32. *Plenum os extra nubem Luna proferre*] Nonnus Dionyſiac. 48. p. 1266.

Καὶ σέλας Ἰοχέμοιο διαυγάζουσα προσώπου
Ἀμφιπόλων ἤστραψεν ὑπέρτερος, ὡς ἐνὶ δίφρῳ
Αἰθερίῳ πέμπουσα φιλαγρύπνων φλόγα ταύρων
Ἀννεφέλους ἀκτῖνας ὀϊστεύουσα Σελήνη
πλησιφαὴς ἀνέτελλε πυριστεφέων μέσον ἄστρων,
οὐρανίην σίχα πᾶσαν ἀμαλδύνουσα προσώπου.

Vide lib. 16. p. 440. de Nicæa. Euphormio part. 2. p. 71. *Quanta ſplendorem aſtrorum nitidior Luna coercet, tanta imminebat diuina omnino mulier, victamq; cæterarum pulcritudinem caſtigabat.*

v. 35. *Sororem. Habes tu quidem & fratrem*] Ex *fratrum* & *ſororum* appellatione ſtupra & libidinem ſubintelligebant. Ita enim hæc profanis nomina vſurpata. Vnde Martial. *nomina nequiora*, lib. 2. epigr. 4.

Fratrem te vocat, & ſoror vocatur;
Cur vos nomina nequiora tangunt?

Ita hîc, apud Tibullum, alios. Quid verò cauſæ, quòd ſacra hæc nomina ad amores & libidines traxerint, docet Scholiaſtes Lycophronis: τοὺς ξένους ἀδελφοὺς τὰ ἐρωτικὰ ποιοῦσιν. ἢ γὰρ ἐρῶντες φωραθεῖσαι λέγουσιν; ἀδελφός μου, καὶ συγγενής μου ἐστιν. Ioan. à Wouvver ad Minucii Octau. p. 121. Lipſ. Antiquar. lect. lib. 3.

Pag. 55. v. 7. *Vt putares inter aures canere Sirenum concordiam*] Quid ſit σειρήνων μέλος, docere poterit Ariſtænetus lib. 1. epiſt. 1. de Laide: ἡνίκα δὲ φθέγγεται, βαβαὶ, ὅσαι τῆς ὁμιλίας αὐτῆς αἱ Σειρῆνες; ὅσον ἡ γλῶττα στωμύληθρος. Et lib. 2. νὴ τὰς μούσας, δι' στόματος ἦδον, ἴσα καὶ Σειρῆνος γλυκεῖαν ἀφιέντες φωνήν: Ælianus Var. hiſt. li. 12. de Aſpaſia: φώνημα δὲ εἶχον ἡδὺ καὶ ἁπαλὸν, εἶπεν ἄν τις, λαλούσης αὐτῆς ἀκούειν Σειρῆνος. Vide plura apud Meurſ. ad Lycophr. p. 347. & ſeq. Saresberienſis lib. 1. Policratic. cap. 6. *Sirenarum concentus credas eſſe, non hominum* &c. Confer Lambin. ad Horat. lib. 2. Satyr. p. 149. & lib. 1. epiſt. p. 252. Hadr. Iunium Cent. 5. adag. 41. Lipſ. lib. 1. Quæſtion. epiſtol. 14.

ibid. *Canere Sirenum concordiam*] Lege ſis Natal. Comitem lib. 7. Mytholog. ca. 13. Eraſmum in Prouerbiis *Sirenibus ad perſuadendum aptior: Sirenas præternauigare: Apud Sirenas aut Lothophagos hærere.*

v. 21. *Emicuere roſæ, violæque*] Carol. Paſchalius in teſſellato Coronarum

narum opere lib.3. cap.8. De *rosis* idem cap.5.6.7. De *violis* ibid. cap.3.& 4. De *liliis* inibi cap.8.

ibid. *Cyperon*] Suidas: κύπειρον, εἶδος βοτάνης, *genus herbæ*. Sed qualenam sit, non explicat.

Pag. 56. v. 4. *Effossaque protulit aurum in lucem tellus*] Nonnus Dionysi. lib.35. p. 878. pœne ad verbum hæc habet:

> ὡς δ' ὅτε τις χρυσοῦ νύκτα βαθυπλούτοις ἐν ὀνείροις
> τέρπεται ἀπτενήλοισιν ἐπ' ἐλπωρῇσιν ἀέρων
> ἀφνειαῖς παλάμῃσι μινυνθαδίου χύσιν ὄμβρου,
> ὑπναλέων κτεάνων ἀπατήλιον ἐλπίδα βόσκων.
> ἀλλ' ὅτε φαινομένης ῥοδοειδέος Ἠριγενείης,
> χάζεται ἀκτεάνοιο παλίλλυτος ὄψις ὀνείρου
> σὺν κενεαῖς παλάμῃσιν ἐγείρεται, οὐδὲν ἀείρων,
> ῥίψας κλεψινόων σκιοειδέα τέρψιν ὀνείρων &c.

Ita apud Theocritum Piscator in somno ἀνήλκυσε χρύσεον ἰχθὺν παντᾷ τῷ χρυσῷ πεπυκασμένον.

v. 23. *Negant medici sine neruis hom. ambul.*] Rigaltii Funus Parasitic. pag. 30. *Negant medici sine lingua, ore, dentibus aliquem loqui posse.* Lælius Bisciola tom. 2. Horar. subsiciu. lib. 13. cap. 10. pag. 896. Petron. Arbiter Satyrico: *Quemadmodum medici negant sine neruis homines ambulare posse, ita sine pecunia nil gerere.* Et verò *neruos* esse non huius aut illius rei, sed absolutè rerum, dixit Bio Borysthenites apud Laërt. lib. 4. Sed Bisciola aut memoriæ lapsu, aut vt suo commodaret proposito, duas diuersas Petronii sententias in vnam combinauit.

Pag. 57. v. 2. *Habes confitentem reum*] Dousa Epod. 3. carm. 1.

> *At ipse parce, confitentem habes reum,*
> *Clienti & hanc remitte noxiam tuo.*

Ouid. lib 2. de Ponto eleg. 2.

> *Non est confessi causa tuenda rei.*

Saresberiensis lib. 6. Policratic. c. 25. *Qui confessum in iudicio reum, & propter hoc in vincula coniectum emiserit.* Adducit & Iustus Ryckius Cent. 1. epist. 62.

v. 3. *Templum violaui*] Gloss. ἱερόσυλος, *sacrilegus*. Infrà pag. 60. v. 2.

> *—Non templis impius hostis Admoui dextram.—*

v. 11. *Placebo tibi*] Dousa Epod. 2. carm. 8.

ibid. *Culpam emendare*] Suprà pag. 25. v. 4. *Si bona fide pœnitentiam emendas.*

v. 14. *Bul-*

v. 14. *Bulbis*] Martial. lib. 4.

Et ficus Libyca gelata testa,
Cum bulbis cochleisque caseoque.

Vide Lips. Cent. miscell. epist. 79. Ioh. Bapt. Portam lib. 10. Villæ cap. 92.

ibid. *Cochlearumque ceruicibus*] Hesychio *tracheli* sunt purpuræ. τραχήλους, τὰς πορφύρας, ἔνιοι τοὺς σπονδύλους τῶν κογχυλίων : *Tracheli, purpura : quidam interpretantur de vertebris conchyliorum. Vertebræ* hic sunt *ceruices* siue callus & caro interior ostreorum. Vide eundem Hesychium in Ταραντῖνοι, vbi ait eas partes ad cibum expetitas. Rosweydus in Not. ad D. Paulinum p. 835. & seq.

v. 15. *Hausi parcius merum*] Ebrii scilicet in Venerem segniores. Rigaltius ad Artemidor. p. 56.

v. 22. *Fastose*] *Fastus* ab antiquo φασὶς, φάσκω à φάω. Etiam pro superbia, quę in grandiloquentia, aut nimia verborum ostentatione. Postea generalius pro quauis ὑπερηφανείᾳ. *Fastosus*, ὑψιλολόγος, qui alta loquitur aut iactitat. Becman. in Origin.

v. 23. *Licium*] Non filum laneum, sed stamen filis intertextum obligando aptum. Alibi noster: *Vt soluit ergo licio pannum. Licio*, id est qua parte erat licium, hoc est filum seu funiculus, quo pannus vinciebatur. Paschalius lib. 5. de Coronis cap. 15.

ibid. *Licium varii coloris*] Veneficiorum *licia* & filamenta lanea discoloria. Virgil. Pharmaceutr.

Terna tibi hac primum triplici diuersa colore
Licia circumdo— Item: *—Et molli cinge hac altaria vitta.* Seruius : *Molli vitta, lanea scilicet.* Apuleius Apolog. *At si Virgilium legisses, profectò scisses alia quari ad hanc rem solere. ille enim, quantum scio, enumerat vittas molles, & verbenas pingues, & tura mascula, & licia discoloria.* Ouid. 1. Amor. 8.

Scit benè quid gramen, quid torto concita rhombo
Licia.— Rigalt. ad Artemidor. p. 41.

v. 26. *Ter me iussit exspicere*] Vide quæ eruditissimus Meursius ad Idyll. 6. Theocriti.

v. 31. *Dum viuis, sperare licet*] Apollodorus Comicus:

οὐδέποτ' ἀθυμεῖν τὸν κακῶς πράσσοντα δεῖ,
ἄνδρες, τὰ βελτίω δὲ προσδοκᾶν ἀεί.

Theocritus Idyll. 4. v. 41.

θαρσεῖν χρὴ, φίλε Βάττε, τάχ' αὔριον ἔσσετ' ἄμεινον.
ἐλπίδες ἐν ζωοῖσιν, ἀνέλπιστοι δὲ θανόντες.

v. 34. *Platanus*] De hac Martin. Mylius in Horto philosoph. p. 20. Ioh. Bapt. Porta lib. 2. Villæ cap. 34. Heresbach. lib. 2 de Re rustic. p. 420.

v. 35. *Pinus*] De *pinu*, idem Porta lib. 2. cap. 10. Mylius ibid. cap. 301. Paſchalius lib. 6. Coronar. cap. 27. & ſeq. Heresbachius ibid. pag. 376. 404. 423.

v. 36. *Daphne*] De *Daphne* ſiue lauru, idem Paſchalius lib. 5. Coronar. cap. 1. & aliquot ſeqq. Porta lib. 2. cap 24. Mylius pag. 274.

ibid. *Cupreſſus*] De *cupreſſu* Mylius pag. 260. Porta lib. 2. cap. 9.

v. vlt. *Et querulo verſabat rore lapillos*] Ita lymfam ſuſurrantem deſcribit Virgil. in Copa:

It ſtrepitus rauco murmure riuus aquæ.

Horat. Epod. 2.

Fonteſque lymfis obſtrepunt manantibus.

Idem lib. 1. epiſt. 10.

Quam quæ per pronum trepidat cum murmure riuum.

Et lib. 2. carm. 3. —*Qua obliquo laborat lymfa fugax trepidare riuo.* Vide Taubman. comment. in Culic. p. 152.

Pag. 58. v. 4. *Myrtoque*] De *myrto* Paſchalius lib. 7. Coron. ca. 18. & ſeqq. Porta lib. 5. Villæ cap. 29. Mylius ibid. p. 363. Heresbach. ibid. p. 260.

v. 10. *Non precantis*] *Precantis*, pro deprecantis. Sic apud Terent. *precator* non ſemel pro deprecatore. Heautont. 5, 2. *Nec tu aram tibi, neque deprecatorem pararis*. Ibid. *Eum precatorem mihi paro*. Donatus: *Precari, aliquando idem quod deprecari*. Phorm. 1, 2. *Ad precatorem abeam credo, qui mihi ſic oret*. Meurſius Append. ad Theocrit.

v. 16. *Catorogare*] v. cod. *catomidiarre*, vel *catamadiari*, quod idem eſt, hoc eſt κατωμαδασθῆναι. A κατωμάδα voce Græca, quæ κατ᾽ ὤμων ſignificat, verbum Latinum *catomidiare*, hoc eſt ſcapulas verberare, pro catomadiare, κατὰ τῶν ὤμων τύπτειν, quod alii dixerunt, *catomis cædere*, vel *catomo*. Et hanc veram hîc eſſe lectionem arguunt, quæ ſequuntur: *Verberatus ſputisq́; extra ianuam eiectus ſum*. En, verbera & ſputa. nam *catomidiatus*, hoc eſt verberatus, eſt à cubiculariis; & *conſputus*, à quaſillariis. Salmaſius Not. ad Spartian. p. 48.

v. vlt. *Hominum Deorumque pudor*] Claudianus in Eutrop. lib. 1. v. 9. *Heu terræ cœlique pudor.*

Pag. 59. v. 1. *Nec nominare quidem te fas eſt*] In rebus mali ominis δυσφημίας vitandæ cauſa, plerumq; veteres, perſonæ nomen ſupprimere ſolebânt. Sic Ælianus de Regis cuiuſdam Thracum crudelitate dicturus, lib. 5. cap. 11. ita præfatus eſt: τὸ δ᾽ ὄνομα λεγέτω ἄλλος. Sic inter varia conuiciorum

exempla

exempla hoc etiam ab Vlpiano relatum eſt, *filius non nominandus*, in L. 3. in princ. ff. de lib. & poſth. Et in ludicro Grunnii Porcelli teſtamento: *Et nec nominando do, lego ac dimitto popam ac piſtillum.* Eodem ſenſu *non dicendus filius* apud Apuleium ſub finem lib. 5. Metamorphoſ. vel, *cum gemitu nominandus*, vt apud Ammian. Marcellinum lib. 28. *Graſſabatur per ſtrages multiplices fortunarum homo cum gemitu nominandus.* Rudolph. Fornerius lib. 5. Rer. quotidian. cap. 28.

v. 9. *Rubore perfundi*] *Perfundi rubore*, probitatis eſt indicium. Vnde illud Terentianum: *Erubuit, ſalua res eſt.* Diogenes, auctore Laërtio, cùm videret adoleſcentulũ erubuiſſe, *Confide*, ait, *fili; huiuſmodi eſt virtutis color.* Scholiaſt. Iuuenal. ad Satyr. 11. p. 105. Sidonius lib. 1. epiſt. 2. *Iuuenili rubore ſuffunditur. namque hunc illi crebrò colorem non ira, ſed verecundia facit.* Radeuicus Friſingenſis in Chronic. *Lactea cutis, & quæ iuuenili rubore ſuffundatur.* Eucherius Lugdunenſ. Comment. in 1. Reg. 14. *Sicut pudor, quod ætatum viridiorum magnum eſt ornamentum.* Videndus Sauaro Not. ad Sidon. lib. 1. epiſt. 2. p. 11.

Pag. 60. v. 7. *Fortunæ arriſerit hora*] Ouidius lib. 1. Triſt. eleg. 4.

—— *Vultu ridet Fortuna ſereno.*

ibid. *Arriſerit hora*] al. *aura*, & rectius. *Aura* ventum fauentem & fauorem ſignificat. Hinc *aura popularis*, & *aura fauoris popularis*, apud Liuium ſæpè. Hinc fortunæ aura apud Poetas, *fauens fortuna* dicitur. Salmaſ. ad Vopiſc. p. 409.

v. 11. *Spumabit pateris*] Virg. 1. Æneid. —*Ille impiger hauſit Spumantem pateram.*

ibid. *Hornus liquor*] Id eſt hornotinus, huius anni. Horat. Epod. 2. *Et horna dulci vina promens dolio* Et 3. carm. 23. *Horna fruge.* Plautus Moſtell. ſc. iampridem: *Euentus rebus omnibus, velut horno meſſis magna fuit.* Propertius lib. 4.

Illa dies hornis cædem denuntiat agnis.

Baſil. Faber in Theſaur. erud. Scholaſtic.

v. 16. *Purgamentum calcaſti?*] Sordes purgamentorum in aquas abiicere mos, vel fluuiales vel marinas. Homerus:

——εἰς ἅλα λύματ᾽ ἔβαλλον.

Virgil. Eclog. 8.

Fer cineres Amarylli foras, riuoq; fluenti
Tranſque caput iace. ——

Quin etiam in triuia proiici ſolita: vti fuſe hæc docet elegantiſſimus Meurſius ad Lycophron. pag. 299. & ſeq. Lipſius 2. Saturnal. cap. 6.

cc E 3 *Neſcio*

Nescio quod purgamentum hodie egrediens calcaui : ita notabiliter toto die infelix.

v. 24. *Mascarpionem*] Alexander Poëta apud Bedanum in Prouerbiis, ab Erhardo adducitur. At is noster Philippus Galterus est, cuius verba lib. 1. Alexandreidos ita leguntur:

——Noctis
Monstripara monstro nihil est——

Facessat igitur & in Morboniam abeat monstrosa correctio ; *Manstupro monstro* &c.

Locus ille planè alienus est, & huc minimè trahendus.

v. 29. *Malo astro natus est*] Ouidius in Ibim:

Natus es infelix (ita DI voluere) nec vlla
Commoda nascenti stella leuisvè fuit.
Non Venus adfulsit, non vlla Iuppiter hora.

Iouis enim & Veneris sidera benigna sunt nascentibus & salutaria. Contrà stella Saturni malefica est, quibus in ortu irradiauerit. Propertius:

Et graue Saturni sidus in omne caput.

Scholiast. Iuuenal. ad Satyr. 7.

v. 30. *Lorum in aqua*] Lipsius lib. 2. Quæstion. epistol. capite vigesimo quinto.

Pag. 61. v. 6. *Luna descendit imago*] Paschalius in nominato Coronarum & verè tessellato opere lib. 9. cap. 20.

v. 13. *Artibus Idæo frutices in gurgite sistam*] Vide Ioan. Bochium ad Psalm. 113. p. 595. & seq. Lambinum ad Horat. Epod. 5. p. 356.

v. 14. *Et rursus fluuios*] Hadrian. Iunius Cent. quinta adag. dec. septimo.

v. 28. *Mirabile paupertatis ingeniũ*] Architæ Pythagorei est: χρειὼ πάντ' ἐδίδαξε· τί δ' οὐ χρειὼ κεν ἀνεύροι. Manilius lib. 1.

Et labor ingenium miseris dedit : & sua quemque
Aduigilare sibi iussit fortuna premendo.

Adi Casauboni Clarissimi Commentarium ad Persii prologum.

Pag. 62. v. 3. *Mitia sorba*] Paschalius lib. 3. de Coronis cap. 1.

v. 7. *Digna sacris Hecales*] Ludouic. Cœlius Rhodigin. lib. 30. Antiq. lection. cap. 21.

Pag. 63. v. 15. *Oculis nec defuit imber*] Vide Not. nostras ad Ouid. 3. Trist. 2. v. 19.

v. 34.

v. 34. *Quisquis habet nummos, securâ nauiget*] Benè Stigelius:

Est mundus pelagus, regina pecunia nauta est.
Nauigat infelix, qui caret huius ope.

Demosthen. Olynth. 1. Δεῖ δὴ χρημάτων, καὶ ἄνευ τούτων οὐδὲν ἐστι γενέσθαι τῶν δεόντων: *Opus sunt opes, & sine iis nihil fiet, quod opus.* Lips. 4. Politic. 9. Guazza de Ciuili conuersat. dissert. 4. pag. 224. Zehner. cent. 2. adag. 41. Bebelius lib. 3. Facetiar. pag. 136. tit. *negligitur, quicunque pecunia caret.* Apud Ioan. Brassicanum, Bebelii Supparem, in Institut. Grammatic. de præpositione, legitur: *Sine numis ne quid attentes.*

v. 35. *Fortunamque suo temperet*] Seneca Oedipo v. 882.

Fata scilicet mihi
Fingere arbitrio meo.

v. 36. *Vxorem ducat Danaëm*] Pet. Damianus lib. 1. epist. vltim. *Habens, vt aiunt rustici, pugillum aureum, frangit murum ferreum.* Refer huc illa apud Bernardinum de Bustis pag. 258. *Diuitiæ faciunt scabiosum stare in mensa numulariorum. Et mulieres dicere solent; Et illa gallina cantat, quæ ouum sentit.*

Nummus honoratur, sine nummis nullus amatur.
Nummus vbi loquitur, Tullius ipse tacet.
Malleus argenteus dissecat portas ferreas.

Pag. 64. v. 13. *Iecur, & inde mihi futura prædixit*] ἡπατοσκοπίαν id Græci nominarunt: de qua Peucerus in Commentar. de præcipuis diuination. gener. p. 187. & seq.

Pag. 65 *Philumene nomine*] τὸ *nomine* παρέλκει, vt Lucæ 16, 20. ὀνόματι Λάζαρος. & sexcentis talibus exemplis. Rittershus. ad Plinii Epistol. pag. 245.

v. 28. *Quæ sola posset hereditas iuuenibus dari*] Qualis hereditas liberis sit relinquenda, id verò docet Basilius Magnus Hom. ἐν Λακίζοις pag. 214. παῖδές εἰσι; θησαύριζε αὐτοῖς θησαυρὸν αἰώνιον. θησαυρὸς δέ ἐστιν, ἡ εὐσέβεια χρημάτων. κατάλιπε παισὶν ἀγαθὴν μνήμην, ἢ πλοῦτον πολύν. Et paullò inferius: παῖδας ἐζήτεις, συνεργοὺς τοῦ βίου. ἔλαβες συνεργοὺς, κοινωνοὺς, δίδασκε καὶ λόγοις ἀγαθοῖς ὑποδείγμασι χρηστοῖς. ὁποῖον προσῆκεν εἶναι τοὺς πρὸς τὸν θεὸν, ὁποίους πολλάκις εἶδες. οὗτος γάρ ἐστιν ὁ πλοῦτος, πολλῶν χρημάτων τιμιώτερος. αὕτη ἡ κληρονομία ἀγαθὴ, παρὰ πατρὸς εἰς παῖδας παραπεμπομένη. Theognis vers. 1157. οὐδένα θησαυρὸν καταθήσεαι παισὶν ἄμεινον πλὴν σοφίης.

Pag. 66. v. 19. *Incidere in malam fortunam*] βαθὺν εἰς ὀχετὸν ἄτας ἴζειν: Pindar. Olymp. 10.

v. 31. *Vt à propinquis suis consumantur defuncti*] Massagetæ & Derbicenses, solebant propinquos & adfines suos, qui iam consenuerant, iugulare, & eorum carnes epulari, si septuagesimum annum non excesserant: alioquin humabant, teste Strabone lib. 2. Vide Ioan. Bochium ad Psalm. 78. Franc. Patricium de Institut. Reipubl. lib. 5. tit. 10. Alexand. ab Alexandro lib. 3. Genial. dier. cap. 2.

Pag. 67. v. 4. *Saguntini*] Vide Florum lib. 2. cap. 6. Iornandem de Regnor. successione cap. 35. Saresberiensem lib. 6 Policratic. cap. 11. Hinc *Saguntina fames* de horrenda & extrema fame, originem traxit: Erasmus in Adag. Casp. Waserus lib. 1. de Antiq. mensur. Hebræor. cap. 2. sect. 9. & lib. 2. de Antiq. nummis Hebr. c. 5. p. 71. Ioh. Heringius de Molendin. in Mantissa c 3. n. 159. Rigaltius ad Artemidor. p. 32. Carol. Stephanus in Dictionar. histor. Basil. Faber in Thesaur. crud. Scholast.

v. 8. *Inuentæ sunt matres*] Hegesippus lib. 5. Excidii Hierosolym. cap. 40. Ter omninò accidisse in Iudæa, vt matres carnibus vescerentur liberorum suorum, obseruat Drusius Miscell. cent. 1. cap. 56. Genebrardus in Chronic. Rittershusius ad Oppian. 4. Cynegetic. v. 99.

v. 22. *Candida sidereis*] Confer Musæum de Herone v. 56. Achilles Tatius sub finem lib. 1. de Leucippe: τὸ δὲ κάλλος ἀστράπτον τοῦ ταῶ ἧττον ἐδόκει μοι τοῦ Λευκίππης εἶναι προσώπου. τὸ γὰρ τοῦ σώματος κάλλος αὐτῆς, πρὸς τὰ τοῦ λειμῶνος ἤριζεν ἄνθη. ναρκίσσου μὲν τὸ πρόσωπον ἔστιλβε, ῥόδον δὲ ἀνέτελλεν ἐκ τῆς παρειᾶς, ἴον δὲ ἧττον ἐμάρμαιρεν αὐγῇ, αἱ δὲ κόμαι βοστρυχούμεναι μᾶλλον εἱλίσσοντο κιττοῦ.

v. 23. *Fundunt colla rosas*] Meurs. ad Theocrit. pag. 96. legit, *findunt*: quem vide.

Pag. 68. v. 20. *Tinctus colore noctis*] Puteanus in Como p. 132. *Puer Æthiops cum face intrat, cui noctis ipse color personam fecerat.* Euphormio Satyr. p. 56. *Seruum, ea vultus parte, qua ictum acceperat, supra omnes Æthiopes atrum.*

v. 21. *Manu puer loquaci*] Rigaltius ad Artemidor. p. 36. & seq. Omninò adeundus.

Pag. 69. v. 1. *Non bene olet*] Tiraquellus Connubial. 3. §. 10. & §. 46.

v. 19. *Totus mundus exercet histrionem*] Saresberiensis lib. 3. Policratic. cap. 9. extremo, Lipsius 1. de Constant. 8. Dominic. Baudius Gnom. iamb. lib. 2. n. 13.

Exercet orbis cunctus histrioniam,
Mimumque grex mortalis in terris agit.
Vbique fucus regnat, exulat fides;
Mens tecta, frons aperta, sincerum nihil
Intus volutant, sed malæ mercis scatent &c.

Videatur

Videatur Rittershuſius in Commentario ad Saluianum pag. 99. Mouchembergius Argenidis continuatæ part.2.lib.7.cap.2.interprete Ioan. Ludouic. Gothofrido: *Pueri, cum Saturnalia celebrant, Reges ſe, aut Conſules, aut Pontifices mentiuntur. Schemate quidem ridiculo, vt nos opinamur. Quid verò aliud eſt vita noſtra, quam tale ludicrũ, quò nos nobis ipſis facimus ridiculos. Totus enim mundus, ait ille, hiſtrioniam facit* &c.

Pag. 70. v. 13. *Quinque pedum fabricata domus*] Lege Lipſium in Monit. politic.lib.2.cap.14.

v.16. *Vt araneoli tenuem orſum*] Piſides de Opific.mundi v.1152. Phile Hiſtor.animal.cap.60. Verſum autem hunc in Culice Taubman.explicat pag.36.& ſeq.

v.32. *Feſtram Romuleamque caſam*] De ea Iuſtus Rycquius, antiquitatum callentiſſimus, lib. de Capitol. Roman. cap. 44. Erat autem *feſtra*, autore Gniphone Grammatico apud Macrob. Saturnal. lib. 3. cap. 12. Oſtium minuſculum in ſacrario Capitolii, extremæ antiquitatis. Quin antiquiores, autoritate *Feſti*, *feſtram* dicebant, quam nos feneſtram. Coniungit autem *feſtram Iouis* cum *Romuli caſa* Petronius, quod vtraque in Capitolio, locis parum inuicem diſiunctis, eſſet. De *feſtra* idem obſeruat Iunian. Maius de Priſcor. propriet. verbor. Neſtor Nouarienſ. in Vocabular. Eilhard. Lubinus de Antiq. verb. & doctiſſimus Laurembergius in Antiquario.

v. 34. *Nequitiæ claſſes*] Ea de re piè Saluianus lib. 1. de Gubernat. Dei.

ibid. *Candida vela*] ἀργυφέα ὅπλα νηῶν: Oppian. 1. Cynegetic.

Pag.71. v.5. *Cereri dare meſſis honores*] Iohan. Heringius de Molendin. quæſt.2.n.38.

Pag.72.v.7. *Regiſque latentes prodidit aures*] Pet. Matthæus lib.6.narrat. 2. §. 1. Hiſtor. Henrici IV. Regis pag. 129. *Maximi*, inquit, *caſus quibus omnium aures patent, diu celari nequeunt: & quos temporis iniuria obrutos occultat, mœnia indictos perire non permittunt. Arundines vento & voce agitatæ ſecreta Midæ detegunt. Qui minus de iis ſcire volunt, maius audiunt.* Et ad oram addit: *Magnum accidens ſubitò diuulgatur.* Hadr. Iunius Cent.9.adag.33. *Canibus oſſa prodo.*

v. 16. *Naris caſtam odit*] *Naris* in caſu nominandi, agnoſcunt etiam barbarorum temporum Grammatici, Huguitio, Papias, Balbus Ianuenſis, Britto, Calepinus, Melberus &c. pro eo tamen *nar* legitur apud Alexandrum de Villa Dei Gallum, qui regnum quondam inter barbaros Grammaticos in Scholis omnibus obtinebat, lib.1. Doctrinal. & probant

non solùm eius commentatores, Kempo Tessaliensis, Ioan. Synthen, Torrentinus Dauentriensis, &c. verum etiam ipsi Latinitatis restauratores, Henrichmannus in tract. de Verb. Grammatic. & Ioan. Brassicanus in Institutionib. Grammatic. de in ar desinentibus.

Pag. 73. v. 5. *Sic format lingua fetum cum protulit vrsa*] Ouid. 15. Metamorphos. v. 379.

Nec catulus, partu quem reddidit vrsa recenti,
Sed male viua caro est; lambendo mater in artus
Fingit, & in formam, quantam capit, ipsa reducit.

Verùm hac de re vbertim, &, vt solet, doctè commentatur Rittershus. ad Oppian. 3. Cyneget. v. 159. & Hæschelius ad Horapollinem p. 204.

v. 9. *Sic sine concubitu*] Hinc Prudentio 3. Cathemer. est *nexilis inscia connubii*. Virgil. in Georgi. *Qui neque concubitu indulgent.*

v. 10. *Apis excita ceris*] al. *apes*, quod in nominatiuo corripi, scribit Probus in Catholic. eo nomine reprehensus à Pompilio in Arte Grammatic. & Ioan. Brassicano in Institution. Grammatic. de *in es desinentibus*, qui τὸ *es* in *apes* ex generali regula volunt produci. Sed Probum probant Glossographi, Huguitio, Papias, Balbus in Catholic. Iunianus Maius, Tortellius, Calepinus &c. Dici tamen etiam *apis* in nominandi casu, admittunt iidem Grammatici, ex suggestione Curii Lanceloti lib. 1. de Literatura non vulgar. Ouidius:

Non apis inde tulit collectos sedula flores.

Nec temere aliter apud bonos ac probatos auctores reperitur.

v. 27. *Flumine vicino stultus sitit*] Vetus humani generis mos, *potare flumina*. Seneca lib. 4. epist. 25. *Panem & aquam natura desiderat; nemo ad hac pauper est; intra quæ quisquis desiderium suum claudit, cum ipso Ioue de felicitate contendat.* Menander apud Stobæum Serm. 5. siue Euripides, vt volunt Athenæus lib. 4. cap. 28. & Agellius lib. 7. cap. 16.

ἐπεὶ τί δεῖ βροτοῖσι, πλὴν δυοῖν μόνοιν,
Δήμητρος ἀκτῆς, πώματος θ' ὑδροχόου,
ἅπερ πάρεστι, καὶ πέφυχ' ἡμᾶς τρέφειν:
Quid quæso deest mortalibus, nisi hæc duo,
Fruges Cereris, potusque profundens aquas,
Quæ præsto sunt, ideoque nata, vt omnes alant?

Et de Pythagoricis Alexis in Tarentinis, apud Athenæum lib. 4. cap. 39.

——καθ' ἡμέραν τάδε,
ἄρτος καθαρὸς εἷς ἑκατέρῳ, ποτήριον
ὕδατος. πονοῦντα ταῦτα.

——In ſingulos dies
Vtrique panis purus eſt, & poculum
Aquæ: nec amplius quicquam.

Hinc Horatio lib. 1. epiſt. 19. *aquæ potor*, Sidonio *potor Moſellæ*. Peſcennius Niger apud Spartianum cap. 7. *Nilum habetis, & vinum quæritis?* Lex Aquaria apud Frontinum: *Ne quis aquam eletato: ſi quis eletarit, H-S. decem millium multa eſto.* Vide Freher. ad Auſonii Moſellam verſ. 30. Sauaron. ad Sidon. lib. 4. epiſtol. 17. & ad Carm. 5. verſ. 580. Refer huc illud 2. Maccab. 1, 40. οἶνον καταμόνας πίνειν, ὡσαύτως δὲ καὶ ὕδωρ πάλιν, πολέμιον. ὃν δὲ τρόπον οἶνος ὕδατι συγκερασθεὶς ἡδὺς, καὶ ἐπιτερπῆ τὴν χάριν ἀποτελεῖ. οὕτω καὶ τὸ τῆς κατασκευῆς τοῦ λόγου τέρπει τὰς ἀκοὰς τῶν ἐντυγχανόντων τῇ συντάξει: *Sicut vinum ſemper bibere, aut ſemper aquam, contrarium eſt; alternis autem vti, delectabile; ita legentibus, ſi ſemper exactus ſit ſermo, non erit gratus.*

v. 29. *Lex armata*] Alcimus Auitus lib. 3. verſ. 367. *legibus armatas lites* dixit. Prudent. lib. 2. in Symmach. *Lex armata ſedet.* Conſtantinus Imper. in L. 31. C. ad Leg. Iul. de adult. *inſurgere leges & armari iura gladio vltore* ſcripſit. Vide Iuretum ad Symmach. pag. 86. Iuſtinianus Imper. in proœm. Inſtitut. in princ. *Imperatoriam Maieſtatem non ſolum armis decoratam, ſed etiam legibus oportet eſſe armatam.* vbi notarunt interpretes, Cuiacius, Balduinus, Mynſingerus, Borcholden, Rittershuſius, Tialingus ab Aytziga, alii, in Commentar.

v. 34. *Iudæus licet & porcinum*] Caſaubonus ad Suetonium pag. 153.

Pag. 79. v. 14. *Funambulus*] Apuleio dicitur *funerepus*: Freher. lib. 3. de Exiſtimat. acquir. cap. 18. n. 3. & ſeq. Quaſi per funem repens, *neurobates* Iul. Firmico Materno, & Iul. Capitolino, *Schœnobates* Sidonio in Narbon. vbi Bapt. Pius in Commentar. pag. 481. *Corbitor* Feſto Pompeio lib. 17. in *Simpludaria funera*, à nauticis, qui ad corbes, inſignia nauium, per funes repebant, vt vela legerent vel expanderent: Ioan. Sauaro ad Sidon. Carm. 23. v. 301. Caſſianus Eremita Collation. 23. cap. 9. *Schœnobatis, quos vulgò funambulos vocant, dixerim comparandos.* Meminit & Plinius Iunior lib. 9. Epiſtol. 26. vbi Catanæus in Commentar. Petr. Ciacconius Annotat. in Caſſiani d. collat. 23. cap. 9. Alard. Gazæus Comment. in eund. Et Muſarum delicium Puteanus in Como pag. 602. *Etiam promtiſſimo per funem veſtigio ambulabat, tenſum vtrimque libratumque duorum calonum manibus: & quaſi parum eſſet, ire aut repere, pendulum exinde corpuſculum tortuoſis flexibus enodans, ludebat in aere.* Aonius Palearius in Oratione quadam de Temperantia: *Homo barbarus quidam ſuperioribus menſi-*

menſibus, ſpectante populo Lucenſi, à Curiæ periſtylio per funem, ad altiſſimam turrem religatum expeditiſſimus incedebat. Cumq; eſſet deſcenſurus, omnes, ne corrueret, timebamus. Is brachiis examinantibus ita ſeſe ſuſtinebat, vt non modo præceps non ferretur, ſed neque dependeret, neque propenderet. Cumque aliquando ſtudioſe loco ſeſe deieciſſet, pede alterno ſe ſuſpendens, tanquam paribus libratus ponderibus, exſurgebat mirandum in modum. Ergo funambulus poterit corpore moderationem adhibere, & vir ſapiens animo non poterit? Vide Commentar. noſtrum Terentian. ad Hecyræ prolog. 1. Deſcripſit eundem quoque Ianus Cæſareus in Deliciis Italor. Poëtar. part. 1. pag. 507. & Alardus Amſtelredamus part. 1. Belgicor. Poëta. pag. 9. De Elephantis funambulis commentatur Wolffg. Lazius lib. 10. de Republ. Rom. cap. 10. Omnibus tamen ætatibus plures funambuli ſedibus ſuis excuſſi cerebro vias diſperſerunt: quemadmodum ferè peritiſſimi natatores vndis ſubmerſi intereunt. Zehnerus Cent. 2. adag. 62. Atque hæc hactenus.

Anchora de prora iacitur, ſtant littore puppes.

DEO LAVS.

RENATI

RENATI MOREAV DOCTORIS MEDICI PARISIENSIS

Anno Christi 1629.

QVÆSTIONES PHYSICO-MEDICÆ IN PETRONII SATYRICON & Fragmenta.

IOAN. PETRO LOTICHIO PHILOSOPHO ac Medico Præstantissimo

S. P. D.

IAmdudum, Vir Clarissime, mihi notus eras nomine, & singulari illa doctrina, quam in tractatu tuo *de Febribus*, & *de Gummi Gotta*, explicuisti. Sed ecce voluisti præterea oblatione amicitiæ innotescere per eximium nostrum amicum Dominum Deodati, virum de litteris litteratisque omnibus benè meritum, cui ad nos salutem ferendam dedisti. Quo quidem nuntio non memini vnquam aliud quicquam gratius vel acceptius mihi obtigisse: tum quia te propter eximium ingenium colo, tum quia tanti viri commercium potest esse mihi & honori & emolumento in dirigendis & amplificandis illis artibus libero homine dignis, quarum profitemur esse studiosos. Et certe non exiguum commodum & fructum speramus ex eo opere Petroniano, cuius structuram nobiscum communicauit vir ille Nobilis, cui eam commisisti; expectamusque propediem multos nodos plusquam Gordianos, qui in illo scriptore passim occurrunt, solutum iri tuo beneficio. Multos dixi: quis enim Hercules totum hoc opus absoluat? Ex quo cum longam segetem messueris, adhuc plura restabūt ad spicilegium. Hoc profectò mihi tentare & experiri placuit; transcurrendoque Petronium potius quàm legendo, selego nonnulla ad Medicinam & Philosophiam pertinentia; quæ ad te mittere suasit amicus noster. Quæ si digna videantur tuo ingenio, partium erit tuarum excolere, & operi tuo tanquam appendicem inserere. Probabis opinor æstum & candorem mentis nostræ: ne-

quę id à nobis præstitum fuisse existimabis, vt obstruam tuis luminibus, sed vt suppeditem argumenta ingenio tuo, non, nisi, magna spiranti: Vadem apud te sisto communem amicum, qui me tam alienum ab inuidia nouit, quàm ab adulationis fuco. Vtinam coram liceret explicare sinum, & omni remota lacinia aperire nudum pectus, cui scio inscriptum Te & altius insculptum videres. Vbi cognouero probari à te nostra studia & officia, & singulari gaudio perfusum me sentiam, & excitabor ad omnia exquirenda atque præstanda, quæ è te tua erunt. Vale & nos eorum matriculæ adscribe, qui te & amant & colunt. Datum Lutetiæ Parisiorum IX. Kal. Decembr. anno M. DC. XXVIII.

Tuus ex animo

RENATVS MOREAV Doctor
Medicus Parisiensis.

QVÆSTIONES.

I. AN Oratores seu Declamatores *furere* dicantur non minùs, quàm Poëtæ: & quónam genere furoris: qualisque species ingenii requiratur ad Oratoriam? Ex pag. 1. lin. 1.

II. Quodnam genus morbi sit, *poplites* habere *succisos*? & quisnam vsus poplitum sustinendis membris? Ex pag. 1. l. 4.

III. Cur veteres Ethnici ad Deos *in pestilentia* confugerint? An inducatur à Deo sine concursu causarum secundarum? Et quo modo olim sedata sit facto sacrificio puellarum, vel similium votorum? Ead. Pag. 1. l. 12.

IV. Quid Petronius intelligat per *pestilens sydus*? An sydera mali aliquid influant, pestemque excitent? Pag. 2. l. 6.

V. An qui *eodem cibo* vteretur, citius *canesceret*, quàm qui vario? Eod. pag. 2. l. 10.

VI. Quid sit *obruere vino mentis calorem*? Num interdum ipsum excitet inducto furore, ac sæpe sæpius Maniâ, vt ex Poëtis apparet, & ex Mœnadibus? Pag. 3. l. 3.

VII. Mulierem cur *diuinam* appellet Petronius: an quia saga: an quia vates: & an vaticinium aliquod sit naturale? Ead. pag. 3. l. 30.

VIII. Cur pudenda *peculium* dicantur Petronio: an quia illa parte homo pecus; an quia ea parte diues? Pag. 4. l. 5.

IX. *Bibere Satyrium* quid sit? An dentur medicamenta ἐντατικὰ Venerem irritantia: cuius sint facultatis ac temperamenti: & an talia omnibus possint conuenire? Ead. pag. 4. l. 8.

X. An

X. An *interpretamenta somniorum* vana, vt censet Arbiter pag. 7. l. 26. An insomniis fidendum? Pag. 7. l. 24. & pag. 33. An de iis sententia Epicuri vera, vel potius an sint *diuina mentis opus?* Pag. 33. l. 27.

XI. An *fides oculorum* suspecta esse possit? Qui *sensus* circa propria obiecta decipiantur? Pag. 5. l. 22. & pag. 72. l. 11.

XII. Quis vsus *lupinorum* apud veteres? An cibus diuitum vel pauperum: cuius namque facultatis habeantur & nutrimenti? Pag. 6. l. 7.

XIII. Cur, dum loquitur de Aduocato Petronius, eum vocet *caluum tuberosissimæ frontis?* Quale illud est Physiognomonicum signum? quid item caluities, quid frons tuberosa; & vnde illa conformatio? Ead. pag. 6. l. 25.

XIV. An fictæ *mulierum lacrymæ*: & vnde tam copiosæ pro earum arbitrio fluant? Pag. 7. l. 13.

XV. An *rigor* signum sit proprium *febris tertianæ*: an contingere possit, nulla febre subsequente; & quo in casu? Ibid. l. 23.

XVI. Quid esset *gustatio* apud veteres. Quot partes erant cœnæ: qui cibi in quaque parte apponi soliti? Ex pag. 9. l. 14. item p. 13. l. 11.

XVII. Quid intelligat Arbiter per *Deliacos manu recisos?* Quid erant Deliaci? Quis castrationis modus & vsus apud veteres: quando introductus, quando vetitus? Ex pag. 10. l. 4. & pag. 45. l. 35.

XVIII. An voluptas Venerea fœminis obueniat ex seminibus eiaculatis, an à membro virili: & cur maior ea à membro virili crasso, quàm à minuto? Ex pag. 10. l. 22.

XIX. Quæ dicatur *virgo*: in quo consistat *virginitas*, & an dentur virginitatis notæ? Ex pag. 10. l. 25. & l. 34.

XX. *Pila sparsiua ludere* quodnam exercitii genus: quo tempore & loco vsurpatum apud veteres, & qua forma fuit illa pila. Ex pag. 11. l. 16.

XXI. An *sudantibus frigida* conducat? Ex ead. pag. 11. l. 27.

XXII. Quænam essent *iatraliptæ*: quod eorum officium; cui vsui & bono? Ibid. l. 28.

XXIII. *Cursorum* quæ *exercitatio*: quando vsurpanda, & quousque tum ad sanitatem conseruandam, tum ad morbos depellendos. Ex pag. 12. l. 12.

XXIV. De infœlicitate & fœlicitate dierum astrologica quid sentiendum? Pag. 12. l. 26.

XXV. An *tomacula* apponi solita in prima mensa: vtrum ea iucunda & salubria. Pag. 13. l. 16.

XXVI. *Syriaca pruna* quæ? an iis vtendum in prima mensa. An vtendum quoque *granis mali Punici*? Ibid. l. 17.

XXVII. An *oua pauonina* olim in deliciis? an meliora gallinarum oua? qua facultate concipiantur, & intra quot dies? Ibid. l. penult.

XXVIII. An *oua* in gustatione apposita, & cur? & quomodo cocta, an dura, an sorbilia? Pag. 14. l. 1.

XXIX. *Ficedula piperata* quid? Ibid. l. 5.

XXX. Quid de *Falerno* & *Opimiano vino centum annorum* sentiendum: an melius, quo vetustius? Ibid. l. 17.

XXXI. De *Cicere arientino, bubali frusto, ficu Africana, sericula, striblita, placenta, odopeta, locusta marina, mullo*: & cur singula hæc singulis cœli signis assignata? An dentur horoscoporum sacræ quædam herbæ, sacra quædam animalia, & vllæ in animalibus partes signis cœlestibus affines? Ibid. l. 31. & seq.

XXXII. An *laserpitium* conferat voci purgandæ. An ob id olim ex eo tibiæ conflatæ: an quia magis sonoræ. Vnde materiæ quædam sonum maiorem edant: & quo artificio sonora fieri possunt instrumenta tum musica, tum alia? Pag. 15. l. 1.

XXXIII. Quid per *altilia* audiendum, per *sumina*, per *garum piperatum*? Quis modus ea parandi: quæ eorum fuerit auctoritas in cibis. Ead. pag. 15. l. 5. 6. 8.

XXXIV. Qua arte quibusve rebus porcus grauidabatur, cuius meminit Petronius? an idem ille, quem memorat Athenæus lib. IV. Dipnosophist. cap. I. vel quem commendat lib. IX. cap. VIII. Ex ead. pag. l. 25.

XXXV. Quid per *gallinam Numidicam* intelligendum? quid per *gallum Spadonem*? Quo tempore modus castrandi gallos inuentus, quo fructu? Ibid. l. 35.

XXXVI. An *Ciconia* olim vsitata in cibo; an grata & salubris? Ibid. l. 36.

XXXVII. An *Smaragdus* vitrum pretiosum? An *Carchedonius* ignis lapideus? & quo sensu sic dicantur. Pag. 16. l. 4.

XXXVIII. Quid de illo *vitro* sentiendum, quod non frangebatur, sed malleolo corrigebatur? Ead. pag. 16. l. 10.

XXXIX. Vnde *ebrietas* etiam interdiu obscura loca reddit? Cur ebrii oculos habeant rubros & flammeos? Ibid. l. 28.

XL. Vtrum *largioribus cibis excitentur vires*, & audacia augeatur? Pag. 18. l. 27.

XLI. Quæ

XLI. Quæ species morbi, cum quis *poetice* magis, *quàm humanè* loquitur? An ad melancholiam pertineat? An illi morbo salutare sanguinem è capite mittere, & è quâ parte? Pag. 24. l. 17. 18. & 21. Vide pag. 42. l. 8. *Iniicio ego phrenetico manum* &c.

XLII. *Ales Phasidis, Afræ volucres, albus anser, anas, scarus, mullus*, cuius olim dignitatis, quove pretio? Pag. 26. l. 1. & seq.

XLIII. An *collectio spiritus sternutationem* excitet: curve *sternutantes saluere* iubeamus? Pag. 29. l. 6.

XLIV. *Ira* quibus *in pectoribus* diuturnior, an *feris*, an *eruditis*: & vtrum eruditio conferat perturbationibus animi sedandis? Ead. pag. 29. l. 29.

XLV. An *senes* inepti rei Venereæ propter *anhelitus difficultatem*? Cur anhelitus difficultas proprium sit symptona senum? Pag. 30. l. 5.

XLVI. Quid sit *metu amittere sanguinem*? Qui sint *metus* effectus: cur tremulas manus inducat, vocem interturbet, & quæ enumerantur à Petronio pag. 30. l. 14. & seq. & l. 24.

XLVII. An *sudor*, qui ex metu erumpit, possit *spiritum reuocare*, cum sit argumentum languentis naturæ? Ibid. l. 24.

XLVIII. An aliquis tam *impatiens maris* esse potest, vt in discrimen vitæ vocetur. Vnde illa noxa maris? Pag. 31. l. 6. Curve *nauseam* excitet? Pag. 32. l 35.

XLIX. Quid sit *crura in orbem pandere*? quid *talos ad terram deducere*? An hoc *Æthiopum* proprium sit? Sintne illi natura valgi, vel vatii? Et quot sint vitia malè confirmatarum tibiarum? Pag. 31. l. 21.

L. An *Salamandra* Psylothrum? Pag. 35. l. penult.

LI. Quid intelligendum per *rotundum horti tuber, quod creauit vnda*? an sine semine producatur: & quænam sint plantæ, quæ sine semine emergunt? Pag. 38. l. 1.

LII. An *commendatior vultus*, cui *flaua coma*? vnde flauedo capillorum, & an arte possit procurari; Ead. pag. 38. l. 15.

LIII. Quid est, *esse solutioris stomathi*? Pag. 44. l. 13. Vnde *strepitus* siue crepitus hominum tam fœtens? Ibid. l. 27.

LIV. An Poëtarum opera sint *furentis animi vaticinatio*? an illis competat appellatio melancholicorum, vel sapientum? Pag. 45. l. 12.

LV. Quid *Assyria concha*? quid *ostrum*, quid *Numidæ crusta*, & *vellera Serum*? Ead. pag. 45. l. 23. 24. 25.

LVI. Verumne est *conchylia renouare famem per damna*? Pag. 46. l. 11. 12.

LVII. Cur *hinc latrare* dicantur: & quo tempore latrent; an per tabem; & vtrum *tabes* propriè sit medullarum? Ibid. l. 30. 31.

LVIII. Quid sit *ostentum*, quid *portendat*? An *vmbræ volitantes* circa busta interdum appareant? Quid *cometæ* significent? quidve sentiendum de *pluuia sanguinea*? Pag. 49. l. 3. & pag. 48. l. 37. 38. & ead. pag. 49. l. 1. & 2.

LIX. An *ex vultu colligere*, id est coniectare, liceat *de hominum moribus*? Vtrum *auguria* ad id prosint, & syderum obseruationes à *mathematicis* factæ? Pag. 53. l. 33.

LX. An *pulchritudinis* veræ notæ habeantur in descriptione Circes, quæ habetur pag. 54. l. 17. Et an *fucus* & *creta* veræ noceant pulchritudini? Pag. 79. l. 27.

LXI. An *veneficio* virilitas exscindi possit? pag. 55. l. 31. & pag. 64. l. 33. Quid sentiendum de *veneficis* & *sagis*, de quibus agit pag. 60. l. penult. & pag. 61? Et an rectè dixerit Arbiter *pollicitationes* sagarum *fabulosas* esse pag. 61. l. 15.

LXII. Quid est *funeratam partem* habere, an syderatam voluit dicere? pag. 56. l. 15. Vtrum vero quæ enumerat Petronius pag. 57. v. 7. virilitatem eripiant?

LXIII. Vnde *senes tremulis* sunt & *vocibus* & labellis? & an tremulæ voces artificio comparari possint? Pag. 60. l. 26.

LXIV. Quid intelligat Petronius per *noua terræ pocula, quæ facili vilior rota finxerat actu*? Pag. 61. l. 34.

LXV. Cur *anser Priapi delitiæ, & omnibus matronis acceptissimus* habeatur? Pag. 63. l. 11.

LXVI. Cur Petronius *lustratos* ait *digitos* fuisse *porris apioque*? quis mos ille, & cui bono? Pag. 64. l. 6.

LXVII. An *desidia consuetudo* coëundi *deperdi possit*? an qui frequenter coëunt, melius id *præstent*, quàm qui raro? Pag. 66. l. 4.

LXVIII. Omnisne *caro ingrata* est sine condimento? Pag 67. l. 2.

LXIX. Quinam erant *publici & priores cibi*, quibus se deuouentes nutriebantur? Ibid. l. 17.

LXX. Quid *manus loquax*? Pag. 68. l. 21. Quid est habere *pollicem vsque ad periculum rosum*? Ibid. l. 27.

LXXI. *Obtorto valgiter labello* esse quid sit? vnde illud vitium? quot vitia oris distorti? Pag. 69. l. 4.

LXXII. Quæ dicantur *vernales alucidæ*: Pag. 69. l. 26. *Alabastrum Cosmianum* qualenam erat? Ibid. l. vlt.

LXXIII. Quid

LXXIII. Quid per, *Melle ſaporatam medicatis frugibus offam*, audiendum? Pag. 76. l. 28.

LXXIV. *Lunæ ſenectus*, eiuſdemque *renouatus honor*. Pag. 71. l. 1. An diuerſo *natura* gaudeat? Pag. 73. l. 3.

LXXV. An cum dicit Petronius; *Nolo ego ſemper idem capiti ſuffundere coſtum*, ſignificet mutationem rerum iucundam eſſe? An ſalubre ſit *caput unguentis* perfundere? An *merum conciliet ſtomachum*? Pag. 71. l. 11. & ſeq.

LXXVI. An verum, quod *vrſa formet lingua fœtum*? Nunquid animalia viuipara fœtus ſuos in vtero perficiant: & an extra vterum conformari pars aliqua poſſit: & num in vtero omnes ſimul partes animalium conformentur? Pag. 73. l 5.

LXXVII. An *mora* ſylueſtria famem ſtomachi componere valeant? & quid ſit *pugnans ſtomachus*? Pag. 73. l. 25. 26.

LXXVIII. De *tinnitu aurium* quid ſentiendum? an verum, quod ait Petronius:

Garrula quid totis reſonas mihi noctibus auris?
Neſcio quem dicis nunc meminiſſe mei.

Pag. 76. lin. 25. 26.

LXXIX. An cum *niue* nihil ſit *frigidius*, calefacere tamen poſſit? Pag. 78. lin. penult.

In perluſtrando Petronio vſi ſumus editione Francofurtenſi, quæ exiit ex Officina Wecheliana apud Danielem & Dauidem Aubrios & Clementem Schleichium anno 1621. In ea editione paginas ſingulas, & lineas ſingularum paginarum notauimus, è quibus ſingula depromi poſſunt, quæ hîc à me annotata fuere.

IN

APPENDICEM ET CATALECTA

PETRONIANA

NOTÆ, DIATRIBÆ, ET OBSERVATIONES

P. Pithœi, I. Lipſii, I. Douſæ, Annibalis Scoti, Douſæ Filii, Lud. Dorleantii, Ioh. Weitzii, Laur. Pignorii, &c.



Anno Christi 1623.

LAVRENTII PIGNORII PRESBYTERI PATAVINI DIATRIBE

Pag. 85 & 35.

DE MAGNÆ DEûM MATRIS IDEÆ, ET ATTIDIS INITIIS.

LECTORI.

Hæc sigilla, quæ vides, Amice Lector, extabant olim Tornaci, prope quod etiam effossa fuerant, apud Dionysium Villerium Canonicum Tornacensem, virum eruditum. Fuerunt autem ex ære omnia, & è sacrario (ni fallor) veteris alicuius fani Magnæ Deûm matris, cuius religio videtur etiam eo peruasisse: ab eo fortasse tempore, quo Galli, vt inquit Pausanias, in Atticis, Pesinuntem ad montem Agdistin, nobile Atys tumulo oppidum ceperunt. Pesinunte etenim Acdestis, Atys corpus cærεmoniis annuis, & Sacerdotum Antistitibus honorauit, *inquit Arnobius lib. V. necnon & Strabo lib. XII. Claudianus in Eutropium lib. II. Pausaniæ dictum firmat:*

Nuper ab Oceano Gallorum exercitus ingens
Illis, ante vagus, tandem regionibus hæsit,
Gesaque depoſuit Graio iam mitis amictu,
Pro Rheno poturus Halyn.——

Attidis icunculam pauxillum argenti ornat, vt dicemus: non dubio argumento & præclari artificis, quod loquuntur & ipsa oris liniamenta, & existimationis, in qua fuerit apud Sacerdotem aliquem, siue apud Procerum quempiam in Lario priuato & familiari. Et verò apud me etiam visitur antiqua PALLAS ærea, semipedis magnitudine, oculis, zona & calceamentis ex argento incisis: qua vix aliud vidi magis absolutum in hoc genere veterum sigillorum; quamuis etiam extent alicubi, vt vidimus olim, solido ex argento elaborata imagunculæ MARTIS & FORTVNÆ, rudiuſculæ tamen, & minus politæ. Et hæc sane omnia Lararii vel Adyti alicuius instrumenta fuerunt, vt dixi. Nisi malimus ad Initiatos referre, qui Initiorum quædam signa & monumenta, sibi à Sacerdotibus tradita, vt scribit

Appuleius

Appuleius in Apologia, quam vocant primam, seorsum sedulo conseruabant. Et apud hoc moribus fuerat receptum, eodem teste, circumferre secum etiam peregrè simulachrum alicuius Dei, ipsique diebus festis thure, & mero, & aliquando victimis supplicare. Quod & non omninò bene cessit Asclepiadi Philosopho apud Ammianum Marcellinum lib. XXII. Verùm hæc fortè aliàs latius disquiremus.

Manus porrò, dextra est ita conformata, vt pollicem, indicem, & medium siue impudicum sustollat; annularem & minimum deprimat, eo schemate, quo nostræ religionis Antistites populum olim solebant consignare, quodque pictores in effingenda CHRISTI Domini dextera manu, sacram Crucis tesseram imprimente, mordicus retinuere. At quare manui hæc symbola insculpta sunt? an quia Diabolus iam tunc studuerit eleuare mira calliditate eum gestum, quem Christiani Sacerdotes adhibituri erant sacro signo exprimendo? an quia in ea manu crederent Ethnici viuere Atydis minimissimum digitum, qui perpetuo agitaretur motu, vt ex veteribus Theologis tradidit Arnobius? an quia & Isis, vt infrà dicemus, manum sacram ostentauerit in pompa? Verum, quia viri eruditi arbitrati sunt, hanc manum aliquando conspicuam fuisse inter signa militaria, quod Aquilam fulminiferam in summis digitis prætulerit; dicemus Aquilam legionariam fuisse auream, non æream, teste Dione lib. XV. non quidem impositam digitis, sed fulmen prensantem vnguibus, & stantem in summa hasta, vt passim ostentant Denarii gentis Antoniæ: & alibi veteres Nummi, vt apud Æneam Vicum in Galba. At aliquando cernitur sine fulmine, vt perspicuè in vetere Monumento M. PompeI Aspri, Romæ apud Cæsios, & in aliquibus Denariis. Neque verò non erat hæc nostra maior, vtpote conspicienda, & edito loco in summo hastili statuenda. At solitaria & fulminifera sine hasta, visitur sæpe apud Gorlæum, media videlicet inter duo signa minora. Sed manui impositam, hac nostra excepta, ego numquam vidi. Arulæ insidentem vidi aliquando, scipioni eburneo aliquoties, globo non semel, pyræ Cæsarum sæpius. Manus verò erant quidem in signorum, vt ita dicam, censu; at diuersa conformatione, vt in Nummis Traiani apud Æneam Vicum, & in Dactyliotheca Gorlæi.

DIA-

DIATRIBE AD ILLVSTRANDAM PETRONII *Apollodori Pontificis Maioris Sacrorum Magnæ Deûm Matris Ideæ & Attidis.*

Pag. 85. v. 16. ATtidis nomine Phryges Solem venerati olim sunt. Ita Macrobius lib. I. Saturnal. cap. XXI. & Macrobio antiquior Arnobius lib. V. extremo. Huius Attidis, siue Attinis, fabulam qui cupit peruidere, is adeat Diodorum Siculum lib. III. Pausaniam in Achaicis, Arnobium in princ. lib. V. & Seruium in IX. Æneid. & è recentioribus Gyraldum Syntagm. IV. & Vincent. Cartarium * nostræ editionis pag. 190. 192. Eius autem imago ea est, quæ exhibetur, *ore* videlicet *excellentissimo*, vt sunt Arnobii verba, & specie inter virginem & puerum eximia. Catullus hoc idem voluit:

* In lib. de Imagi. Deor.

Quod enim genus figuræ est, ego quod non habuerim?
Ego mulier, ego adolescens, ego ephebus, ego puer,
Ego gymnasii fui flos, ego eram decus olei.

Marcianus Capella lib. I. de Nuptiis Philolog.

Atys pulcher item, curui & puer almus aratri. Caput autem tectum *mithra* Phrygem indicat. Hi enim hoc pileo vsi sunt, vt nos alibi latius ostendemus. *Braccas*, quas gerit induti, vidimus in vetere Ara, quam primus Iacobus Mazochius publicauit, in qua Attis *Pinui* innixus Cybelem aspectat. Reliquum vestis *diductum* & *sinuatum* videtur mihi non carere mysterio, vt quod sui ambitu & patore *malum Punicum* referat, cuius specie capta mater Attidis Nana facta fuerit prægnans, vti scriptum reliquit Arnobius. Porrò digiti dexteræ manus, index & impudicus *virilia* ostendentes eo alludunt, vt commonstrent masculum pudendum, Deûm Matris delicias illas luctuosas. *Monile* verò, *cingulum*, & *fibulæ braccarum*, si quos hoc etiam scire delectat, incisa sunt omnia ex argento. Et hæc quidem, quoad Attidis imaginem, satis.

Manus ænea, cum inanis sit, minimeque solida, neque videatur adhæsisse trunco brachii, ideo fabrefacta forsan fuit, vt sceptro vel hastili non ita magno insereretur. Cui vsui? inquies. Vt præferretur in pompa ipsi Matri Deûm. Qua planè ratione Antistitum vnus Isidi prægestabat, Æquitatis indicium deformatam manum sinistram porrecta palmula, vt scribit Appuleius lib. XI. Metamorph. Et sane Isidis sacra non abierunt à mysteriis Matris Deûm. VLPIVS enim EGNATIVS FAVENTINVS PATER, ETHIEROCERYX D.S.I.M. fuit etiam Sacerdos Isidis: & C. MENATIVS SEVERVS Matri Deûm & Isidi fanum refecit.

vt minime mirum sit, hanc manus prælationem vtrobique fuisse receptam. Addamus, quod Octauius Rossius monuit in operoso illo & erudito volumine, quod appellauit *Antiqua Brixiæ monumenta*, in summa hasta simulacri TILLINI, indigenæ Numinis stetisse manum æream huic nostræ non valde absimilem.

Iam in manu quæ comparent, explicabimus, si licebit per Genium antiquitatis. Carpum ipsius ambit *Draco* variegatus & caput cristatus. Et profecto in veteri signo marmoreo, quod extat Romæ in hortis Iulii III. P. M. extra portam Flaminiam, & edidit Ioannes Georgius Herwattus, truncum, cui innititur Attis, circumserpit draco, punctis tergum interstinctus, non tamen cristatus. Est autem *draco inter præcipua Solis argumenta*, inquit Macrobius. Et in sacris Sabadiis draco mysticus celebris est. Quæ quidem sacra minima disparata fuerunt ab his nostris Initiis, vt argumento esse potest imprecatio illa apud Appuleium, & quidem semiviri vnius ex hoc grege: *At te cadauer surdum & mutum, delirumque præconem, omnipotens & omniparens Dea Syria, & Sanctus Sabadius, & Bellona, & Mater Idæa, cum suo Adone Venus Domina, cæcum reddant.* Strabo clarissimè lib. X. καὶ ὁ Σαβάζιος δὲ τῶν Φρυγιακῶν ἐστι. Et infra: ταῦτα γάρ ἐστι Σαβάζια, καὶ Μητρῷα. Lucianus in Iacaro Menippo: *Iam enim cœna tempus erat, meque Mercurius arreptum iussit accumbere iuxta Pana, & Corybantas, & Attin ac Sabazium, inquilinos istos & ancipites Deos.* Idem in Deorum concilio: *Atqui, ô Iuppiter, Attis ille, & Corybas, & Sabazius vnde nobis tandem accersiti veniunt?* Cur autem caput draconis basim pollicis obsideat, inde videtur factum, quod pollex, vt scriptum reliquit Atteius Capito, *qui nomen ab eo, quod pollet, accepit, nec in sinistra cessat, nec minus quàm tota manus in officio est.* Quæ omnia Solis pollentiam *vigilemque laborem*, vt canit Prudentius, mirifice mihi exprimunt. Infra volam manus cauda draconis sistitur, è cuius regione surgit *flagrum* manubriatum, vt mihi quidem videtur, & ea profectò specie, qua cernitur gestari à Sole in Nummis Elagabali, Alexandri, Gallieni, & aliorum Augustorum, cum inscriptione ORIENTIS SOLIS COMITIS &c. Prudentius contra Symmachum lib. I.

Hoc sidus, currum, rapidasque agitare quadrigas
Commenti, & radios capitis, & verbera dextra,
Et frenos falerasque & equorum pectora anhela &c.

Nisi verò dicamus flagrum esse ex disciplina Gallorum. Appuleius lib. VIII. *Arrepto denique flagro, quod semiuiris illis proprium gestamen est, contortis tæniis lanosi velleris prolixe fimbriatum, & multiiugis talis ouium tessellatum, indidem sese multinodis commulcat ictibus* &c. Ouidius lib. IV. Fastorum.

Exululant comites, furiosaque tibia flatur,
Et feriunt multos taurea terga manus.

Et hæc est, quæ apud Iuuenalem substantiue, vt loquuntur Grammatici, *taurea* est, Sartyr. VI.

——Taurea punit
Continuò flexi crinem, facimusque capilli.

Supra flagrum repit *testudo*, quæ an aliqua ratione Cybelen attingat, mihi prorsus incompertum est; nisi huc illatam velimus, quod nuptias auersaretur. Seruius è membranis Fuldensibus in I. Æneid. *Virgo quædam nomine Chelone, linguæ impatiens fuit. Verum cum Iupiter Iunonem sibi nuptiis iungeret, præcepit Mercurio, vt omnes Deos vel homines, atque omnia animalia ad nuptias conuocaret. Sed omnibus, quos Mercurius monuerat, conuenientibus, sola Chelone inridens & derogans nuptiis, nectens moras adesse contempsit. Quam cum Mercurius non venisse notauisset, denuò descendit in terras, & ædes Chelones supra fluuium positas, præcipitauit in fluuium, ipsamque Chelonem in animal sui nominis vertit, quam nos Latinè Testudinem dicimus: fecitque vt pro pœna dorso tectum, velut damnum suum prona portaret.* Ita Seruius. At nuptias Attidis ipsa etiam Cybele auersabatur. Arnobius lib. citato: *Verum etiam adolescētuli fatum sciens, interque homines illum tamdiu futurum saluum, quamdiu esset solutus à matrimonii fœdere, ne quid accideret mæsti*, &c. Sunt, qui illud ex Pacuuio suggesserint:

Sanguine cassa, domiporta, terrigena &c.

Martinus quidem Sandellius, amicus noster, multarum atque adeo reconditarum litterarum notitia insignis, arbitrabatur testudinem hîc expressam fuisse, veluti notam silentii & taciturnitatis, quibus imperatis Initiorum olim omnium mysteria obsignabantur. Et sanè extabat, vt narrat Pausanias in Eliacis, signum Veneris Cœlestis, Phidiæ opus, quod altero pede testudinem premebat. Hanc nonnulli arbitrati sunt ideo adhibitam, quod silentium indicaret, tanquàm locupletem muliebris formæ dotem, & vnicum veluti censum. Testudo enim, præter valde tenuem sibilum, eumque abruptum, nihil præterea vocis habet. Inde rectè est apud Symposium:

Viua nihil dixi, quæ sic modo mortua canto.

Accedit eiusdem ingenium, quo se totam abdere & aspectui subtrahere consueuit. Eximiè ad mysteriorum, vt ipsi quidem rebantur, vim seorsum habendam, & profanorum oculis eripiendam. Virgilius de hisce nostris in II. Æneid.

——Hinc fida silentia sacris.

Vbi

Vbi Seruius, & Iul. Pomponius Sabinus, cuius hæc sunt: *Nefas erat patefacere sacra Cybeles, tantum paucis nota erant. Sic iussit ipsa Cybele, cum erudiret Idæos Dactylos, & doceret initiandi morem. Diodorus ait, morem initiandi, quem Dardanus accepit à Ione, nefas erat aperire, nisi initiatis. ideo fida silentia.* Addamus similitudinem etiam quandam cognominum intercessisse. Vt enim Cybele, φερέπολις, & Πυργοφόρος, ita hæc nostra φερέοικος, & *domiporta* dicta est. At hæc tamdiu placeant, quamdiu prodeant meliora certioraque.

Pilei & ipsi ad normam eorum, quos gestant Castores & Dioscuri, fabrefacti, ad Rheam ideò spectant, quia Samothracum Deorum, Curetum, Corybantum, Cabyrorum, gestamina videntur fuisse, & Castores ipsi affines hisce omnibus fuerunt, vt ex iis, quæ habet Strabo lib. x. & ex Vectio Basso in Arateis Phænomenis, & Hugonis Grotii Notis ad Syntagma Arateorum, coniicere est. Addamus porrò & apud Cephalenses *Magnos Deos* appellatos fuisse, vt notat Pausanias in Atticis. Quæ fuit legitima Magnæ Deûm Matris, & Attinis nomenclatura, vt indicant veteres Inscriptiones. Seruius ad III. Æneid. hæc habet: *Varro vnum esse dicit Penates & Magnos Deos. Nam & in basi scribebatur Magnis Diis. Et idem Varro, & alii complures, Magnos Deos affirmant simulacra duo virilia Castoris & Pollucis, in Samothracia ante portum sita, quibus naufragio liberati vota soluebant.* Macrobius lib. III. Saturn. c. IV. addit; *Varro Humanarum II. Dardanum refert, Deos Penates ex Samothrace in Phrygiam, & Æneam ex Troia in Italiam detulisse* &c. *Crux* ipsa in summis pileis quo pertineat, mihi incompertum est. Apparet certe in Geminorum pileolis apud Aratum, ex editione Cl. Viri, Hugonis Grotii, qui minus recte, mea quidem sententia, torulum interpretatur. *Torulus* enim Plautinus sub petaso fuit. at hæ cruces in summo pileo. Torulus autem videtur effictus in vetere Nummo, qui est Mercurii apud me. **. Suos igitur Castoras habuerunt & Phryges.

Luna excrescens vel illam narratiunculam, fabellam verius, exprimit, quam Diodorus Siculus ex Atlantidarum theologumenis compilauit, vel Attidis mysticum ornatum, qui in Nummis aliquot veteribus cernitur, huius Lunaris sectiunculæ ad pectus eiusdem adfixæ. **.

Virga, siue illud *sceptrum* sit, *Pinea* insignitum, potestatem Solis asserit, qui cuncta moderatur. De nuce Pinea inferius suo loco agemus.

Manus extimam partem ornant proximæ à capite draconis *tibiæ*, quarum altera videtur expressisse acutum tinnitum, altera grauem bombum, vt loquitur Appuleius. Et tibiarum fuit inuentor Marsyas, si

Diodoro credimus, qui Cybelæ amicus fuit. Varro apud Seruium lib. IX. Æneid. non admodum graphicè ad picturam nostram; *Tibia Phrygia dextra vnum foramen habet; sinistra duo, quorum vnum acutum sonum habet, alterum grauem.* Seruius magis appositè ad illud ex Æneidos IX.

——Biforem dat tibia cantum:

Bisonum, imparem. Et seruiuit eis tibiarum suarum, id est Phrygiarum, naturam. Tibiæ autem Serranæ dicuntur, quæ sunt pares, & æquales habent cauernas. Aut Phrygiæ, quæ & impares sunt, & inæquales habent cauernas.

Post tibias *Cymbala* & *Sistrum* in conspectu sunt. Illa eâdem penè figurâ visuntur etiam Romæ, in veteri Ara marmorea, quam citauimus, apud Cæsios, secantia decussatas facies. Virgil. in IV. Georgic.

Tinnitusque cie, & matris quate Cymbala circum.

Vbi hæc Seruius: *Matris cymbala, quæ in eius tutela sunt, ideo quod similia sunt hemicyclis cæli, quibus cingitur terra, quæ est mater Deorum.* Hæc Martialis lib. XIV. 204. appellat *æra*, quod ærea essent;

Æra Celenæos lugentia matris amoris
Esuriens Gallus vendere sæpe solet.

Idem lib. V. 42.

Et concubino mollior Celenæo.

Vbi non parum mihi subit mirari, cur Martialis *Celænas* immiscuerit iis, quæ Pessinunte celebrabantur. Distant enim *Sangarius* & *Marsyas* non minimo terrarum tractu, vt ex Tabulis Geographicis patet, & Claudiani carminib. lib. II. in Eutrop.

Sangarium vitrei puro qui gurgite Galli
Auctus, Amazonii defertur ad ostia Ponti.
Icarium pelagus, Mygalæaque littora iuncti
Marsya, Mæanderque petunt.——

At hæc sollemne est Poëtis confundere. Nisi dicamus, Celenæos transtulisse ad suam regionem hasce omnes religiones, æmulatione quadam vt olim fiebat, ciuitatum: & cuius non pauca extant vestigia apud veteres auctores. Alioqui apud Pessinuntem & Dindyma, stata & legitima fuerunt hæc sacra. Ammianus Marcellinus lib. XXII. *Vnde dextrorsus, itinere declinato, Pessinunta conuertit, visurus vetusta Matris Magnæ delubra* &c. Et antiquum Epigramma:

Qui colitis Cybelen, & qui Phryga plangitis Attin,
Dum vacat, & tacita Dyndima nocte silent,
Flete meos cineres.——

Vbi notandus est ploratus, appositè ad *æra lugentia* Martialis. Attis enim plange-

plangebatur, vt & Osiris, & Adonis. Quod & Iul. Firmicus notauit; *Lugete Liberum, lugete Proserpinam, lugete Attin, lugete Osirin, sed sine nostræ contumelia dignitatis.* Est autem prosopopœia Solis loquentis aduersus eam hæresin, quæ Macrobii tempore viguit, Solem ipsum in varia Numina diuidentem.

Sistrum ad Isidem pertinet; neque ideo abludit à Magna Matre. Marcianus enim Capella lib. II. in Lunari circulo statuit sistra Niliaca, Eleusinam lampada, arcum Dictynnæ, & tympana Cybeleia.

Mentulam illustrant illa Arnobii: Dicite ô iterum, ergone Deûm Mater genitalia illa desecta cum floribus, ipsa per se mœrens officiosa sedulitate collegit, ipsa sanctis manibus, ipsa diuinis tractauit & sustulit flagitiosi operis instrumenta fœdique? &c.

Culter, (si modò is culter est; æmulatur autem falcem vinitoriam, quam delineauit Columella) non alio referendus est, quàm ad exsectionem virilium. Iuuenal. Satyr. II.

Quid tamen expectant, Phrygio quos tempus erat iam
More superuacuam cultris abrumpere carnem?

Cultri autem figuram exhibet antiquum marmor Capuæ, apud Gruterum 640. II. Vtebantur vero coqui cultro. Plautus Aulular. Ev. *Quia cultrum habet. CON. cocum decet.* Venatores etiam. Martial. lib. I. 115.

——Statuitque superbus
Venator cultro nil superesse suo.

Et hos *secespitas* appellant nostri antiquarii, non omninò male. Testula alioqui vsum fuisse Attinem notat Arnobius, & silice ante Arnobium Catullus:

Diuellit illa acuto sibi pondera silice.

De *Cithara* superfluum videtur, vt sermonem instituamus. Ea enim Solis & Apollinis gestamen est satis notum. Virgilius lib. XII. Æneid.

Ipse suas artes, sua munera lætus Apollo
Augurium citharamque dabat.——

Et Apollo Magnæ Matris amasius fuit, teste Diodoro Siculo.

Quod sequitur, statuemus esse *gladium*, quo vsi sunt Galli, ad brachia sibi quæque dissecanda: in pompa nimirum & lymphato illo discursu. Appuleius lib. VIII. Lucretius lib. II.

Telaque præportant violenti signa furoris
Ingratos animos, atque impia pectora volgi
Conterrere metu quæ possint numine Diuæ.

Cæterum antiqui gladiorum capulos, & infima vaginarum ita frequenter ornarunt, vt hîc videmus, cum tamen gladii mucro in acumen desineret, neque esset arcuatus, vt plerique arbitrantur. Et hoc schemate conspiciebatur antiquus gladius apud Læl. Paschalinum Romæ, vt nos non ita pridem vidimus, & alii non semel. Gladii porrò vsum & primum inuentum Diodorus ad Curetas refert lib. v. Bibliothec. At Curetes cum Idæis Dactylis & Corybantibus non semel confundunt veteres auctores, Strabone etiam teste. Seruius eximiè ad lib. III. Æne. *Alii tradunt, Curetes & Corybantes, Matris Deûm ministros, custodes, sicut dictum est, pueri Iouis, ad plurimas res maximi vsus hominibus extitisse.* Claudianus lib. sæpe citato:

Intereà gelida secretis partibus Idæ
Dum sedet, & Thyasos spectat de more Cybele,
Curetumque alacres ad tympana suscitat enses.

Et libro II. de Raptu Proserpinæ:

Seu tu sanguineis vlulantia Dindyma Gallis
Incolis, & strictos Curetum despicis enses.

Forceps, quæ subsequitur, Vulcanum indicabit, quem pileus & *tenax* (nos Italicè *tenaglia*) insigniuerunt apud veteres, vt in Aureliæ & Cæsiæ gentis Denariis adnotatum est. At Vulcanus Cœlo natus, cuius meminit Cicero lib. III. de Nat. Deor. Cybelen cognatione aliqua videtur attigisse. Et certè Marcianus Capella Terræ patrem Vulcanum nominat. At Terra, Magna Mater fuit. Lucretius:

Quare Magna Deûm Mater, materque ferarum
Et nostris genitrix hæc dicta est corporis vna.

Summum fastigium pollicis digiti insidet *nux Pinea*, qua Isiacos vsos fuisse scribit Æl. Lampridius in Vita Commodi Imperatoris. Vt ex hoc etiam capite liqueat, quod sub initium huius commentatiunculæ monuimus, indiscretas fuisse horum Numinum apud antiquos rationes. Statius lib. x. Thebaid.

Sic Phryga terrificis genitrix Idæa cruentum
Elicit ex adytis, contemptaque brachia ferro
Scire vetat. Quatit ille sacras in pectora Pinus,
Sanguineosque rotat crines, ac vulnera cursu
Exanimat, pauet omnis ager, respersaque cultris
Arbor, & attoniti currum erexere leones.

Vbi videtur falsus Luctatius Placidus, qui *pinus sacras*, consecratas faces interpretatur. Pinus autem arbor in penetralia templi Matris Deûm infereba-

ferebatur, in Attidis memoriam, vt scribit Arnobius lib. v. non semel. Quod nimirum sub ea Attis virum exuisset, vel trunco illo induruisset, vt canit Ouid. lib. x. Metamorph. Inferebatur verò lanarum velleribus stipitem circumuoluta, & ramulos redimita & compta violaceis coronis. Dies autem status & sollemnis huiusce illationis fuit xi. Kal. April. vt ex vetere Kalendario Constantiniano me docuit Hieronymus Aleander, cuius docti & eruditi in illud idem Commentarii propediem prodibunt. In eo est legitima hæc festi diei formula, Arbor Intrat. Vnde natum videtur glossema Luctatii ad illa Statii;

——Resperſaque cultris Arbor——

Arbor, pinus, quæ colitur in sacris Matris Deûm, sub qua iacuit Attis, Matri Deûm dilectus. Seruius ad illa ix. Æneid.

Pinea sylua mihi multos dilecta per annos.

Scripsit congruè. nam pinus in tutela Matris Deûm est. Quæ imitatus est Claudianus lib. 1. de Raptu Proserpinæ:

——Templique colendi
Relligiosa silex, densis quam pinus obumbrat
Frondibus, & nulla lucos agitante procella
Stridula coniferis modulantur carmina ramis.
Terribiles intus Thyasi, vesanaque mixto
Concentu delubra gemunt, vlulatibus Ide
Bacchatur, timidas inclinant Gargara syluas, &c.

Graphicè. In eadem *media simulacrum iuuenis subligabatur*, inquit Iul. Firmicus; Attinis videlicet: idque ex Dei fortasse monitu, vt scribit Diodorus Siculus. Hinc pinus in tutela Cybeles fuit. Phædrus lib. iii. Fabular. *——Quercus Ioui*

Et myrtus Veneri placuit, Phœbo laurea,
Pinus Cybelæ, populus celsa Herculi.

Pinus autem figura, vt in marmoribus & gemmis, olim hæc fuit. * *. Expressit verò hac artifex Virgilianum illud in Eclog. vii.

Hic arguta sacra pendebit fistula pinu.

Et illa Macrobii lib. i. Saturnal. c. xxi. *Solem verò sub nomine Attinis ornant fistula & virga.* Ad nucem pineam vt reuertamur, extat apud Macrobium insignis iocus Cascellii Iurisconsulti, qui consulenti, *an nux pinea pomum esset; respondit, pomum futurum, si in Vatinium misisset:* lib. ii. Saturnal. cap. vi. At sine exceptione pronunciauit Martial. lib. xiii. 25.

Poma sumus Cybeles, procul hinc discede viator,
Nec cadat in miserum nostra ruina caput.

Cybele:

Cybele autem dicta est à monte Cybelo, seu Cybele. Virgilius lib. III. Æneid. *Hinc mater cultrix Cybeli.* Et Ouid. in IV. Fastor.

Inter ait viridem Cybelen altosque Celenos.

Imposuit autem pictor, siue alius quispiam, Gabrieli Simeonio, & Ioan. Georgio Hervvarto, vt alia specie nobis exhiberent ex marmore Pennensi inter Massiliam & Aquas Sextias eruto.

Indicem & impudicum digitos, vt ex fragminibus etiam nunc apparet, obsidebat olim *Aquila*, quæ fulmen vnguibus prensabat. Illa Iouem vtique significauit, qui Agdistis seu Acdestis pater fuit; cuius cruore extitit repente, vt diximus, malum Punicum; quo in sinu reposito, concepit Attidem mater. Manus autem hæc gestu & conformatione, dextram Attinis exhibet, vt videmus in signo vna cum ipsa eruto.

Neque absurdum erit, opinor, excurrere tantisper hîc, & emendare insignem Vlpiani locum, in quo de Magna Matre agitur, vt in pristinum nitorem restituatur, qui hactenus in mendo delituit, ad speciem elegans & elaboratus. Huic ego laruam omnium primus forte detraxero. Locus est in libello, cui titulum adscripserunt, Institutionum seu Titulorum ex Corpore Vlpiani, lemmate, *Qui heredes institui possunt.* Recenset ibi Iurisconsultus Deos illos, quos ex Senatusconsultis seu Constitutionibus Principum, heredes licebat instituere. Enumerat vero, *Iouem Tarpeium, Apollinem Didymæum, Martem in Gallia, Mineruam Iliensem, Herculem Gaditanum, Dianam Ephesiam.* Hucusque recte omnia. Porrò adiungit, *Matrem Deorum Cybelem, eam quæ Smyrnæ colitur.* Cybelen hanc ne fanaticus quidem vllus somniauit vmquam. Quid enim Vlpiano, cuius proprietatem atque elegantiam viri docti suspexerunt, cum poetica illa voce, quæ tautologian etiam inuito exprimeret? At verò cordatus nescio quis, (Ioan. Tilius fortasse) cui plerosque veteres Iurisconsultos ferimus acceptos, quique hunc librum primus edidit, manuscripti codicis scripturam bona fide exhibuit multis in locis, ingenuè hoc & religiose. Vidit enim vir eruditus, quisquis ille fuit, latitare nescio quid sub ea librarii manu, quæ hasce litterarum notas descripserat, *Matrem Deorum Sipelensim, quæ Hysmyrne colitur.* Hæc antiquæ lectionis altius impressa vestigia eo primum me traduxerunt, vt cogitarem scripsisse Vlpianum, *Matrem Deorum Sipylensem Isin, quæ Smyrnæ colitur.* Neque omninò mala hæc mihi diuinatio videbatur, coniectanti τὸ *Isin*, ex librarii oscitantia, & litterarum cognatione, antecedentis dictionis extrema, antiquo & alibi sæpius prodito vitio, inuasisse. Aderant meæ emendationi rationes, vt sane opinabar, satis exquisitæ. Pausanias inprimis eruditus antiquitatum

tum indagator, lib. III. Magnesios testabatur, qui in Sipyli parte aquilonari sunt, signum Matris Deûm adseruasse, longe omnium, quotquot extabant, antiquissimum. Huiusque antiquitatis vel Senatum, vel Principum aliquem rationem habuisse, vt mihi persuaderem, asylorum iura vetustati plerumque innixa, vt apud Tacitum, à simili compellebant. Accedebant præterea Magnetum merita, qui in bello, quod populus Romanus aduersus Mithridatem gessit, egregiam operam nauarunt. Iam verò quod ad Isiden attinet, quæ Smyrnæ coleretur, retulerat pridem in litteras Aristides Sacror. sermon. III. & Sacerdotem & templum Isidis Smyrneæ, in quo ipse Isidem & Sarapidem, anserinis hostiis exorasset. Neque verò permouebant me aliquorum voces, absonum videri Ægyptiam superstitionem adeò probatam Vlpiano, vt inter maiorum gentium Deos Isin adnumeraret. Succurrebat enim, id non Iurisconsulto ipsi, sed Senatui Principibusve, qui superstitionibus indulsissent, vitio vertendum. Fingi ipsum enarratoris munere, non philosophi. Quæ si non placerent, non eum esse me, qui miraretur hominem Christianis infensum, Deorum cultui plus nimio addictum, sordida monstra scriptis suis intexuisse. Hoc nimirum iure obtigisse

His quibus exactas placuit seruare tenebras,
Splendentemque die medio non cernere Solem.

Vt missum faciamus, Vlpianum præfectum prætorio fuisse eius Principis, qui *Isium & Serapium* (Lampridii verba sunt in Alexandro) *decenter ornauit.* Neque verò inficias iuerim, non displicuisse mihi emendationem alteram, ab antiqua scriptura minimum abeuntem. Ea fuit; *Matrem Deorum Cybelen Isin, quæ Smyrnæ colitur.* Ita tamen, vt Cybeles cognomentum topicum fuerit. de quo Pisander apud Stephanum in Κυβελεία, Strabo lib. XII. Diodorus Siculus lib. III. Suidas, & alii. Hæc, vt dixi, speciosa & vera videbantur, quæ etiamnum videntem meliora probantemque alliciunt tamen. Verum, vt sunt posteriores curæ meliores, commodum occurrit Aristides, qui non semel in Sipylo Smyrnam illam antiquam, ibidemque Iouis matrem, Deorum thoros, & Corybantum choros recensuit. An idem sibi voluit Plinius lib. XIV. cap. IV. *Nascitur (*Maroneum) *Smyrnæ regione, iuxta delubrum Matris Deûm.* Antiquissimam autem religionem Smyrnæ videntur in nouam vrbem transtulisse, & veteri seruato loci cognomine, in Metroo excoluisse. Neque vero meritis in Populo Romano Smyrnæi Magnesiis erant posthabendi, si Cornel. Tacito credimus. Legamus igitur, *Matrem Deorum Sipylensem*, quam vt secerneret

Vlpianus ab ea, quæ apud Magnesios colebatur, adiecit, *quæ Smyrnæ colitur*.

APPENDICVLA.

Lilius Gregorius Gyraldus, vir sane accuratissimus, proprio Syntagmate *de Rhea & Ope*, multa disseruit, quæ eruditum lectorem instruere possunt. Nos hîc analecta quædam dabimus, eruta è variis Inscriptionibus Marmorum & Nummorum. Itaque monemus primum, Ant. Augustinum Dialog. V. hanc epigraphen D. M. M. I. rectè interpretatum esse, *Deûm Matri Magnæ Ideæ*, minus rectè, *Deæ Magnæ Matri Isidi*. Marmor enim præ se fert Cybelen, non Isidem. Licet enim hæc mysteria, vt non semel monuimus, coaluissent, vt satis superque indicant carmina Cypriani, seu Tertulliani, ad Senatorem Apostatam; tamen Isis alio cultu & schemate fingebatur.

II. Monemus secundo, Pierium Valerianum, virum impensè doctum, lib. XXXIX. Hieroglyphic. recensuisse nummum Faustinæ Augustæ, cuiusmodi & nos olim habuimus, in cuius auersa superficie spectabatur Cybele leoninæ insidens sellæ, sphæramque inter manum & genu continens, cum nonnulla hallucinatione. Non enim sphæra, sed tympanum est certo certius. Monemus tertio, Adolphum Occonem Pierii auctoritati nimis in hoc detulisse in suis Numismatibus, cum posset nummum inspicere, & tympanum adnotare loco sphæræ.

III. At Catalogo, quem recitat Seruius *Magnorum Deorum*, lib. III. Æneidos, ex variorum auctorum sententia, adiungi possunt Mater Deûm & Attis, quibus duo monumenta posita sunt sub hac inscriptione, DIS MAGNIS, apud Gruterum 27, 4. & 28, 2.

IV. Porrò *Idæam* appellarunt ab Ida vel Cretæ, vel Troiæ. vtrobique enim colebatur, vt scripsit Virgilius.

V. *Magnam* cur dixerint, petamus ex Lucretio & Arnobio.

VI. *Mater Deûm Magna Pori Aug. & Traiani* siue *Triani Felicis*, quæ fuerit, alii viderint. Exscripsit autem Gruterus 308, 10. 11. fide Iusti Lipsii marmor mendosè: quod emendatum habetur apud Philip. Cluuerum lib. III. Ital. antiquit. cap. II.

VII. *Cerariam* quam appellat antiquum marmor apud eundem Gruter. 1010, 2. mihi prorsus est incompertum. Nescio quid sanè *Cereris* redolet, quam eandem esse cum Magna Matre nonnulli arbitrati sunt.

VIII. *Attis*, qui & aliquando *Attin*, ὕψιστος, *altissimus, celsissimus*, nuncupatus est, vt in vetere Inscriptione apud Gruterum 28, 1. Solem nimirum.

nimirum omnia peruidentem, omnia perlustrantem, esse censebant, vt diximus.

IX. Vidimus etiam appellatum *a Minotaurum*, & *Minoturanum*, petita fortasse à nomine alicuius vici nomenclatura. Succurrebatque *Minotaurus*, nisi amicus noster Felix Osius, vir ornatissimus, humaniorum literarum in hoc nostro Gymnasio publicus interpres, ostendisset mihi duas veteres *b* Inscriptiones Romæ recens erutas.

M. D. M. I.
ET ATTIDI SANCTO
MENOTYRANNO.
Q. CLODIVS FLAVIANVS &c.
item:
MATRI DEVM MAGNÆ
IDEÆ, SVMMÆ PA-
RENTI, HERMÆ, ET ATTIDI
MENOTYRANNO INVICTO &c.

Quæ longe abeunt à *c* Minotauro. Quare ampliandum.

X. Videmus autem in hisce Inscriptionibus Cybelen *Summam*, & *Parentem* appellari: Attiden *Sanctum*, & *Inuictum*. quod postremum adiunctum *Herculi*, *Soli*, & *Mithræ* conuenit: imò huic vni propriè, si Commodianum audimus.

INVICTVS.

Inuictus de petra natus si Deus habetur
Nunc ergo . . . . . vos de istis date priorem
Vicit petra Deum quærendus est petræ creator.
Insuper & furem adhuc depingitis esse
Cum si Deus esset vmquam non furto viuebat
Terrenus vtique fuit & monstriuora natura
Vertebatque boues alienos semper in antris
Sicut & Cacus Vulcani filius ille.

Hactenus auctor conclamatæ editionis & desperatæ.

XI. Attin appellatum *Phryga* vidimus in vetere Epitaphio, vt retulimus, apud Cæsios Romæ.

XII. *Mater Deûm Magna Idea, & AttIs populi Romani*, apud Gruterum 308. 7. ita videntur esse appellati, receptis publica auctoritate sacris. Quod ex nuncupatione ipsius *Archigalli* satis patet. Cuius erat vaticinatio, vt præter antiquum marmor Gruterianum XXX. 2. Appuleius & Tertullianus cum risu & insectatione notauerunt.

a Ita hæc duo vocabula per p:r:ä l guntur inter Inscriptiones Gruterian. pro Menotyrannum, vt docet Salmas. in Not. ad Lampridii Heliogabal. p. 80. col. 2.

b Quas edidit idem Salmas. d pag. 180. col. 2.


c Menotyrannus est Μηνοτύραννος, Rex mensium, & anni moderator. Salmas. ibid.

XIII. Ceterum in parergis ararum horum Deorum fere semper visuntur *Tauri* & *Arietes*, vt in Inscriptionibus fit mentio *Taurobolii* & *Criobolii*; cuius præterea meminit Iul. Firmicus: *Tauribolum (taurobolium) vel oriobolicum (oriobolium) scelerata te sanguinis labe (tabe) perfundit.* vel, *scelerato tabo perf.* at *labe* etiam ferri potest. At quale hoc sacrum? Prudentius luculenter expressit in Romano Martyre, quem omnino vide.

Agnoscis illum, quem loquor, miserrime &c.

Vbi meminit *tabidi roris*, & *tabi*. Et hoc fuit *taurobilium crioboliumque percipere*, &, *taurobolio in aeternum renasci*, vt ipsi quidem non minus ridiculè, quam impiè arbitrabantur: hoc, *taurobolium & criobolium facere*, hoc *accipere*. *Tauropolia* verò, quorum meminit Casaubonus ad Athenæum lib. VI. Animaduersion. cap. XVI. an huc pertineant, viderint doctiores. In Inscriptionibus certè Gallicanis *Taurobolium* & *Tauropolium* promiscuè legitur.

XIV. Ad Matrem Magnam, & Attidem, vt redeamus, qui plura de iis volet, adeat Fulgentium lib. III. Mythologicôn, & Lucianum de Syria Dea.



IANI

IANI DOVSÆ NORDOVICIS

Anno Christi 1583.

SCHEDIASMA

Pa. 97. v. 15.

AD SVLPICIÆ SATYRAM.



SVLPICIÆ Poëtriæ Romanæ SATYRAM; quæ de EDICTO DOMITIANI inscribitur, ad finem nouissimæ PETRONIANÆ Editionis adpēsam, percursitare obiter stat sententia: facto (quod bonum siet) ab ipsis vsque carceribus auspicio. Sic igitur illa condigna Caleno coniunx:

Vers. 1. *Musa, quibus numeris Heroas & arma frequentas*] Frequentas, pro *concelebras*, proinde vt Carus loquitur, hoc est celebres concinnas, reddisque honoratos ac insignes.

Numeri notant versus ipsius Carminis, non paginarum huius editionis.

v. 18. *Fabellam permitte mihi detexere paucis*] Eleganter sanè, pro *pertexere*, & ad exodium vsque perducere, estque metaphora à tela, ad rei patrandæ consilium. Titinnius Fullonib.

Quæ inter decem annos nequisti vnam togam detexere.

Adde à Comico nostro:

Neque exordiri primum, vnde accipias, habes;
Neque ad detexundam telam certos terminos.

Pergamus cum Sulpitia:

v. 10. *Teque quibus princeps, & facundissima calles, Aggredior*] Quid hoc sibi velle dicam, nescio. nihil enim ineptius, indigniusue adeo laudabili ac pererudita Sulpiciæ gentis Heroide: cuius existimationis rationem si pro personæ matronalis dignitate habere voluerimus, totam pœnè prioris hemistichii partem, retexamus necesse erit. Sed enim hoc absque auctoribus libris infirmum, neque adeo tutum satis: quos quidem ego suffragatores si haberem mihi, lubenter hercule reposuerim:

Te tuosque, praes queis facundissima, Colles Aggredior.

Vel etiam, *Calles.* Habes protenus:

v. 12. *Dic mihi Calliope, quidnam pater ille Deorum Cogitat? an terras, & patria secula mutat?*] Mirum, ni ad aureum illud atque ex omni parte beatum

Flauii patris, ac Titi Vespasiani filii sæculum respexerit Poëtria nostra, cuius adeò memoria, imò sublati ex oculis desiderium potius recens etiam tum mortalium animis obuersabatur, ac tantum non impressum residebat: & quidem eo firmius ac propius medullis, quo maior Reipublicæ mutatio facta, Domitiani successoris insolentia maximè, terribilis cunctis & inuisi. Meritò: quippe quem non solum magnæ, sed & callidæ inopinatæque sæuitiæ Imperatorem fuisse, perhibet Suetonius. *Patria* ergo *sæcula* haud alia vtique, quam Saturnia illa omnium Poëtarum præconiis celebrata.

v.15. *Nosque iubet tacitos, etiam rationis egenos*] Rescribo, *& iam rationis egenos*; hoc est, inopes BONÆ MENTIS, siue consilii, nec iam rationis amplius, vel iudici vllius sanioris conpotes, veluti muta (hoc enim τὸ *tacitos* vult sibi) pecora sub iugum missa, vel (cum Flacco vt dicam)

Iniquæ mentis asellos auriculas demittentes,
Quum grauius dorso subiere onus.

Eadem illa, quam memoraui modò, tyrannicâ Domitiani dominatione oppressos, ac modò non redactos ad extremissimam rerum omnium penuriam ac desperationem. An hoc potius quærit Sulpicia, quod sequentia confirmant oppido, vtrumne Ioui decretum sit, consentientibus fatis, artium, doctrinarum, ac disciplinarum omnium vniuerso mortalium generi obliuionem inducere aliquando: vitæque istius melioris præmia cultumque; Atticæ, inquam, Philosophiæ *Bonæq; mentis* ac humanitatis studia, diuinitus antea dilargita nobis, in perpetuum porrò dediscere iubere, ad primi illius ac rudis æui infantiam & plus quam brutam stupiditatem reuocatos? Videlicet, vt omnis agriculturæ expertes, Cereri ac Libero renunciantes ad glandes rursum ac Acheloia pocula post tot sæculorum sæcula nescio quo postliminii iure versoriam denuo capiamus? an magis necessitatem istam fatalem nobis, hoc est, vni Italicæ genti solisq; Romuli nepotibus interminatur Iupiter, quos summis opibus atq; industriis, reliquarum etiam nationum, imò hostium salute maximè, exterminatos perditosque expetit; Capitolio ipsus suo iratus infestusque VLTORIS *scilicet ne dicam* PRÆDATORIS cognomine assumto sibi: CVSTODIS ac CONSERVATORIS deposito, vbi tamen legendum forte:

v.19. *Remuliq; exturbat alumnos*] Non vti in exemplari nostro visitur *Romuliq;*, repugnante numerorum ratione. Romulum enim & Remum identidem à Poëtis confundi videmus, alterumq; pro altero promiscuè nominari: interdum vtrosque pariter coniungi simul, vt æquum est fratres, & quidem germanos geminos. Sicuti apud Catullum;

At

At vobis mala multa Dii Deæque
Dent, opprobria Romuli Remique.

Propertius autem, *Regna Remi* pro vrbe Roma, poſuit cum ait:

Regnave prima Remi, aut muros Carthaginis altæ.

Habes non longe ab hoc loco.

v. 22. *Sed virtus agitata domi, & ſocialibus armis*] Bene addit *Socialibus*, ad externorum bellorum & Aſiaticorum diſcrimen, quæ quidem non pro vera gloria aut Reipubl. ſalute, ſed pro prædâ ſcelerumque ac flagitiorum omnium impunitate ſuſcepta videri poterat, iam inde à Sullanis tẽporib. maximè, q̃ teterrima luxuriæ omnis ac nequitię fomenta victoribus ſubminiſtrarunt. Quod verò ibidẽ ſubiungit protenus *Virtutem* eã ſeu fortitudinem Populi Romani, quam domi, ac ſocialium bellorum procellis acriter multumque ac diu exercitam memorauerat modo, *in freta demum Sicaniæ & Carthaginis arces exiiſſe*, hoc eſt, deſiiſſe, modumque in hoſtem pugnandi, & quaſi pauſam feciſſe ſibi, innuit à Romanis poſt Siciliam, *longumque* ac *magnum* illud Mediterraneum pelagus in Imperii vnius dominationem redactum, Carthaginemque euerſam, Punicæque æmulationis omnes reliquiarum reliquias extinctas: omni Galliâ denique cis Rhenum atque inter mare ſupradictum atque Oceanum, niſi quæ à paludibus inuia fuit, perdomitâ; ſic quaſi effætâ parente (id quod in Catilina conqueritur Criſpus) nihil præclarum poſtea aut memorabile quod eſſet, belli militiæque patratum. Quippe quibus hoſtis nullus exercitor ſupereſſet iam amplius, in quo oppugnando vera & antiqua illa Romana virtus eniteſcere poſſet, ideoque depoſita armorum curâ ad literarum ſtudia, paciſque artes, ac Sapientiæ præcepta in tempore deuolutos animum tandem requieti adieciſſe: atque ita optimè conſtitutam Rempublicam in otio ac tranquillitate ſuſtentaſſe facillimè.

Antequam vlterius progrediamur, telamque, quam conatu maiore quam ſucceſſu, pro ingenii noſtri captu ſatis tamen commodulè exorſi ſumus, ad terminos porrò deducere properemus. Suſtinendum prius hîc etiam paulliſper nobis, donec Sulpicianorum verſuum ordinem, qui in codicibus noſtris quantum eſt formularis, nuſquam non tranſitus ac perturbatus legitur, in priſtinam aliquando reduxerimus dignitatem. qui quidem nobis ad hoc exemplum reconcinnandus videtur.

Dia

Dic mihi Calliope, quid nam pater ille Deorum
Cogitat? an terras & patria ſecula mutat?
Quaſque dedit quondam, morientibus eripit artes?
Noſque iubet tacitos, etiam rationis egenos,
Non aliter, primo quam quum ſurreximus æuo,
Glandibus, & puræ rurſus procumbere lymphæ?
An reliquas terras conſeruat amicus, & vrbes,
Sed genus Auſonium, Romulique exturbat alumnos?
Quid repetemus enim? duo ſunt quibus extulit ingens
Roma caput; virtus belli, & ſapientia pacis.
Sed virtus agitata domi, & Socialibus armis
(Cætera quæ imperia, & totum ſimul abſtulit orbem)
In freta Sicaniæ, & Carthaginis exiit arces,
Deinde velut ſtudio victor qui ſolus Achæo
Languet, & immota ſecum virtute fatiſcit:
Sic itidem Romana manus contendere poſtquam
Deſtitit, & pacem longis frænauit habenis,
Ipſa domi leges, & Graia iuuenta retractans
Omnia bellorum terra quæſita marique
Præmia conſilio, & molli ratione regebat,
Stabat in his &c.

In quibus ordinandis Petronianæ * editionis œconomiam ſecuti ſumus, vſque ad illius hexametri finem: *Sed virtus agitata domi & Socialibus armis.* Poſt quem ordine duorum inter ſe verſuum commutato: *Cætera quæ* (ita enim potius, quam, *cæteraque*, reſtituendum cenſuimus.)

• Quæ ex officina Patiſſonia Luteтia prodiit curante Pet. Pithœo, anno 1575.

v. 24. *imperia & totum ſimul abſtulit orbem*

In freta Sicaniæ, &c.] Protinus ſequi fecimus comparationem illam circenſem de equo ſeneſcente: *Deinde, velut ſtadio*, &c. Verſu, qui in medio erat, indidem in locum commodiorem, hoc eſt, in ſedem ſuam priſtinam, vnde nullo ſuo merito per vim exturbatus fuerat, poſtliminium reſtituto, non ſine neceſſaria correctione, qua in poſtremis illis vſi pro:

v. 25. *Omnia conſilia & molli ratione regebat, Præmia conſilio*, &c.] Emendare inſtitimus, Scaligeri fiducia maxime, in cuius Catelectis ordinem à nobis ſupra repræſentatum poſt ſimſlitudinem illam: *Deinde, velut ſtadio*, &c. in nouiſſima hac ſuperiorum carminum parte manifeſto ac palam deprehendimus, non item in priore, vbi tergemini hexametri illi, (*quid repetemus enim?* &c. vſque ad hemiſtichii iſtius exitum: *Et ſocialibus armis*) parentheſi incluſi leguntur, medii inter verſus, quos ponam:

Noſque

Nosque iubet tacitos, etiam rationis egenos,
Non aliter, &c. Ille verò:

v. 23. *In freta Sicaniæ & Carthaginis exiit arces*] Non post *armorum Socialium* mentionem & *virtutem* illam Romanam *Cætera quæ imperia & totum simul abstulit orbem*, sed post *exturbatos illos alumnos Remuli*, loco hercule alienissimo collocati: inibique *Exigit* pro *Exiit* nullo existente idoneo sensu incogitanter suppositum. Nec minor in editione Ausoniana turbatio, quæ, *exilit* habet, & versus gemellos illos proximè memoratos, ante tres istos, quos in Catalectis parenthesi interclusos diximus, *Quid reputemus enim?* &c. perperam dispositos repræsentat, quum post eosse istos conlocari debeant. Idem etiam de versu illo dictum cupio: Pag. 98. v. 1.

v. 25. *Omnia bellorum terra quæsita, marique*] Qui præter omnem verborum ac sententiarum ordinem non bene præmissus legitur hexametro isti:

v. 30. *Ipsa domi leges, & Graia inuenta retractans,* &c.] Qui, si modò rectè rationem instituere velimus, eundem antecedere debuerat. Ad vlteriora porrò gradum capessamus.

v. 35. *Nunc igitur, qui res Romanas imperat inter*] Mira Latinitatis ratio, & non nostri stomachi, ægre hanc ipsam concoquentis. quamobrem fuit tempus, quum res istas Romanas ita interpolandas putarem:

Nunc igitur, qui Rex Romanos imperat inter,

Vt inuidiose Domitiani plusquam Regium dominatum sugillet Poëtria nostra: tum phrasim illam, *Imperat inter Romanos*, sic dictam interpretemur, quomodo Propertii istud:

Vt Regnem mistas inter conuiua puellas.

Nisi si quis, *temperat*, rescribi maluerit, quod etiam sine vlla præpositionis virtute, *Romanis* ipsis accusandi casu positis temperandis sat esse possit. Sed verò, *inter* istud, tantum non cerebrum excutit nobis, & mirum, ni ratione Poëtica rettò cum τῷ *Rex*, construendum, vt ne id quidem Domitiano dignum habeat Sulpicia, quem vel legitimum Regem appellet, innuens puto, Principatum eius breui dilapsurum, id quod etiam Calliopen suam vaticinantem inducit postea, neque multo secus, quam si cum Interregia potestate summæ rerum præfuisset modò, Imperio excisurum.

v. 39. *Quid facimus? Graios hominumque reliquimus orbes*] Salsum, ac Satyricum, quasi verò non alia natio quam Græca in hominum lustro reponi digna, solique Achiui modò humanitatis laude censeri possint.



v.41. *Nunc Capitolino veluti turbante Camillo,*

Ensibus, & trutina Galli fugere relicta, &c.] Camillus enim Gallos in captiuo auro pendendo deditos atq; occupatos de improuiso adortus Roma pepulit. Proin, *turbante*, hoc loco absolutè positum obseruabis: Sic Cælius ad M. Tullium: *M. Seruilius, postquam, vt cæperat, in rebus omnibus turbarat*. Sed clarius aliquanto Plautus noster Bacchid. *Turbat equus lepidè ligneus*. & passim alibi. Etiam, *Ensibus*, scripsi, spreta earum Editionum scriptura, quæ *lancibus* habent: vt respiciat ad illud scilicet, quod Roma capta ab iisdem, Senonibus illis, quos dixi, Brennus eorum Rex, dum aurum ex pacto adpenditur, de iniqua ponderum exactione querenti Ap. Claudio, adiecto ad pondera gladio responderit, VE VICTIS. Vide Festum.

v.47. *Cæteraq; illa manus bello fecunda* (al. *facunda*) *secundo*.] Bellum Punicum secundum intelligit, qua tempestate efflorescere maxime ac sese extollere cœperunt Romana ingenia, iuxta veteris illam Poëtæ sententiam:

Punico bello secundo Musa pennato gradu
Intulit se bellicosam Romuli in gentem feram.

Habes porrò:

v.38. *Quos inter Prisci sententia dia Catonis*] *Prisci* hic non epithetum est, sed cognomentum, quo à Romanis insignitus Cato. Auctor Plutarchus. eò dico, ne quis hoc ipsum ad Censorii illius ætatem falso pertinere persuadeat sibi, neq; aliter Horat. locus accipiendus lib. III. Od. XXI.

Narratur & prisci Catonis
Sæpe mero maduisse virtus.

Vbi *Prisci Catonis virtutem* pro Catone ipso summa virtute prædito positam, operæ pretium est obseruare. Proinde & capitali litera vtrobique scribendum. Sed & postremum hexametri huius hemistichium quis ab Horatio esse non videt, ita lib. I. Sat. II. scriptitante.

——*Macte*
Virtute esto, inquit sententia dia Catonis.

ad imitationem Lucilliani illius maxime:

Valeri sententia dia. Pergit Sulpicia:

v.49. *Vtrumne secundis,*
An magis aduersis staret Romana propago.

Scilicet aduersis.] Hoc est facile scias aduersis potius, quam secundis consistere Maiestatem Imperii Romani. est enim *scilicet*, scire licet. Quomodo & *videlicet* apud Plautum, pro videre licet. Neque quicquam

quam hacce sententia vetius. Vnde & Nasica ille ad reprimendam nequitiam, seruandosque optimos illos, hoc est, antiquos mores (quibus *rem Romanam stare* potissimum Ennio quoq; persuasum fuerat iam olim) cuiusmodi scilicet in Populo Romano inter secundum & postremum bellum Carthaginiense maximè viguisse, non quidem amore iustitiæ, sed formidine infidæ pacis, cognitum nobis ex fragmentis Sallustianis: Nasica ille, inquam, cordatus, quamuis Catone aduersante, vt metu vitia cohiberentur, Carthaginem nolebat euerti. quod vt, cum iis quæ sequuntur, rectius etiam intelligatur nonnulla argumento huic consentanea ex Catonis ipsius Censoria pro Rhodiensibus oratione, apud Agellium lecta, huc oblata bellissima occasione transcribam. Sunt verò hæc ex V. Originum eiusdem libro à politissimo illo Atticarum Noctium auctore nobis quasi per manus tradita: *Scio solere plerisque hominibus rebus secundis atque prolixis atque prosperis animum excellentem atque superbiam, atq. ferocitatem augescere atque crescere(* vbi item notabis duarum linearum spatio coniunctionem *atque* iteratam plus minus quinquies) *quod nunc mihi magna cura est, quod hac res tam secundè processerit, ne quid consulendo aduersi eueniat, quod nostras secundas res confricet, neve hac lætitia nimis luxuriose eueniat. Aduersa res se domant, & docent quid facto opus sit. Secunda res lætitia transuorsum trudere solent à recte consulendo atque intelligendo.* Et deinde postea: *Atque haud scio, an partim eorum fuerint, qui non nostra contumelia causa id voluerant euenire; sed enim metuere, si nemo esset homo quem vereremur, quicquid liberet, faceremus.* Ad Sulpiciam tandem reueniamus:

v. 51. *Nam quum defendier armis*

Suadet amor patriæ, & captiua Penatibus vxor,

Conuenit vt vespis.] *Conuenit* pendere à *Penatibus* videtur, vt dicat Satyrica, *Penatibus*, hoc est cultoribus Penatium & domorum vrbis statim, vbi quid aduersi coortum est, conuenire inter se concorditer, vnoque animo in hostem pergere, quamuis inimicissimis antea. Cæteroqui quonam, *conuenit* istud, alio referri possit non video.

v. 55. *Ast vbi apes secura redit oblita fauorum,*

Plebs fraterque vna somno moriuntur obeso.] Quid est *frater?* nescio equidem, neque ego istud verbum emissem titiuilitio. Itaque non dubito, quin *Plebs, Patresque* scripserit Sulpicia, apum situ marcessentium Rempublicam Concilia, ducesque ac vulgus, Senatui Populoque Romano (quos quidem *Plebis*, ac *Patrum* nomine comprehendit) iam murcido prorsus, incultuque proinde ac socordia torpescenti, aptissima vtique similitudine componens ac circumscribens.

kkK 2 v. 58. *Hac*

v. 58. *Hæc fabella modo pausam facit.*] Malim potius : *Hoc fabella modo*, &c.

Pag. 99. v. 2. v. 62. *Tantum Romana Calenos*

Mœnia, iucundos pariterque aduerte, Sabinos.] Emendandum *Caleno*; item, *Auerte Sabinos*, non *aduerte*. Vnum enim hoc deprecatur Sulpicia, non coniugi ſuo, (à quo tenerrimè amari ſeſe, certiſſimis experimentis cognitum ac prouiſum habebat) in tanta Reipublicæ perturbatione, Muſis ſcilicet, cum omni diſciplinarum cætu, importuniſſima Tyrannici Edicti proſcriptione procul emigrantibus, cariſſimo Caleno, inquam, Romæ porrò lubeat permanere, cœli Sabini deſiderium, atque Vrbanum illud togatæ comitatis otium vxoriis complexibus præferenti. Subiicit eadem haud multo poſt ex perſona Calliopes reſpondentis ſibi:

v. 67. *Nam Laureta Numæ, fonteſque habitamus eoſdem,*

Et comite Ægeriâ ridemus inania cœpta.] Quò non inſcitè accommodare poteris illa Iuuenalis ex Satyr. III. de Vmbritio Roma itidem emigrante, & quidem iiſdem penè temporibus, de quibus apud Muſam ſuam tanta cum indignatione queritur Heroina hæc noſtra:

Subſtitit ad veteres arcus, madidamq. Capenam;
Hic vbi nocturna Numa conſtituebat amicæ:
Nunc ſacri fontis nemus, & delubra locantur
Iudæis; quorum cophinus, fenumque ſupellex.
Omnis enim populo mercedem pendere iuſſa eſt
Arbor, & eiectis mendicat ſilua Camœnis.
In vallem Ægeriæ deſcendimus, &c.

Concludit porrò præſagitiones ſuas Calliope Sulpiciana aiens:

v. 69. *Viue vale. manet hunc pulchrum tua fama dolorem.*] At concinnior exſtitura ſententia videtur, ſi, *ſua*, potius reſcribatur. Addit poſtremò promiſſi ſui præſtationem.

v. 70. *Muſarum ſpondet chorus, & Romanus Apollo.*] Propter Ædem Apollinis Palatini ſcilicet, ac Bibliothecam inibi ab Auguſto iam pridem conſecratam. qua de re plura Commentariolum noſtrum Horatianum, qui volet, conſulito.

PETRI

PETRI PITHOEI JC.

Anno Christi 1579.

NOTÆ
IN PERVIGILIUM VENERIS.

Pag. 95. v. 8.

LECTORI.



Vis mos veteribus, cum desperatos ante ianuas collocarent, vt vel extremum spiritum redderent, vel possent à transeuntibus forte curari, idem mihi consilium fuit in deponendis huius poëmatis, sanè antiqui, siue Catulli, siue alterius sit, reliquiis, quarum ego salutem commendatam cupio vel Medicorum pueris, dum qua fide à nobis exhibentur de vetustissimo, sed vnico, exemplari, eadem, vt par est, ab omnibus tractentur.

Vers. 1. *Cras amet*] De hoc Poëmatio Desid. Erasmus Prouerb. Cent. VIII. *Meminit*, inquit, *de Amyclarum silentio & Catullus, nisi fallit inscriptio Carminis de Vere, quod nuper nobis Aldus Manutius noster exhibuit, repertum in antiquissima quadam Galliæ bibliotheca.* Sed & post Erasmum Lilius Gyraldus Dialog. x. de Poëtis: *Aldum Manutium memini dicere, se Catulli poëma habere, quod Ver inscribitur. Idem & Erasmus fatetur: necdum tamen mihi illud videre contigit.* De vtroque vni Erasmo facilè credimus, qui magnam veterum Romanorum scriptorum partem * Galliæ bibliothecis pridem deberi scimus: & tamen potuit bonos viros de altero fefellisse exemplar, quandoquidem & in illo sane vetustissimo & fidei multæ, ex quo hæc primum edita sunt, non longo interuallo præcedit *Epithalamium* Q. Valerii Catulli, cuius esse vix agnoscas; quod *Peruigilii* auctor huius in Cæsarum gratiam cecinit. Et illa tamen ætatem arguunt, maiorem omnino, quam quod ex hoc ipso poëmate versus quosdam sacrificali suo carmini inseruit Fulgentius Afer lib. 1. Mytholog. quasi παρῳδίους, ita:

Numeri notant versus ipsius Carminis, non pagmarum huius editionis.

** Hoc an verum sit, docebit te Pignorius Symbol. epistola 18.*

Vbi guttas florulentæ mane rorant purpuræ.
Humor algens, quem Serenis astra sudant noctibus.

Genus carminis, vt illud Tiberiani:

Aureos subducit ignes surdus ora lucifer.

Subscriptio ipsa præfert dictum non Veri, sed Veneri, quam Plautus facetè *noctuvigilam* appellauit, peruigilio triduano: quale fuisse & illud

Priapi verisimile est, cuius magna pars apud Arbitrum desideratur. Sed hæc Commentarii sunt, non instituti huius.

v.2. *Ver natus orb.*] Fortassis melius, *vere natus orbis est*. Nam hæc fuit non Iudæorum modo, sed ceterarum fere gentium, quæ quidem mundo natalem tribuerunt, sententia, nisi quis magis figuratè scriptum malit, *ver iuuentus orbis est*: aut, *ver renatus orbis est*.

v.5. *Cras amorem copul.*] Perspicuè legendum *amorum*.

v.6. *Gazas vir.*] Melius *casas*. Tibullus;

Ludit, & ex virgis extruit arte casas.

v.5. *Subl. trono*] Sunt qui malint *thoro*. Sed & in vetusto epigrammate de Augusti cœna δωδεκαθέων meminimus scriptum;

Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.

v.7. *Tunc quiuore desuper*] An potius,

Tunc liquore de superno, spumeo ponti è globo
Cærulas inter cateruas, inter & bipedes equos
Fecit vndantem Dionem de maritis imbribus.

Nota sunt epigrammata veterum εἰς Ἀφροδίτην ἀνεχομένην ἐκ θαλάσσης. Et in fragmento Polyhistoris Pontici, quod Iulio Solino in veteribus libris adscriptum reperimus, de Venere legas:

——quæ semine cœli
Parturiente salo diuini germinis æstu
Spumea Purpureis dum sanguinat vnda profundis
Nasceris è pelago, placido dea prosata mundo.

v.14. *Ipsa surgentis pap.*] Rectius fortassis; *Ipsa turgentis papillas de Fauoni spiritu Vrguet in toros stupentes.*

v.19. *Prodiderunt purpuræ*] Videtur legendum *prodierunt*. Nec abs re suspicetur quis & hæc, & alia quædam in hoc carmine confusa, nec suo loco posita.

v.21. *Mane virgineas papilla*] Placet coniectura:

Mane virgines papillas soluit, humenti peplo;
Ipsa iussit mane vt vdo virgines nubant rosæ
Fusa aprino de cruore, deque amoris osculis,
Deque gemmis, deque flammis, deque Solis purpuris.

v.26. *Vnica marito nodo*] An potius; *Vnico marite nodo non pudebit soluere.* Varro apud Nonium; *Nouus maritus tacitulus taxim vxoris soluebat cingulum.*

v.28. *Ipsa nymfas*] Melius;

Ipsa Nymfas diua luco iussit ire Myrteo:
It puer comes puellis.——

Et

Et paulo post; *Nudus ire iussus est.* Sic est infra:

Iussit & nudo puellas nil Amori credere.

v.35. *Totus est in ermis*] Lege in *armis*.

v.40. *Si deceret virginem*] Auctor poëmatii de Herone & Leandro;

Παρθένον οὐκ ἐπέοικεν ὑποδρήσσειν Ἀφροδίτῃ.
Παρθενικαῖς οὐ κύπρις ἰαίνεται.

v.41. *Feriatis noctibus*] Melius *feriatos*. Est & *peruigilii triduani* exemplum apud Liuium lib.23. Sed hoc Veneris in silua, aut nemore, ante diem nuptiarum.

v.45. *Peruigilia canticis*] An potius, *peruigilata*? vt apud Corn. Tacitum; *Peruigilata nox conuiuio.*

v.50. *Annus adtul.*] Omninò leg. *annus*, vel Aennas, vt apud Arnobium lib.5. vet. exemp. *Et in altera fabula Ennade nemus.*

v.51. *Hibla flor. rumpe rest.*] An, *Hibla florum rumpe vestes quantus Ætnæ campus est*: Vt vestium nomine significet thecas & vaginas florum: & campi; planitiem ad radices montis Ætnæ, fontibus floribusque amœnissimam? nisi quis malit, *Hibla florum rumpe restes quantus Aennæ campus est.* Nam & sic Plinius *allii restes* dixit; & in nemore Aennensi flores legens Proserpina rapta dicitur.

v.54. *Alitis*] Id est, Amoris, siue Cupidinis.

v.55. *Iussit & nullo*] Supra monuimus legendum *nudo*, id est sine armis.

v.57. *Et regentibus vergentes*] Fortassis lectius legatur;

Et recentibus virentes ducat vmbras floribus.
Cras erit qui primis æther copulabit nuptias.
Vt pater roris crearet vernus annum nubibus
In sinum maritus imber fluxit almæ coniugis:

v.61. *Vt fœtus immistus omnes aleret magno corpore*
Ipsa venas atque mentem permeante spiritu
Intus, &c. Euripides non apud Aristotel. modò lib. 8. Ethic. sed apud Athenæum lib.13. & Stobæum in Physic.

Ἐρᾷ μὲν ὄμβρου γαῖ', ὅταν ξηρὸν πέδον
Ἄκαρπον αὐχμῷ, νοτίδος ἐνδεῶς ἔχει.
Ἐρᾷ δ' ὁ σεμνὸς οὐρανὸς πληρούμενος
Ὄμβρου πεσεῖν εἰς γαῖαν Ἀφροδίτης ὕπο,
Ὅταν δὲ συμμιχθῆτον ἐς ταυτὸν δύο,
Τίκτουσι μὲν πάντα, καὶ ἐκτρέφουσ' ἅμα.

Hic etiam confer Virgiliana illa lib.2. Georgic.

Tum pater omnipotens, fœcundus imbribus æther
Coniugis in gremium lætæ descendit, & omnes
Magnus alit magno commixtus corpore fœtus.

Pater igitur *roris* Iupiter, vel æther, vt Arnob. lib. 5. vt Lucretio 1. de Natura rerum, vnde illa Virgiliana expressa videntur,

——Pereunt imbris vbi eos pater æther
In gremium matris terrai præcipitauit.

Et vernus, vt Iuuenal. Satyr. 5.

——Fremeret sæua cum grandine vernus
Iuppiter——

Nec abludunt illa Solini ex Pontico, quæ supra.

v. 71. *Romulas*] Versus ratio exigit vt scribatur, *Romuleas*, & paulo post,

Vnde Ramnes & Quirites: proque prole posterum Romuli patrem creauit & nepotem Cæsarem.

v. 77. *Suscepit sinu*] Virgilius;

——Tellure cadentem
Excepi, fouique sinu.——

v. 80. *Ecce iam super genestas*] Melius fortassis

Quisque cœtus continetur coniugali fœdere.
Ecce iam super genestas explicant tauri latus,
Subter vmquam cum maritis ecce balatum gregem.

Calpurnius Egl. 1. iisdem fere verbis;

Cernis vt ecce pater quas tradidit ornite vaccæ,
Molle sub hirsuta latus explicuere genesta.

v. 85. *Adsonante aërii*] Scribe potius, ac distingue sic:

Adsonant Terei puellæ subter vmbram populi,
Vt putes motus amoris ore dici musico,
Et neges queri sororem de marito barbaro.
Illa cantat, nos tacemus. quando ver venit meum?
Quando fiet, muta chelidon, vt tacere desinam?

EIVS-

EIVSDEM NOTÆ

Pa.93.v.23.

IN FLORIDVM DE QVALITATE VITÆ.

Numeri notant themata, & singulorum thematum versus.

Θ.1. v.1. *Plenus adsis vicibus*] An potius?

——Lenis adsis vitibus
Et pluas dulcem liquorem.——

v.3. *Ne malignis suenulis*] Fortassis melius, *ne malignis venulis Asperum ducat saporem versum in vsus alteros.*

θ.3. v.3. *Ambo de Comis*] Videtur repetendum illud, *ambo*, & legendum: *Ambo de Comis calorem, & ambo radios conserunt.*

θ.4. v.4. *Gliscit arbor*] Melius, *gliscit ardor.* & hic facilè agnoscas Virgiliana illa ex Theocrito,

——*Tenerisque meos incidere amores*
Arboribus: crescent illæ, crescetis amores.

θ.5. v.1. *Qui mali sunt* &c.] Versus ratio postulat vt legamus, *abs aluo*: vel potius, *ex aluo.* expressit vero Theognidis illud ad verbum,

Οἱ κακοὶ οὐ πάντως κακοὶ ἐκ γαστρὸς γεγόνασιν,
Ἀλλ᾽ ἄνδρεσσι κακοῖς συνθέμενοι φιλίην.

θ.6. v.1. *Mille effugia*] Emenda *offucias*, id est, vt Sext. Pompeius interpretatur, fallacias. Aul. Gell. lib.14. Noct. Attic. de Chaldæis ad locum: *Sed id præstigiarum atque offuciarum genus commentos esse homines æruscatores.* Plautus Captiuis;

Ita demum antiquis est adolescens moribus,
Quoi nunquam vultum tranquillauit Graius,
Condigne est pater eius moratus moribus.

v. 2. *Ciue Rom. per vrbem*] Legendum est, *per orbem*, sententia postulante.

θ.7. v.5. *Nemo non hæc vera dicit*] Expressit & illud veteris Poëtæ Græci εἰς γάμον:

οὐκ ἔστι γημάς ὅστις οὐ χειμάζεται εἰδότες,
λέγουσιν πάντες, καὶ γαμοῦσιν.

Anno Christi 1580.

IVSTI LIPSII
NOTÆ
IN PERVIGILIVM VENERIS.

Ex Electorum lib. I. cap. V.



T Plautina illa mulier in Truculento, alienam prolem: sic ego hoc capite

Alienos ibo labores suppositum mihi.

Carmen vulgabo, quod Clarissimus Iurisconsultus Petrus Pithœus munus mihi misit: sed carmen non visum anteà, non lectum, & cui meritò præfabor; *Fauete linguis.* Repperit vir doctissimus & diligentissimus harum rerum, in vetusto eoque vnico exemplari: & inde qua fide ille transcripsit, eadem hic referam: sine fraude quidem: quia ista quasi adoptio, volente amico nostro est, imò iubente. Carmen sic habet:

Pag. 95. v. 8. *Cras amet, qui numquam amauit, quique amauit, cras amet* &c.

Elegans mehercle & quantiuis pretii carmen; molle, tenerum, sed Romanis, vt sic dicam, non Alexandrinis deliciis. In eo aliquot menda: quæ priusquam tollam, quæram de titulis, & de Scriptore. Titulus fuit, *Peruigilium Veneris.* Colligo facile ex subscriptione: *Explicuit Peruigilium Veneris.* Ex titulo non ignotum argumentum. Laudatio enim Veneris fuit, composita quasi per occasionem peruigilii, quod tres ipsas noctes in honorem Deæ agebant. Faciunt illuc versus in hoc Carmine:

Ipsa vellet vt venires, si deceret virginem:
Iam tribus choros videres feriatos noctibus.

Et illa Plauti Curculione:

Quid? tu Veneri peruigilare te vouisti Phædrome?
Nam hoc quidem haud multo post luce lucebit.

Sed & *peruigilandi* honos vulgatus in ceteros Deos. Fortunæ peruigilium est apud Suetonium in Galba cap. IV. *Fortunæ simulacrum in parte ædium consecratarum menstruis deinceps supplicationibus, & peruigilio anniuersario coluit.* Cereris apud Tacitũ: *Lectisternia & peruigilia celebrauere feminæ, quibus mariti erant.* Incertum cui Deo, Deæ, apud Liuium lib. XXIII. per tres item noctes: *Triduum sacrificatum ad Hamas. Nocturnum erat sacrum, ita vt ante mediam noctem compleretur. Gracchus castra Campana, vt in peruigilio,* neglecta

neglecta simul omnibus partis inuadit. Peruigilii meminit iterum Suetonius in Caligula, cap. LIV. & Vitellio cap. X. Titulum ergò inueni: Scriptorem quæram, & non inueniam. Ducti elegantia carminis quidam Catullum Veronensem esse censuerunt: alii, in quies Scaliger, Catullum Vrbicarium Poëtam, nominatum Iuuenali,

——Clamosum ageret cum Phasma Catulli.

Neutèr potest, nisi me fallit ratio temporum, quam subduxi non vanis coniecturis. Natum enim comperior hoc Carmen in imperio Augusti. argumento horum versuum,

Vnde Rhamnes & Quirites, proque prole posterûm
Romoli, patrem crearet & nepotem Cæsarem.

Ita legendum, non *matrem*, doceo infra. *Pater* Cæsar, Diuus Iulius est; *nepos*, Augustus. Sæpe ita discriminandi causa historici. Suetonius; *Cæsario, quem ex Cæsare patre concepisse Cleopatra prædicabatur.* & alii sæpius. At hæc tam quæsitæ blanditiæ aduersus Augustum, quomodo conuenient, nisi in hoc æuum? Non ergò Catulli Veronensis. Dico amplius: post Virgilium vixit hic scriptor. Certè locus ille totus,

*Et Pant * totis crearet vernis annum nubibus*
In sinum maritus imber fluxit almæ coniugis
Vt fetus immixtus omnes aleret magno corpore.

non abest, quin è Virgiliano isto expressus sit,

Dum pater omnipotens fecundis imbribus æther
Coniugis in læta gremium descendit, & omnes
Magnus alit magno commistus corpore fetus.

Postremo quidem versu etiam ad verbum, vt ego restitui. Nisi tamen Virgilius hæc ab illo; quod non censeo. Sanè quisquis Scriptor, non ambigo, quin extrema sub tempora genitum hoc Carmen Augusti. Ita Catulli illius germani non erit; quia ætate relinquitur: non illius minuti Vrbicarii, quia anteit. Cetera videbit Phœbus. ego transeo ad versus ipsos, quos sanabo, cum Homero ἐς πόδας ἐκ κεφαλῆς. Principio carminis non dubium quin multa desint. Illo versu,

v. 2. *Ver nouum, ver iam canorum, ver natus orbis est*] Eleganter Pythœus, *verè natus orbis es.* nec malè ego, *ver renatus orbis est.* Sententia gemina huic Plinianæ; Arborum flos est pleni veris indicium, & anni renascentis.

v. 3. *Vere nubent alites*] Scribo, *nubunt.*

v. 5. *Cras amorem copul.*] Pithœus, *amorum.*

v. 6. *Gazas virentes*] Pith. *casas*, verè.

v. 7. *Sublimi trono*] Malim, *thoro*.

v. 9. *Tunc quiuore desuper huc spumeo Ponti de globo*] Amicus ille noster *Inno rore de supernis*. Mihi correctio apud Ianum Douzam fabulanti feliciter sub manu nata, *Tunc cruore de superno ac spumeo ponti è globo*. Nihil clarius. Tangit fabulam, qua fingitur Venus è spuma maris nata, & è sanguine * Prolium (vt honestè dicam) Cæli. Tibullus,

* Med. testiculorum.

——in sanguine natam
Is Venerem è rabido sentiet esse mari.

Arnobius; *Nunquid à nobis dicitur ex pelagi spuma, & ex Cæli genitalibus amputatis Cytherea Veneris concretum coaluisse candorem?* Paulo post etiam scribe.

v. 11. *Fecit vndantem Dione de maritis imbribus*] Lego, *Dionem*. *Maritos imbres* appellat *Spumam* & *Cruorem*, sane quam eleganter. Desunt autem hîc minimum seni aut septeni versus, quod apparet ex versu intercalari præproperè posito.

v. 13. *Ipsa gemmas purpurantem*] Pith. *gemmans*, potest etiam *gemmeis*.

v. 14. *Ipsa surgentes papillas de Faboni paritu Vrguet in totos * pentes*] Truncatam vocem arbitror, & scribo, *Vrguet in thoros tepentes*. Priori etiam versu malim, *turgentes papillas*. *Fauonii Spiritum* verè inuenit & ingeniose Pithœus.

v. 16. *Noctis aura quem relinquit*] Legerim, *quem reliquit*.

v. 17. *Et me canat lacrimæ trementes de tadum pondere*] Videor pro parte emendare posse, *Et micant lacrimæ trementes*. Intelligit autem guttulas illas è rore subsilientes & lasciuientes. Cetera non possum. Lernutius noster, *decadiuo pondere*.

v. 19. *Prodiderunt purpuræ*] Pith. *prodierunt*.

v. 21. *Mane virgineas papillas*] Scribo, *virgines papillas*, nondum compressas & maritas.

v. 22. *Ipiussit mane tuæ virgines nubant rosæ*] Pithœus, *Ipsa iussit*: rectè. Reliqua sic Ianus Douza: Douza, inquam, meus, non iterum in transcursu dicendus. Tot mihi in illum iusti amoris caussæ, tot admirationis sunt. Omitto poësim, & cum poësi supra hoc sæculum doctrinam; probitas & ingenui mores, &, quæ nihil gratiæ caussa facit, gratia. Dii boni, in quo homine paria sunt, aut erunt! Vt verè de illo hoc elogium, & ad præstationem, quod dicitur, scripturus sim; Vera proles Musarum, & alumnus Gratiarum. Nec abripit amor me. iudicio hoc scribo, si quid vmquam: & peto quæsoque (vita tantum mihi aut fama apud posteros sit) ita hæc legant, non quasi laudem ab amico; sed sententiam à iurato teste. Redeo in viam. Douza, inquam, legebat, *mane vt vda virgines nubant rosa*. rectissimè. Venus iussit, ait Poëta, vt mane virgines tegant se ornentque

nentque vdis ab humore noctis & quasi ebriis rosis. Nec fallet lectorem *nubendi* hîc verbum, prisca significatione velandi.

v. 23. *Fusta prius de cruore, deque amoris oculis*] Non diu, sed intentè mihi quæsita correctio, quam repperi, & lego, *Fusæ aprino cruore.* Ab historia hæc lectio, vel à fabula potius. Nam rosas à sanguine Adonis, quem aper occiderat, traxisse ruborem vulgò volunt Poëtæ. *Fusæ* ergò, tinctæ siue perfusæ: nisi quis eligit, *fuscæ.* Bion de hac re:

Αἷμα ῥόδον τίκτει, τὰ δὲ δάκρυα τὰν ἀνεμώναν. Ouidius, & alii.

v. 23. *Deque amoris oculis*] Pith. *osculis.*

v. 26. *Vnica marito nodo non pudent soluere*] Pith. *Vnico marite nodo non pudebit sol.*

v. 28. *Ipsa nimfas Diua loco*] Idem, *luco.*

v. 29. *Et puer comis puellis*] Pith. *Est puer comes.* Ego, *It puer comes puel.*

v. 32. *Durus ire iussus est*] Pith. *nudus ire.* recte ad sententiã. nihil habeo.

v. 35. *Totus est inermis idem*] Benè idem, *in armis.*

v. 35. *Detinent, & tota nox est peruigila canticis*] A fine legit Pith. *peruigila cant.* Ego, *peruigilà canticis*, syllaba præter vulgi morem scilicet producta, vt iambum vitemus. Ad principium emendandum conor, *Detument*, id esset, tumorem & fastum Dii illi ponunt, effusi in iocos, & solitam peruigilio hilaritatem. Scio Statium Papinium non absimiliter ea voce vsum; tamen adhuc delibero.

v. 49. *Præsens ipsa iura dicit, adsederunt Gratiæ*] Bene Douza, *Præses ipsa iura dicet, adsidebunt Gratiæ*: Et lepida hercle fictio est, vt Venus in illo tribunali quasi Præses Quæsitorque sit; Gratiæ adsectrices.

v. 50. *Quicquid annis attulit*] Pith. *annus.*

v. 51. *Hibla florum rumperest equant ethne camp.*] Idem, *quãtus Ætnæ campus est.* Fortasse sic, *Hibla florum prome vestem quantus Ennæ campus est.*

v. 54. *Mater alitas*] Pith. *alitis.*

v. 55. *Iussit & nullo puel.*] Idem, *nudo puellas.*

v. 58. *Cras erit*] Forte, *quo.*

v. 60. *In sinum maritus imber fluctus alma & coniug.*] Pith. *fluxit alma.* Ego, *fluxus.* Ita apud Lucanum; — *Æther defluxus in Austrum.*

v. 61. *Vt fletus immixtus omnis aleret magno corpore*] Dixi, & non muto, legendũ, *fœtus*; ex sententia, & Virgilio, quẽ expressit. Turbat me tamen, quod insolens eo loco Poëtæ nostro spondeus est. itaque per me sane legatur, *Vtque fetus mixtus omnes.*

v. 62. *Ipsa vernas*] Pith. *venas.*

v. 68. *In Latino transt.*] Idem, *Latinos.*

v. 71. *Romuleas*] Scribo, *Romulaas.*

v. 73. *Vnde Rhamnes & Quirites proque prole posterûm Romoli crearet, & nepotem Cæsarem*] Falsa lectio. Quid? an ex nuptiis Sabinarum cum Romanis creata mater Romuli? Atqui Romulo iam regnante iunctæ illæ innuptæ nuptiæ; nedum vt ex illis Romulo mater. Perseuero ergo legere, *proque prole posterûm Romoli, patrem cred. & nep. Cæsarem.* Sententia non dubiè in gratiam Augusti. Venus, inquit, conciliatrix fuit Romanorum Sabinarumque nuptiis, vt ex iis Rhamnes & Quirites crearet, & in postera sæcla vtrumque Cæsarem, patrem cum nepote.

v. 77. *Hunc ager cum parturiret*] Lego & distinguo;

Hunc ager cum parturisset ipsa, suscepit sinu: ——
Ipse florum, &c. ——

v. 80. *Ecce iam super genestas explicat aonii latus*] Pith. *aëdon latus.* Aut ego me anno, aut Phœbus me amauit, cum correxi, *explicant agni latus.* Nec sane significantius exprimi potuit decubitus ille ouium in latus, quasi apricantium. Id enim super genistas, myricas, & humiliores frutices.

v. 85. *Adsonant aërei puellæ*] Eleganter Pith. *Terei puellæ.*

v. 86. *Vt putas mutus*] Lego, *putes*, & deleo vbique notam rogandi. Nec plura de hoc Peruigilio, ne ipse peruigilem.

Pa. 93. v. 25.

EIVSDEM NOTÆ
IN FLORIDVM DE QVALITATE VITÆ.

HOc est alterius rei, Poëtæ tamen, vt videtur, eiusdem Carmen; quod nescio quis Baro indigitauit, *Floridum de Qualitate vitæ.* Repperit in hiisdem schedis suis Pithœus. Nihil hoc tamen ad venustatem prioris illius Carminis: sed sunt haud dubie imperiti alicuius sarcinatoris ablecta.

§. 1. v. 1. *Bacche vitium repertor*] Primum istud de Baccho insipidum: nec florem vini olet, sed flores eorum, quos non nomino.

v. 3. *Ne malignis fuenulis*] Emendo, *ne malignis vernulis Asperum duat saporem.* Intelligi vult, ne vinum acetum fiat, & potui præbeatur seruis admixta aqua. *Duat* enim, pro det. *Posca* autem vernulorum & seruorum ex aceto. Ablecto tertio.

§. 3. v. 3. *Et*

6.3. v.3. *Et radio conserunt*] Mutilum versum expleo repetita voce, quæ delituit, vt solet, in fine prioris; & scribo, *radio Dio conserunt*. Vterque calorem, inquit, à diuino radio conserit, & Phœbus & Bacchus. Græca phrasis est, *conserere calorem*. Fruere, mi lector, quisquis poësim amas, hoc Pithœi dono, fruere.

IANI DOVSÆ FILII

Anno Christi 1596.

NOTÆ

IN PERVIGILIVM VENERIS.

Pag. 91. v. 6.



IN hoc Peruigilio tantum pauca & leuia monebo post accuratissimam castigationem Clarissimi Lipsii. Quod antequam faciam, non abs re videor facturus, si fragmentum nondum editum, ex altero quodam PERVIGILIO VENERIS elegantissimo, sed nimis Latino, hîc apponam, quod à nobili ac docto adolescente Hieronymo Groslotio Lislæo integrum alicubi in Gallia extare comperi. Cæterum is hos quatuor tantum versus in memoria habebat, quos nobis recitauit. Eorum intercalare erat primum trochaicum:

Nemo tentis mentulis det, nemo neruis otium.
Ecce passeres salaces, ecce rauci turtures
Hac super virente myrto nos amoris admonent
Cum puellis dulce inire vesticontubernium.
Nemo tentis mentulis det, nemo neruis otium &c.

Pag. 94. v. 4. ibi per incuriam & chartarum transpositionem irrepsit. Debebat enim poni inter Peruigilium & Floridum, vt singulare Fragmentũ.

Voce *vesticontubernium* etiam Petronius vtitur: *Et quid agebas, inquit, frater sanctissime? quid vesticontubernium facis?* Hoc quid sit, explicat Epigrammatarius Græcus:

ἡδὺ καὶ ὁππόταν κρύψῃ μία τοὺς φιλέοντας
χλαῖνα. ———

Sed ad rem veniamus.

v. 7. *Cras Dione iura dicet fulta sublimi throno*] Hinc ποικιλόθρονον vocat Ἀφροδίτην Sappho. quamuis id vel de variegata & florida Veneris veste accipi possit, argumento illius Homerici Iliad. χ. ἐν δὲ θρόνα ποικίλ' ἔπασσε: vel de variis pharmacis, quę mortalibus propinat Venus, *curis hominũ gaudia miscens*, vt Catullus loquitur. Nam cum πολύθρονος dicatur multa habens

bens θρόνα seu pharmaca, eiusdem vocabuli vim ad ποικιλόθρονον etiam extendi posse ratio suadet.

v. 14. *Ipsa surgentes papillas*] Rectum puto *surgentes*, quod interpretor tumescentes ac sororientes, & veluti strophio obnitentes, atque, vt cum Catullo dicam, *luctantes*. Eas *horridulas* vocat Plautus in Pseudolo: *Papillarum horridularum oppressiuncula*.

v. 26. *Vnico marite nodo*] Quid si, *mariti-nodo*, vt sit ὁμοῦ?

Pa. 92. v. 14. v. 45. *Detinent & tota nox est peruigila cantibus*] Alii, *peruigilata*. Sic Tacitus *Vigilatam conuiuio noctem* dixit XIII. Annalium.

Anno Christi 1613. an-
Na 1627.

M. IOHANNIS WEITZII TYRIGETÆ NOTÆ AD PERVIGILIVM VENERIS.



E auctore huius elegantissimi Carminis ambigunt, litemque dubiam faciunt viri summi & in re litteraria facilè principes, Scaliger Phœbi ille ocellus; ad Catul. pag. 4. & litterati gloria sæculi Lipsius lib. 1. Elect. c. 5. quorum exemplum & quidam minorum Diigentium æmulantur. Stilum igitur hic interponere decretorium, *periculosæ plenum opus aleæ est:*

Nec nostrum inter eos tantas componere lites.

Saltem adscribam, quæ Casp. Barthius lib. 16. Aduersar. cap. 6. annotat; *Hoc monere*, inquit, *de vniuerso hoc carmine volumus, scriptum nos exemplar habere, vbi SENECÆ adscribitur expresse.* Et lib. 44. c. 7. *Auctor Peruigilii Veneris nec Catullus, nec Vrbicarius: fortè Seneca.* Carmen ipsum, floridum est, & haut inuita natum Venere; nec illâ Deâ indignum; vereque ἔρωτος πνεῖ, Ἀφροδίτην προξενεῖ, *Amorem spirat, Venerem conciliat*; vt est apud Achillem Tatium in diuinô Rosæ encomiô: atque adeò,

Tam liquidum, tam dulce sonat, vt non ego malim,
Quod Peligna legunt examina, lambere nectar.

Perui-

Peruigilium.] Gloss. παννυχισμὸς καὶ ἡ διὰ νυκτὸς ἀγρυπνία. *Peruigilatio* παννυχὶς. *Peruigilat*, παννυχίζει. *Et alt.* παννυχὶς, *hoc excubium, peruigilium*. Debebatur Veneri, quam Plautus facetè *Noctuvigilam* appellauit, triduanum; vt est 1. v. 43. vide Ian. Guliel. in Curcul. cap. 3. De vigiliis sacrisque & Orgiis nocturnis siue παννυχισμοῖς aliorum nonnullorum Deorum, videtor Didac. Couarr. tom. 2. Var. resolut. cap. 19. Pag. 356. & seq. Hospinian. de Orig. festor. Christ. pag. 26.

Vers. 2. *Ver canorum.*] Propter auiculas; quæ, *quando est noua temporis ætas, tepidum concentibus aëra mulcent*: Ouid. 1. Fast. v. 151. & 155. 3. Trist. 12. aut, vt est apud Virg. 2. Georg. v. 328. *Auia tū resonant auibus virgulta canoris*. Longus Pœmen. lib. 1. pag. 11, ἦρ⊙ ἀρχῇ attribuit ἦχον ὀρνίθων μουσικῶν. Et mox inquit: τὰς λόχμας κατῇδον ὄρνιθες, *aues cantu arbustis obstrepebant*. Apuleius lib. XI. *Canoræ etiam auiculæ, prolectante verno vapore, concentus suaues adsonant*. Petron. de bello Ciuili:

——Verno persona cantu
Mollia discordi strepitu virgulta loquuntur.

Fulgent. Mytholog. lib. 1. *Auium vernilitas fragili quadam dulcedine crispantes sibilos corneis organulis edit*. Lege Lactant. carmine de resurrectione Domini v. 29. Georg. Gallum Chrudimenum, poëtam Bohemum, in Epigramm. de fœtura auicular.

v. 2. *Ver, renatus orbis est.*] Basil. M. hom. 6. Hexaëm. ἐπινάγει τὴν ἰσημερίαν, ἐγίνεται ἔαρ, πᾶσι μὲν φυτοῖς τῆς βλαστήσεως ἀρχηγὸν, δένδρων δὲ τοῖς πλείστοις παρέχον τὴν ἀναβίωσιν. ζώοις τοῖς δὲ χερσαίοις καὶ ἐνύδροις ἅπασι τὸ γένος φυλάσσον ἐκ τῆς τῶν ἐπιγινομένων διαδοχῆς. Et quod *Ver* gratissimum sit ex quatuor annorum partibus, testis est paræmia, qua vtimur, cum è re, seu negotio quippiam eximium præcipuumque auferri indicamus: *Ver ex anno tollere*. Vide Virgil. 2. Georg. v. 336. & ibi Interpretes Landinum, Ramum, Hegendorphinum, Pimpontium, Pontanum de la Cerda, Mayen, & alios, Maximil. Sandæum in Maria Flore mystic. Orat. 3. & ibid. in Not. Plin. lib. 16. cap. 25. *Arborum flos, est plenè veris indicium & anni renascentis flos, gaudium arborum*. Lactant. d. l. *Ecce renascentis testatur gratia mundi, Omnia cum Domino dona redisse suo*. Calpurnius Eclog. 5. v. 21. *Tunc florent siluæ, viridisque renascitur annus*. Lipsius Physiolog. Stoicor. lib. 2. cap. 9. leg. *Vere natus orbis est*. Vere videlicet natum esse mundum volunt, Sole in Ariete existente Panegyristes ad Maximinianum: *Diuinus ille vestræ Maiestatis ortus ipso, quo illuxit, auspicio veris illustrior, augustiore fulgens luminis claritate, quàm cùm ORIGINEM MVNDI NASCENTIS animauit*. Et statim: *O felix beatumque ver nouo partu! ô tempus, quo merito OMNIA NATA esse credantur! ô Kalendæ Martiæ,* *sicuti*

sicuti olim annorum voluentium, ita nunc æternorum auspices Imperatorum. Vide inibi alia quoque: & plura de controuersia, *Num in vere mundus creatus*, apud Rodolph. Hospinian. de Orig. Festorum Iudæorum & Ethnic. pag. 5. Eliam Cüchler. in Dissertat. de Problemate, *Verene an Autumno mundus sit conditus?* Fungerum in Etymolog. verb. *Ver*; Scaliger. lib. de Emendat. tempor. Bernard. Calellium in tract. de Mundi creation. Valent. Naibodum Primar. de cœlo & terra institut. lib 1. Othon. Casmannum in Cosmopœia, Andr. Libauium in Considerat. de Vniuersit. & Origin. rer. conditar.

v. 3. *Vere concordant amores.*] Oppianus dilucidè hoc exponit Cyneget. 1. v. 377.

Εἴαρι γὰρ μᾶλλον φιλοτήσια μέμβλεται ἔργα
θηρσί τε, καὶ σκυλάκεσσι, καὶ οὐλομένοισι δράκουσιν,
ἠερίοισί τ' ὄρνισι, καὶ εἰναλίοις νεπόδεσσιν.
εἴαρι πόντος ὅλος δὲ πέλει σμαραγεῖ κυθερείῃ.
καὶ νέποδες γαμέοντες, ἐπιφελάουσι γαλήνῃ.
εἴαρι καὶ τρήρωνες ἐπιθύνουσι πελείαις, &c.
καὶ δ' αὐτοῖς μερόπεσσιν ἐν εἴαρι μᾶλλον ἔρωτες.
εἴαρι γὰρ πάνδημος ἐπιβρίθει κυθέρεια.

Quem locum non parum declarari, ait Philologus ille eximius, Rittershusius, collatione eius facta cum Peruigilio hoc Veneris. Vide eundem Oppian. Halieut. 1. v. 473.

v. 3. *Nubunt alites.*] Συνουσιάζουσιν, ἢ ἀφροδισιάζουσι. Ouid. 2. de Arte v. 481. *Ales habet, quod amet.* Et Metamorph. 9. v. 734. *Aues coëunt.* Manil. l. 3. v. 65. de Vere:

Tunc pecudum volucrumque genus per pabula lata:
In Venerem partumque ruunt, totumque canora
Voce nemus loquitur, frondemque virescit in omnem.

Lucretius lib. 1. de Natur. rer. in princip. ad Venerem, de verno tempore:

Aeriæ primum volucres te, Diua, tuumque
Significant initum perculsæ corda tua vi.

Lipsius Centur. 1. epist. 27. ad Stellam Venerem pro horto:

Quâ sine nec flores hortos, nec gramina campos
Vestierint, neque frugiferas animalia terras,
Quæve solum pedibus sulcant, quæve aera pennis.

Quem præstantissimi viri lusum poëticum, nolim tam profanè traductum à viro itidem docto, Georg. Thomsono Scoto in Vindice verit. aduersus Lips. lib. 1. cap. 1. Sed hanc inuidiam facile amolitur licentia

poëta-

poëtarum, cum literarum, quas profitemur, humanitas. Porrò Isaac. Pontan. in Macrob. lib. 7. c. 16. leg. *pubent*, h.e. vernant.

v. 4. *Et nemus.*] De Vere elegantissimam habes descriptionem Antholog. 1. quam inde pete, & confer eius Latinam metaphrasin C. Rittershusii ex commentario ad lib. 1. Halieut. Oppiani.

v. 4. *Comam resoluit.*] Ἀνοίγει τῶν φύλλων τὰ χείλη, vt loquitur Achilles Tatius lib. 2. de Rosa. Apud Manil. l. 3. v. 639. *tenebras resoluere* dicitur Capricornus, h.e. vt ibidem explicatur; *producere diem*, seu *luces & noctis tempora cogere.*

v. 4. *Comam.*] φύλλα seu frondes, arborum comæ sunt siue crines. Vide Ind. Dracont. in *Comæ*, & Not. ad Seueri Endeleichi Bucolicum v. 86. Virg. 2. Æneid. *Et tremefacta comam* (ornus) *concusso vertice nutat.* Et 7. Æneid. *Laurus sacra comam.* Ouid. de Nuce v. 20. *Cœpimus in patulas luxuriare comas.* Lactant. de resurrect. Domini. *Plaudit quæque suis arbor amœna comis.* Arator lib. 2. in Acta Apostolorum: *Pullulat interea nitidi coma frondea veris.* Sedulius lib. IV. de ficu: *cuius in robore nullum*

Repperit esuriens lustrato stipite pomum,
Arboreisque comis.

Orientius in commonitorio:

Respice nudatas brumali frigore siluas
Iam desperatis luxuriare comis.

Galterus Alexand. x. v. 198.

——stupet æthera tellus
Arboreis viduata comis, vmbraque perenni.

Notat hunc locum & Frid. Lindenbruch. ad Catalecta Scaligeri p. 324. Hinc etiam *pubere* dicuntur plantæ, cum comas spargunt. Walafridus Strabus in Hortul. cap. 5.

Nec minus abrotoni promptum est mirarier altè
Pubentis frutices, & quas inspirat aristas
Ramorum vbertas, tenues imitata capillos,
Huius odoratum lento cum vimine crinem &c.

Sic *pubentes herbæ* Virgilio. Et Claudian. de Rapt. Proserp. lib. 2.

—Nunc omnia fœtu Pubescant virgulta.—

Hadrian. Iunius in Comment. de Coma cap. 4.

v. 4. *De maritis imbribus.*] Venusta Translatio ab hominum coniugatione ad res alias. Qua vsus est & Dracontius meus de Opificio sex dierum v. 333. vti quidem exposuit *ingeniosissimus Toelmannus.* Non absonum & alienum est, quo antiqui *terram Matrem* appellitant, *Aethera patrem.*

trem. Virgil. 2. Georg. v. 325. *Tum pater omnipotens fecundis imbribus AEther coniugis in gremium latæ descendit.* Lucret. 1. v. 246. *pereunt imbres, ubi eos pater AEther in gremium matris terrai præcipitauit.* Cœl. Rhodig. lib. 21. cap. 34. Non dissimili schemate Nonnus lib. 26. v. 23. de Indo fluuio:

> Καὶ χθόνα πιαλέην ἀγκάζεται ὑγρὸς ἀκοίτης
> τέρπων ἰκμαλέοισι φιλήμασι διψάδα νύμφην,
> οἶστρον ἔχων πολύπηχυν ἁμαλλοτόκων ὑμεναίων, &c.

Et lib. 42. v. 292.

> διψαλέη ποτὲ γαῖα Διὸς νυμφεύεται ὄλβῳ.

Claudian 2. de Raptu v. 89. de Zephyro: *Et glebas fecundo rore maritat.* Alcimus lib. 1. de Nilo:

> *At postquam largo fecundans germina potu*
> *Lymfa maritauit sitientis viscera terræ.*

Vide quæ ad Horat. noto, Epod. 2. v. 10.

v. 5. *Amorum copulatrix.*] Vnde à Philodemo Antholog. 1. cap. 32. πόθων μήτηρ ἀελλοπόδων indigitatur. Referes huc non malè illa Varronis de Lat. ling. l. 4. *Causa nascendi duplex: Ignis & Aqua. Ideo in nuptiis in limine adhibentur, quod coniungit hic. Et mas ignis, quod ibi semen; aqua femina, quod fetus ab eius humore; & eorum iunctione sumit Venus. Hinc Comicus: Victrix Venus videsne hac? non quod vincere velit Venus, sed quod vincire & vinciri ipsa.*

v. 5. *Inter umbras arborum.*] Mater enim amorum circumfusa umbræ nebula oberrare solet. Fauet enim furtis Veneris umbra: pauidos alioquin amatores confirmat, & velo suo inuoluit. Iohan. Wouwer. de Vmbra cap. 24.

v. 6. *Implicat.*] Achilles Tatius lib. 1. ἐγένετο τοῖς ἄνθεσιν ὄροφος ἡ τῶν φύλλων συμπλοκή. Prudentius Amœnus in Enchirid. v. 13. *Ilex ubi frondea Mambræ Armentale senis prætexit culmen.*

v. 6. *Casas.*] Gloss. καλύβη, casa, *tugurium, pergula.* Et σκηνὴ ἀγροίκων, *casa, tugurium.* Et alt. *casa,* καλύβη, οἶκος. Fest. *casa, à cauatione dicta.* Isidor. Orig. 14. c. 12. *Casa est agreste habitaculum, palis atque virgultis, arundinibusque contextum, quibus possint homines tueri à vi frigoris vel caloris iniuria.* Lucret. l. 6. v. 1254. *penitusque casis contrusa iacebant corpora.* Virgil. Eclog. 2. *Atque humiles habitare casas.*

v. 6. *De flagello.*] Onomast. *Flagella,* βλαστοί. Isidor. Originat. 17. cap. 5. *Summitates vitium & fruticum, flagella nuncupantur, eo quod flatu agitentur.* Et ibid. cap. 6. *Flagella dicuntur summa arborum partes, ab eo quod crebros ventorum sustinent flatus.* Dracont. v. 55. *Vitis verberat & palma calamos non-ante flagello.*

v. 6. *Myrteo.*] Myrtum eſſe frondem Veneris, ex omni prope antiquitate diſcimus. Ideoque peculiari epitheto dicta eſt Virgilio *Paphia* 2. Georg. & *Cythereia* Ouid. Et diſertis verbis hanc tribuit Veneri ille Poëticæ Sirenophænix, Eclog. 8.

Populus Alcidæ gratiſſima, vitis Iaccho,
Formoſæ myrtus Veneri.

Vide Phœdri fab. 56. ibique commentar. Rigaltii & Rittershuſii. Ipſam Venerem Ouid. 3. Amorum facit redimitam myrto:

Dixerat, ac myrti (myrto nam vincta capillos
Conſtiterat) folium, granaque pauca dedit.

Vſque eo myrtus eſt Veneris, vt priſci *μύρτον πεποικιλμένον* *myrtum variatam* ſumſerint pro pudendo muliebri. Scholiaſt. Ariſtoph. in Equitib. Muſam procacem myrtis Statius vocat eam, quæ ſit inuitatrix ad Venerea.

———*diſcede laborque*
Curaque dum nitidis canimus gemmantia ſaxis
Balnea, dumque procax myrtis hederisque ſoluto
Fronte verecundo Cleio mea ludit Etruſco.

Artemidorus lib. 1. cap. 79. ait, *coronam myrteam viſam in ſomnis, eſſe fauſtam mulieribus* διὰ τὴν Ἀφροδίτην, propter Venerem. Eſt verò myrtus inter cæteras frondes eximia pulcritudine. Et hoc ſcilicet illud eſt, quod eam Catullus ait *floridis enitere ramulis*:

Floridis velut enitens
Myrtus Aſia ramulis,
Quos Hamadryades Deæ
Ludicrum ſibi roſcido
Nutriunt in honore.

Certè inter illa, quæ Achilli conficiebant inſignem pulcritudinem, dicitur fuiſſe *capillus myrteus* h. e. Venereus. Pulcritudini accedit odor gratiſſimus; Horatio teſte, qui deſcribens luxuriam ſui ſæculi, ait 2. Carm. 15.

———*tum violaria, &*
Myrtus; & omnis copia narium
Spargent oliuetis odorem
Fertilibus domino priori.

Ipſæ quoq; teneræ *puellæ in teneris myrteis dicuntur canere Venerem.* Cæterum quod myrtus eſt Veneris, hanc quoq; frondem vt maternam Cupido amat. Is certè apud Longum *incedit cum myrtis & granatis.* Et myrtus non ſolum eſt Veneris, ſed & illorum omnium, qui Veneri cele-

celebrandæ operam impendunt. Non ergo mirum, si & ipsi *Poetæ Veneris cultores amant redimiri myrto.* Ouid. 2. de arte v. 733.

Finis adest operi. Palmam date grata iuuentus,
Sertaque odoratæ myrtea ferte comæ.

Et verò quia myrtus est Veneris, amantium quoque est. Tibullus lib. 1. de campis Elysiis:

Illic est, cuicumque rapax mors venit amanti,
Et gerit insigni myrtea serta coma.

Ipsæ virgines & puellæ, quæ Veneris sacris initiari cupiunt, hac fronde oblectantur. Et hæc sunt apud Aristophanem παρθένια λευκότροφα μύρτα. Castæ autem & Venerem aspernantes, myrtum pariter aspernantur. Hinc præco ille Spartanus apud Aristophanem ait, *quantum est mulierum Spartanarum, non pati se à viris contrectari, ac ne myrto quidem velle tangi.* Quin & corona conuiuialis sæpe plectebatur è myrto. Horat. 1. carm. 4.

Nunc decet aut viridi caput impedire myrto.

Et 1. carm. 38. *Simplici myrto nihil allabores*
Sedulus cura. Neque te ministrum
Dedecet myrtus, neque me sub arta
Vite bibentem.

Est præterea symbolum lætitiæ publicæ. Et quidem referente Athenæo, Seleucus in Linguis, *textam è myrto coronam vocari ait Ellotida, ambitu cubitorum viginti; tamque in Ellotiorum Festo, quod apud Corinthum solenne est, in pompa vehi cum ossibus Europæ, quam Corinthii Ellotidam vocant.* Claudianus de nuptiis Honorii myrtum collocat in foribus sponsorum:

——Alii funalibus ordine ductis
Plurima venturæ suspendito lumina nocti.
Hi nostra nitidos postes obducere myrto
Contendant.

Alibi quoque, vbi agit de nuptiis Martis & Veneris, myrto coronat fores:

——Festa frondentia myrto
Limina cinguntur; roseisque cubilia surgunt
Floribus; & thalamum dotalis purpura velat.

Hæc eximius ille Carolus Paschalius lib. 7. cap. 18. & 19. luculentissimi de re Coronaria operis;

——quod nec carpere liuor
Possit opus; quod nec rabidi Iouis ira, nec ignes,
Nec poterit ferrum, nec edax abolere vetustas.

Quo

Quo de Opere qui entheum magis elogium legere discupit, Rudolph. Borercum, historiæ tubam, adeat & audiat, Comment. lib.16.pag.567. Vide quoque de *myrto* Plinium lib.12.cap.1.& lib.16.cap.29. Seruium in 2.Georg.Natal.Comitem lib.4. cap.16. & lib.1.c.10. Alexand. ab Alex. lib.4.cap.17. P.Victor.lib.16. Var.lection.cap.2. Phornutum de Natura Deorum pag. 165. Francisc. Luisin. parerg. 2. cap. 3. Rigalt. ad Artemidor.pag.40.

v.7. *Dione.*] Mater Veneris. Hic pro ipsa Venere.Natal.Com.lib. 4.cap.13. Phornutus de Natura Deor. pag.162. Et quoties *Dione* pro Venere?Scalig.in Senecæ Medea.v.661.

v.7. *Iura dicit.*] 1. v. 49.

v.7.*Sublimi throno.*]*Thronus*,siue *solium* imperii est insigne. Val.Flaccus lib. 2.

Iura nouant, donant solio sceptroque paterno
Vt meritam.———

Ouid. epist.14. v.113.

Ille ferox solus solio sceptrisque potitur.

Horat.2.carm.2.*Redditum Cyri solio Phraatem.* Virgil.11.Æneid.

Præfatus diuos, solio Rex insit ab alto.

Casaubon.ad Sueton.lib.2.pag.145.hic legere mauult,*toro*.Seneca Agamem. v. 9.

Hoc sedent alti toros,
Quibus superba sceptra gestantur manu.

v. 9. *Cruore de superno.*] E sanguine prolium Cœli. Lips.

v.9. *Spumeo ponti è globo.*] Venus ex mari concepta: quoniam ex humecta natura consurgit coeundi auiditas. Balbus in Catholic. *Ab afros Græcè, quod Spuma dicitur Latinè, est Afrodita, id est Venus.* Et Huguitio in *Abrotonium* huc vidit, dum ait; *Ab affros, quod est spuma, dicitur Abrotonium, nomen mulieris, quasi Affrodonium, id est Venuscula: & est impositum causa adulationis.* Hinc & *salax* dictus homo Venerius & libidinosus, à salo, id est mari. Sane Venus Ἀφροδίτη dicta, quod è maris spuma sit nata, iuxta Hesiodum. Et rationem assignat Ioach. Camerar. senior Γ'. dec.1.cap.4. Aristoteles tamen lib.2. de Generat. animal. ita vocatam Venerem tradit, quod seminis natura sit ἀφρώδης, id est, spumosa. Quæ item ratio efficit, vt album sit: spuma enim alba est. Cœl.Rodig. lib.29. cap.18.& lib.16.cap. 15. & lib. 14. cap. 4. Christoph. Rufus Antexegeni. Facis Critic. cap.85. pag.601. V. N. ad Dracont. v.276. & ad Musæum v.249. Apuleius lib.2. *Venus illa cælo detecta, mari edita, fluctibus educata.* Et lib.4. eam hanc ad faciem.

ciem πελαγίζει: *Deam, quam cærulum profundum pelagi peperit, & res ſpumantium fluctuum educauit.* Oppian. 1. Cyneget. v. 33. ποντογένειαν appellat. Legeſis Nonnum Dionyſiac. lib. 41. v. 99. Pauſan. in Corinthiac. Iſidor. Orig. 8. cap. 11. Fulgent. lib. 2. Mytholog. pag. 135. Artemidorum lib. 2. cap. 42. P. Fabrum 3. Semeſt. cap. 2. & 3. Alexand. ab Alex. lib. 6. cap. 4. Tiraquell. Connub. 9. n. 166. 167. 172. & Connub. 15. n. 23. Rod. Hoſpinian. de Orig. Feſtor. Iudæor. pag. 31. Taubman. Not. in Plaut. Pœnul. act. 1. ſc. 2. Ian. Parrhaſ. Rer. per epiſtol. quæſit. cap. 57. pag. 804. part. 1. Facis Critic. Eſt etiam animaduertere in Græcis Epigrammat. Priapo fuiſſe templa in litoribus dicata, non quod hominis genitura ſit ſalſa vt mare, quemadmodum putat Bapt. Pius Annot. poſter. cap. 156. ſed quia ex maris ſpuma originem traxit. Aliam tamen ab iſtis omnibus rationem aſſignat ὁ θαυμάσιος Heinſius, qui in Ariſtarch. ſeu Exercitat. ſacr. cap. 1. Ἀφροδίτην dictam aſſerit, quod Luciferum aut Venerem ſtellam, maris vnda, vt Poëta loquitur, perfuſam, mane ſalutaret. Vnde & *Frutinal* Romanis, vt & *Fruti*, quæ eſt ipſa *Aphroditæ*.

v. 9. *Globo.*] Seneca Hippol. v. 1008. *Inhorruit vndarum concuſſus globus.*

v. 10. *Cærulas cateruas.*] Nereides ac Neptuni pecudes. Seneca Hippol. v. 335. *Cæruleus grex Nereidum.*

v. 10. *Bipedes equos.*] An ita appellat, quia pectoribus tenus molles eriguntur in auras? vt loquitur de tauro Ouid. 15. Metam. v. 512. Virg. 4. Georg. v. 388. de Proteo;

——magnum qui piſcibus æquor,
Et iuncto bipedum curru metitur equorum.

Ibi Taubman. *Dii marini prima duntaxat parte h. e. femorum tenus equi ſunt; poſtremo in piſces reſoluuntur. Neptunii equi* Turnebo lib 26. cap. 23. ſunt hippocampi, qui priores pedes habent, poſterioribus carent, ſed pontum legunt & natant. Statius 1. Achilleid.

——Et triplici telo iubet ire iugales:
Illi ſpumiferos glomerant à pectore fluctus,
Pone natant, delentque pedum veſtigia cauda.

v. 11. *Vndantem.*] ἐξ ἁλὸς ἀμπλόχευτον, vt Nonnus lib. 41. v. 99. loquitur. Vel, vt Anacreon,

Χαροπῆς ὅτ' ἐκ θαλάσσης
Δεδροσωμένην κυθήρην
ἐλόχευε πόντος ἀφρῷ.

v. 11. *De*

v. 11. *De maritis imbribus.*] *Maritos imbres* appellat Spumam & Cruorem, ſane quam eleganter, Lipſius in Elect.

v. 13. *Purpurantem annum.*] Pind. Pyth. 4. φοινικανθέμου ἦρος ἀκμᾶν, *Veris purpureos-habentis flores vigorem* dicit. Apud Apuleium lib. 6. in nuptiis Cupidinis & Pſyches, *Horæ* dicuntur *roſis & cæteris floribus purpurare omnia.* Et lib. 10. *Quod ver in ipſo ortu iam gemmulis floridis depingeret, & iam purpureo nitore prata veſtiret.* Eleganter vetus Poëta apud Marium Victorinum de Metris: *Ver agere purpurea te Venus amoribus diua pollens iubet.*

v. 13. *Pingit annum.*] *Ver, pictor mundi*, non temere cuidam veterum appellatur: tanquam de Apelle aut acupictore Phrygione ſermo eſſet, qui colorum varietate multiiuga ſuam illuſtrant & diſtinguunt picturã. Lucret. l. 5. *Et anni Tempora pingebant viridantes floribus herbas.* Manil. l. 5. v. 259. *Et veris depingit prata figuris.* Dracont. v. 88. *Cætera depingit variis Natura figuris.* Alcimus lib. 1. v. 18. *Varioq; colore Plurima diſtinctum pingebat gratia mundum.* Voman. in Catalect. Scal. p. 160. *Ver pingit vario gemmantia prata colore.* Et Pompeianus: *Vere tepet picto Zephyris ſpirantibus aër.* Et Vitalis: *Flore ſolum vario depingit odoriferum ver.* Martial. lib. 2. epig. 46. *Florida per varios vt pingitur Hybla colores.* Lactant. de reſurrect. Domini:

Mollia purpureum pingunt violaria campum.

v. 13. *Gemmeis floribus.*] Inſtar gemmarum lucentibus, annumque ſuauiſſima varietate diſtinguentium aut condecorantium. Lucret. *rore gemmare herbas* dixit lib. 5. v. 463.

Aurea cum primum gemmantes picta per herbas
Matutina rubent radiati lumina ſolis.

Et l. 2. v. 319. *Inuitant herbæ gemmantes rore recenti*
Lanigeras pecudes.—— Manil. lib. 2. v. 53.
Integra quæramus rorantes prata per herbas.

Et lib. 5. v. 254.
Ille colet nitidis gemmantes floribus hortum.

Virgil. in Culice:
Florida cum tellus gemmanteis picta per herbas
Vere notat dulci diſtincta coloribus arua.

Vomanus Scholiaſticus de Laudib. hortuli in Catalect. Scaligeri:
Pinguntque terras gemmeis honoribus.

v. 14. *Turgentes papillas.*] *Turgere* aut *tumere* propric virginum eſt, quarum plena pubertate habitus viro maturus eſt, toto velut corpore tumeſcente, præſertim pectore & mammis. Vnde & *tumida virginitas* à Papinio dicitur 2. Thebaid.

Tumida iam virginitate iugari,
Gaudia mente parant.

Cyprian. in Sodoma, de Lothi filiabus:

Sunt intus natæ biiuges mihi, nubilis ætas,
Virginitas in flore tumet.

Catullus in Argonaut. *Strofio luctantes* appellat *papillas*. Nonnus Dionys. lib. 12. v. 393. οἰδαλέην ἀκαμπέος ἄντυγα μαζοῦ. Lipsius inferius v. 21. *Virgines papillas* interpretatur nondum compressas & maritas. Pulchre Martialis lib. 8. epist. 68.

Et talis tumor excitat papillas,
Quales cruda viro puella seruat.

Sic (Palmerio notante) Ouid. 6. Metamorph. *baccantia vbera* dixit; tuberantia scilicet, & baccarum instar turgentia. Prudent. autem in Symmach. 2. v. 38. *tumidas*, Martial. *crescentes*, Maximian. *duras stantesque*.

v. 14. *De Fauoni Spiritu.*] A fauendo est Fauonius. Plinius lib. 16. c. 25. *Hic est genitalis Spiritus mundi; à fauendo dictus, vt quidam existimauere.* Aristoteles in 12. Sect. petit: quare Fauonius est εὐδιεινός, καὶ ἥδιστος, quoniam, inquit, ἔχει καθαρὸν ἀέρα, οὔτε θερμὸς οὔτε ψυχρός. Et subdit: ὅταν ἀποχειμάσῃ, εὐδίας εἴωθε γίνεσθαι. Et iterum alibi de eodem: *Quoniam*, inquit, εὔκρατος est. *facit* εὐδίαν *Zephyrus, quia scilicet est temperatus*: & propterea quod post tempestates spirat, & habet aëris temperaturam: idcirco ei conuenit cum aëre quem non turbet. Aër autem tepidus est. *Teporem Zephyri* dixit, sicut à Lucretio lib. 1. *genitabilis aura Fauoni*. Iul. Cæsar Scalig. in lib. Hippoc. de Insomniis pag. 107. Eius vxor *Flora*, Veneri grata. Galterus lib. 2. Alexan. v. 324. *Hic mater Cybele Zephyrum tibi Flora maritans Pullulat.* Ouid. 5. Fast. v. 195. Hospinian. de Orig. Fest. Iudæor. pag. 100. Balbus in Catholic. *Fauonius à faueo dicitur lenis ventus, qui & Sephirus. & vocatur sic Fauonius, quia eius fauore flores producuntur, & terra germinat.* Ouidius:

Vsque sub aduentum spirantis lene Fauoni.

Idem Balbus: *Zephirus, Latine Florens, quia flores & germina eius flatu viuificentur. hic alio nomine dicitur Fauonius.* Claudianus de Raptu Proserp. l. 2.

——Curuaque in valle sedentem
Compellat Zephyrum: Pater ô gratissime veris,
Qui mea lasciuo regnas per prata meatu
Semper, & assiduis irroras flatibus annum,
Respice Nympharum cœtus, & celsa Tonantis
Germina, per nostros dignantia ludere campos.
Nunc adsis, faucasque precor, nunc omnia fœtu

Pubescant

Pubescant virgulta velis, vt fertilis Hybla
Inuideat, vincique suos non abnuat hortos,
Quicquid thuriferis spirat Panchaia syluis,
Quicquid odoratus longe blanditur Hydaspes &c.
In venas disperge meas, & flamine largo
Rure foue.——

Vbi Ianus Parrhasius in Comment. *Zephyrus in conuallibus propterea sedere fingitur, quoniam flores & herbæ, quas, vt canit Hesiodus, eius aura producit, vberius illic proueniunt. Hesiodi carmen ita Catullus interpretatus est:*

Aura parit flores tepidi fœcunda Fauoni.

Pater ô gratissime veris] *Primus enim anni conceptus est flare incipiente Fauonio VI. Eid. Februarias. Hoc enim maritantur virescentia. hic est genitalis spiritus mundi, à fouendo dictus, vt quidam existimauere, ver inchoans. Catulisionem rustici vocant, gestiente natura semina accipere, eaque animam inferente omnibus satis. Pater veris*] *nam veris initium est spirante Zephyro. Quare quum dicimus; vbi Fauonius spirabit; intelligimus vernum tempus, vt ait Pollux. Lasciuo meatu*] *quo spirante non solum plantis & satis, sed cunctis animantibus, ac ipsis etiam hominibus Veneris titillatio maior est. Hinc Alcmæon Cupidinem Chloridos & Zephyri filium dixit.*

v. 14. *Spiritu.*] Apuleius lib. de mundo: *Ventus nihil aliud est, nisi multum & vehemens in vnum coacti aëris flumen. Hunc Spiritum dicimus: Licet Spiritus ille etiam nominetur, qui animalia omnia extrinsecus vitalia tractus sui vitali & fecunda ope vegetat.* Furius apud Agellium 18. cap. 11.

Spiritus Eurorum virides cum purpurat vndas.

Galterus lib. 8. v. 495. *Quam* (abietem) *si forte suo Boreæ de more fatiget Spiritus.* Et lib. 3. v. 316. *Qua magis incumbit ventorum Spiritus vrbi, Subiiciunt ignem.*

v. 15. *Vnguet in toros tepentes.*] *Vnguento* enim *fragrantissimo proluuium libidinis suscitatur;* vt habent verba Apuleii lib. x. Sicuti inibi, *matrona quædam pollens & opulens, cuncto prorsus spoliata tegmine, de stanneo vasculo multo sese perungit oleo balsamo, &c.* vide locum.

v. 15. *Roris lucidi.*] *Vitreum* appellat Ouid. 1. amor. 6.

——*Vitreoque madentia rore*

Tempora noctis eunt. Elegantissimus & limpidissimæ Poëta venæ Buchananus Psalm. 133. *gemmulis argenteis roris pingi gramina* ait. Et Psal. 110. *Roris imber ante lucem argenteus vestit arua gemmeo decore.* Apposite autem hic Auctor. Nam *roscidus* ventus est Fauonius. Callimachus in Apollinem: Ζεφύρῳ πνείοντος ἐέρσῃ, id est, *Spirantis rore Fauonii. Ros* autem terram fœcun-

dat, vt legimus apud Aristotelem & Plinium. Ian. Parrhasius ad Claudian. de Rapt. Proserpin. lib. 2. verb. *irroras*, pag. 131. & pag 134. Ipse Claudianus ibidem:

——Glebas fœcundo rore maritat.

v. 15. *Roris aquas.*] Rorem, circuitio poëtica. Sic Lucret. lib. 1. v. 766. *rorem liquoris*, periphrasticè dixit, pro aqua: vt & ibid. v. 492. *lympharum rorem.* Alia exempla congessit industrius Rittershusius ad Oppian. 1. Halieut. v. 105. Ros autem, ῥόος, à ῥέω est: Sicut δρόσος: & ἔρση, παρὰ τὸ ἄρσω, quasi ἄρση Roridus, δροσερός. Becman. Origin.

v. 16. *Noctis aura quem relinquit.*] *Quia rores neque gelu, neque ardoribus, neque ventis, neque noctibus quidem, nisi serenis, & omni aura quiescente: quoniam neque in nube, neque in statu cadunt rores.* Plin. lib. 2. cap. 60. & lib. 18. cap. 29. Non assentior, inquit doctissimus Iohan. Wouverius ad Apuleium, hîc corrigenti: *cum reliquit.* Ipsa Dione spargit humorem roris, quem relinquit aura lucidæ noctis.

v. 17. *Micant lacrimæ.*] Pulcra tralatione *roris guttas* nuncupat *lacrimas.* Apud Achillem Tatium lib. 6. pag. 149. dicitur τὸ τῶν δακρύων μαίνεσθαι, τὸ δὲ μέλαν πορφύρεσθαι, καὶ εἶναι ὅμοιον, τὸ μὲν ἴῳ, τὸ δὲ ναρκίσσῳ. Sicut versa vice, *Ros pro lacrimis* poni amat. Aul. Sabin. Epist. Sapphus v. 97. *Et lacrimis oculi rorantur obortis.* Claudian. lib. 1. de Raptu Proserp. v. 193. *Heu quoties præsaga mali violauit oborto Rore genas!* Silius lib. 8. v. 139. *rorantia lumina.* Et lib. 2. v. 122. *Paruaque oculos iam luce natantes Irrorat lacrimis.*

v. 17. *Deciduo.*] *Decidium & deciduum.* Non. Marcel. cap. 2. n. 241. Prudent. 3. Cathem. v. 78. *Arbor onus tremefacta suum Deciduo grauis imbre pluit.* Cognata vox est *Succiduum*, quod pronum ad lapsum. Onomast. *Succiduum*, καταπτωτός. Galter. lib. 9. v. 403. *Lubrica succiderant genua.* Et v. 433. *Poplite succiduo rursus succumbit.* V. N. ad Endelcich. Bucol. v. 66. Alia in significatione vsurpat Victor. Massil. de qua in eius Indice.

v. 17. *Pondere.*] Est etiam rebus minutissimis suum pondus: vt hic guttæ. Virg. Culice, v. 7. *Pondere, vel culicis leuior.* Plaut. Persa 2, 2. *Neque stipula leuius pondus est.* Et quid leuius pondere guttæ? & tamen alias dicitur: *Gutta cauat lapidem.* De quo V. N. 1. Pont. 1, 70.

v. 19. *In pudorem purpuræ.*] Hinc *pudor* cognominatur *purpureus.* Ouid. 4. Trist. *Purpureus molli fiat in ore pudor.* Et alibi: *Nudaque simplicitas, purpureusque pudor.* Rosa namque symbolum est puritatis, virginitatis, & innocentiæ B. Ambrosius lib. 1. de Virginibus: *Virginitas amat generari in hortis, &c. Hic ille murali septus spiritu pudor clauditur, ne pateat ad rapinam. Itaque sicut hortus furibus inaccessus vitem redolet, fragrat oleam, rosam renidet: vt in*

vita

vite religio, in olea pax, in rosa pudor sacratæ virginitatis inolescat. Hinc Diua Virgo Deipara rosæ comparatur. Pet. Berch. Reductorii Moralis l.12.c. 133. *Beata Virgo per omnia purus est flos & rosa.* Innocentius III. Pontifex Maximus in Hymnis: *Eia rosa sine spina.* Hugo Carthusianus in Hortulo deuotionis:

Rubicunda plusquam rosa
Lilio candidior:
Martyr èx compassione
Rosa rubicundior.

S. Casimirus Regis Poloniæ filius in Hymno:

Generosa & formosa
Dauid Regis filia,
Gemma decens, rosa recens,
Castitatis lilium.
Semper munda & fœcunda
Virga tu puerpera.

Maximilian. Sandæus in Maria flore mystico, orat.1.pag.31. *Puritatis Marianæ symbolum est rosa.* quem vide ibid. in Noris. Iohann. Wouwerius ad Apulei. rectius scribit existimat: *In sudore florulentæ, &c Rosas* appellat *florulentas*, easq; vuidas noctis sudore ait, &c. Sed metrũ repudiat *sudorem.*

v.19. *Florulentæ.*] Vtitur hoc verbo & Prudent. in Romano v.102. de Hyacintho: *Dicauit florulentum succubum.* Et Ambros. Hexaëm 1.c.5. *Non erat dispositionis æternæ, horrentibus pruinis florulenta misceri.* Balbus Cathol. *Florulenti sunt campi & prata; sed floridæ sunt arbores & herbæ.*

v.20. *Vmor ille.*] Suauis nempe, dulcis ac melleus. Poëta vetus apud Seruium in Centimet. *Tremulum mare mellifluo nitet aruo.* Auicenna lib.2. Canonis, vbi de simplicib. medicamentis: *Dicunt quod mel est occultus ros, cadẽs super flores & alias plantas, & super lapides, quod apes colligunt: & aliquando est ros manifestus, quem possunt colligere homines.* Aristoteles apud Balbum in Cathol. verb. *Ros*; *Cadit ros fluens & viscosus & viscalis ad modum mellis super herbas & arborum folia.* Et mox: *Herbã autem, super quam cadit ros ille, appetitu vehementi comedunt animalia, & præcipue oues & quia mel non decoctum soluit ventrem, ideo oues multum de ipso comedentes fluxu ventris moriuntur,* &c. Hinc Virgil.

Protinus aërii mellis cælestia dona.

Ideoq; *cæli sudor, siderum saliua, purgantis se aeris succus,* appellatur à Pet. Bellonio lib.1. de Arborib. conifer. p.10. qui hæc à Plinio lib.11.c.12. mutua sumpsit, vt obseruat doctiss. Laur. Pign. in lib. Symbol. epist. ep.45.p.193.

v. 20. *Humor ille, quem serenis.*] Ob oculos habuit Fulgentii locum, lib. 1. Mytholog.

Ferte gradum properantes
De virectis collium;
Vbi guttas florulenta
Mane rorat purpura
Humor algens, quem serenis
Astra sudant noctibus.

Rorem autem Alcman ait *esse Iouis & Lunæ filiam:* Διὸς θυγάτηρ ἔερσα τρέφει καὶ Σελάνας δίας. P. Victor. l. 14. Var. lect. cap. 17. Natal. Com. lib. 3. cap. 17 Macrob. 7. Saturnal. cap. 15. Cœl. Rhodig. lib. 26. cap. 20. Turneb. aduersar. 19. cap. 3. Apulei. lib. de mundo: *Ros nocturnus humor est, quem serenitas tenuiter spargit.* Theocrit. Idyll. 4. v. 16. μὴ πρῶκας σιτίζεται, ὥσπερ ὁ τέττιξ. Vbi Scholiastes: τὴν σταγόνα τῆς δρόσου πρῶκα λέγουσιν, ἀπὸ τοῦ πρωῒ πέμπεσθαι. Lucret. lib. 6. v. 866. *Roriferis terram nox obruit vmbris.* Hinc & *roscidam Lunam* dixit Virgil. 3. Georg. Eandem *rorifluam* Varro Atacinus: quod noctu cadat ros, quo tempore Luna regnat. Hinc Galterus de Sole oriente lib. 2. v. 107. *Primus Eoo.*

Cum Sol roriflua stillaret lampade.

Et lib. 10. v. 369. *Roscidus Auroræ super herbam decidit humor.* Hinc & *nox* dicitur *vda, roscida, humida.* Victor. Massil. epist. ad Salmon. *Ante diem tenebris nox humida condet.* Virgil. *Et iam nox humida cœlo Præcipitat.* Silius lib. 5. v. 24. *Et iam curriculo nigro nox roscida metam Stringebat.* Auctor carminis de laudibus Domini: *Dat hominum fessis requiem nox roscida curis*, Sidon. Apollinar. lib. 4. epist. 8. quoque appellat *roscida noctis humorem.* D. Ambros. locus huc spectat, Hexaëm. 4. cap. 7. *Habet (Luna) etiam pleraque à fratre distincta; vt quem toto die calor humorem terræ exsiccat, eundem exiguo noctis tempore ros reponat. Nam & ipsa Luna larga roris asseritur. Denique cum serenior nox est & Luna pernox, tunc ros fertur arua perfundere. Et plerique sub aere quiescentes, quo magis sub lumine fuissent Lunæ, eo plus humoris se capite collegisse senserunt, &c.*

v. 20. *Serenis noctibus.*] *Agricolarum vox fuit, Serenum, quo tempore & occasio & facultas est serendi.* Scaliger ad Hippoc. de insomniis pag. 71. *Estque nihil aliud serenitas, quam aer purgatus caligine, & perspicue sincerus.* Apulei. lib. de mundo. Tralate quicquid gaudio diffusum, & tristitiæ nube repulsa lætum. Galter. lib. 2. Alexand. v. 195. *Subridens ore sereno.* Silius lib. XI. v. 368. *Tristia fronte serenant.*

v. 20. *Quem rorant.*] Sic Auson. Eclog. *nebulas rorans liquor altus Aquari.*

Aquari. Isaias cap. 45. v. 8. *Rorate cæli desuper.* Balbus in Cathol. *Rorare, est rorem emittere, vel stillare, vel aspergere ad modum roris.* Mamotrectus; *Rorate, idest rorem effundite.* Claudian. lib. 2. de Rapt. Proserpin. de Fauonio:

——Assiduis irroras flatibus annum.

Scucrus Patriarcha Alexand. in Ritual. pag. 23. metaphoricè vsurpat pro exhilarari, lætari, lautitiari, vt docet Christoph. Crinesius Lexico Syriac. in Nou. Testam. verb. [illegible] pag. 51.

v. 21. *Peplo.*] Omnis vestis *peplo* denotari videtur. Simile quid notat elegantissimus Barthius ad Claudian. pag. 458.

v. 22. *Vdæ.*] Theocrit. epig. 1. τὰ ῥόδα τὰ δροσόεντα.

v. 22. *Nubant.*] Id est, Velent. Onomast. *Nubo*, καλύπτω. Est enim *nubo* propriè operio. Arnob. li. 3. *Quod aqua nubat terram, appellatus est Neptunus.*

v. 22. *Rosa.*] Non tantum *flos*, simpliciter prolata dictio, sæpe signat rosam; sed & *rosæ* vocabulo sæpe significantur alii flores. Vnde Dracontius omnes flores vocat *roseos*:

Qui roseis stellare nemus vel floribus agros
Imperat.——

Parrhasius in Claudian. de Rapt. Proserp. lib. 3. *Roseis florulentis, species pro genere.* Hinc *Rosa* dicta est *regina florum*; vt in hoc eius perelleganti encomio, quod fuit tantæ celebritatis, vt vulgo caneretur. Hæc quidem verba Leucippe lepidissima virgo canit apud Achillem Tatium libri secundi initio: εἰ τοῖς ἄνθεσιν ἤθελεν ὁ Ζεὺς ἐπιθεῖναι βασιλέα, τὸ ῥόδον ἂν τῶν ἀνθέων ἐβασίλευσε. γῆς ἐστι κόσμος, φυτῶν ἀγλάϊσμα. ὀφθαλμὸς ἀνθῶν, λειμῶνος ἐρύθημα, κάλλος ἀστράπτον, ἔρωτος πνέει, Ἀφροδίτην προξενεῖ, εὐώδεσι φύλλοις κομᾷ, εὐκινήτοις πετάλοις τρυφᾷ, τὸ πέταλον τῷ ζεφύρῳ γελᾷ. *Si Regem florum Iuppiter voluisset, non alium certe quam Rosam tali honore dignatus esset. Hæc est terræ ornamentum, plantarum splendor, oculus florum, prati purpura, pulcritudo coruscans. Hæc amorem spirat, Venerem conciliat, speciosis foliis luxuriat tremulisque delectat, eius frondes Zephyri afflatu rident.* Videatur Matthias Lobelius in Histor. plantar. & in Aduersar. Dalechampius lib. 18. Histor. plantar. cap. 36. Delrius Orat. 4. in festo Annunciation. Ioan. de Carthagena de Arcanis B. Virginis lib. 16 homil. 2. Maximil. Sandæus in Maria flore mystic. Orat. 1. in Not. pag. 85. Mich. Gehlerus Medic. in Rosa hieroglyphic. Quibus concinunt Poëtæ planè venusti ac rosei, Anacreon, Ausonius, Henr. Stephanus, Ioan. Passeratius, Valens Acidalius, Ian. Gulielmius, Ioach. Camerarius, in Epigrammatib. *de Rosa*, quæ nobis coniuncta dedit Dornauius in Amphitheat. sapient. Socratic. pag. 187. In solenni Deorum cultu, & in apparatu sacrificali suus rosæ locus semper fuit. Columella lib. 10.

Inge-

-----Ingenuo confusa rubore
Virgineas adoperta genas rosa præbet honores
Cælitibus, templisque Sabæum miscet odorem.

Martianus quoque Capella lib. 1. Veneri plectit coronam è rosis. *Huic*, inquit, *rosis decussatim vinculatis sertata contextio.* Estque in tutela Veneris διὰ τὸν ἀφροδισιασμὸν, propter vsum rei Veneriæ, cuius videtur esse symbolum. Certe florem rosæ, Veneri sacrum esse Virgilius indicat; & Maximianus Ethruscus in Elegiis;

Candida contempsi, nisi quæ suffusa rubore
Vernarent propriis ora serena rosis.
Hunc Venus ante alios sibi vindicat ipsa colorem,
Diligit & florem Cypris vbique suum.

Et Hermes in tumulo coniugis;

——Rosa grata Dionæ,
Et flores grati Nymphis, & lilia serta.

Ian. Parrhasius ad Claudian. de Rapt. Proserp. lib. 2. pag. 123. Neque Venus ῥοδόχρους ex vno tantum coloris genere plexam coronam gerit; sed capite gestat sertum διδυμόχροον, nempe ex vtraque rosa contextum, candida & rubra, id est, nigra purpurascente; cuiusmodi est illa *Indica*, quam describit Achilles Tatius lib. 4. Euripides *capillis Veneris* innectit *serta rosea*. Et rosaceus color mammis Veneris est concolor, quas ei Anacreon *roseas* tribuit; vbi describit hanc Deam in disco, & quidem natantem:

ῥοδίων δ' ὕπερθε μαζῶν
ἁπαλῆς ἔνερθε δειρῆς
μέγα κῦμα πρῶτα τέμνει.

Huius quoque Deæ *ceruix rosea* est. De ea Virgilius 1. Æneid.

Dixit, & auertens rosea ceruice refulsit.

Tum *os roseum*. Virgil. de hac ipsa 2. Æneid.

Roseoque hæc insuper addidit ore.

Veneris *plantas* Apuleius facit *roseas*. Apud eundem *Venus est totum reuincta corpus rosis micantibus.* Vt ergo Venus pulcritudine omnes Deas antecellit: ita hic ipse roseus h. e. Venereus color & cœlestis quidam rubor cæteris omnibus antistat. Clariss. Paschal. Coronar. lib. 3. cap. 5. 6. 7.

v. 23. *Fusa aprino de cruore.*] Rosas à sanguine Adonis, quem aper occiderat, traxisse putant. Alii paullò aliter narrant hanc fabulam. Aphthonius Sophista in Progymnasmat. cap. 4. Constantin. Cæsar lib. 11. cap. 18. quippe aiunt, *Adonide occiso, Venerem nudis pedibus ingressam esse siluam,*

ibique

ibique ſpinis compunctam emiſiſſe cruorem. Inde roſam, quæ prius eſſet alba, aſpergine contactam cæpiſſe rubere, ac magis magisque albeſcere. Auſon. Idyll. 5.

Stilus vt tenuis ſub acumine punctus
Elicuit tenerum, de quo Roſa nata, cruorem.

Ianus Anyſius lib. 2. Varior. poëmat. pag. 19. ad Venerem:

Rubentque in hortulis
Roſæ tuo ortæ ex vulnere.
Halant ambroſias aurea citria.
Reddentia inclytum ſpecie Adonin tuum.

Politian. Miſcellan. cap. 11. Brodæus lib. 7. Miſcellan. cap. 7. & cap. 10. Hinc Fulgentius Mytholog. 2. pag. 136. *Veneri etiam Roſas in tutelam adiiciunt. Roſæ enim rubent & pungunt, vt etiam libido. Rubet verecundiæ opprobrio, pungit etiam peccati aculeo. Et ſicut Roſa delectat quidem, ſed celeri motu temporis tollitur: Ita & libido libet momentaliter, & fugit perenniter.* D. Hieron. alludit, aut potius apud eundem Valerius, Tom. 2. epiſt. 56. pag. 155. b. *Hi ſciunt, vt placet delectatio, & pungit delictum. Hi norunt, quod flos Veneris Roſa eſt: quia ſub eius purpura multi latent aculei.* Vide Funus Paraſiticum Nicol. Rigaltii pag. 19. De Adonide ab apro interemto Ouid. 10. Metamorph. v. 690. Auſon. Idyll. 12. *Cadis Adonea mala gloria fulmineus ſus.* Natal. Com. lib. 7. cap. 15. Leu. Lemn. Herb. Biblic. explicat. cap 45. Bionem epitaph. Adonidis, Paſchal. lib. 3. Coron. cap. 6. Barth. ad Claudian. de Raptu Proſerp. lib. 2. v. 122. Reinh. Lorichius Hadamarius Comment. in Aphthonii Progymnaſ. Porro Maximilian. Sandæus in Maria Flore myſtico à Venere Deaſtra hanc mythologiam Roſæ ingenioſe traduxit ad D. Virginem Deiparam diſticho:

Vin' ſcire vnde ſuum roſa candida traxerit oſtrum?
Purgantem vidit Virginem, & erubuit.

v. 24. *Deque gemmis.*] Hæc quoque de Roſis capienda. Val. Flaccus lib. 8. coronam Veneris facit duplicem, ob vtriuſque coloris mixturam, ex qua conficitur roſeus:

——*Ipſa ſuam duplicem Cytherea coronam*
Donat, & arſuras alia cum virgine gemmas.

Vbi *gemmas arſuras* non interpretor lapillos ignitos aut igneſcentes, ſed ipſas roſas, quæ propter colorem *ardere* dicuntur, vt apud Plutarchum ἄνθεσι φλέγοντα τοῖς ῥοδίνοις στέφανον, *floribus ardentem roſeis coronam.* Id quod à Græcis ſumpſit Apuleius deſcribens coronam ſuæ Deæ: *Nunc*, inquit, *albo candore lucida, nunc croceo flore lutea, nunc roſeo rubore flammida.* Paſchal. ibid. Alias *flores gemmei* generaliter ſunt in morem gemmarum lucentes,

pratumque vel hortum varietate colorum suauissime distinguentes.
Columella lib. 10.

Pastique rosaria gemmant.

Ibid. *Iam Phrygiæ loti gemmantia lumina promunt,*
Et conniuentes oculos violaria soluunt.

Vide Indic. Dracontii.

v. 24. *Deque flammis.*] Theocrit. Idyll. v. colorem rosæ vocat ἀγλαῖην πυρσοῖο ῥόδε. Pari modo Lucret. lib. 5. v. 785. *fulgere* de variis florum coloribus vsurpat.

——camposque per omnes
Florida fulserunt viridanti prata colore.

Et Ioh. Georg Tibian. in panegyr. super laudibus lacus Acronii:
Florida vbi fulgent prata colore suo.

v. 24. *Deque solis purpuris.*] Hinc & Prudent. *rosaria* sunt *purpurea*, id est, vt Plinius ait, coloris ardentissimi:

Illic purpureis tecta rosariis
Omnis fragrat humus.

Vbi *rosaria* credibile est sumi pro omnis generis floribus, non tantum pro virgultis, è quibus rosæ nascuntur. Hanc purpuram eleganter expressit Martianus Capella:

Ac ni rosetis purpuraret culmina
Aurora primo conuenustans habitu.

Ergo ingeniose Isidor. lib. 17. Orig. cap. 9. *Rosam* nuncupatam vult, *quod rutilanti rubore rubeat.* Quem Dracont. vocat *roseum ruborem.* Certe *rosam* plerunque *purpuream* vocant. Virg. in Culice:

Et rosa purpureo crescit rubicunda colore.

Claudian. 2. de Raptu:

Sanguineo splendore rosas, vaccinia nigro
Induit.——

Horat. 4. carm. 10.

Nunc & qui color est puniceæ flore prior rosæ.

Virgil. quoque in epigram. hunc colorem & florem vocat *rutilum*, eiusque *comam*

Punicam:
Ecce & defluxit rutili coma punica floris,
Dum loquor, & tellus tecta rubore micat.

Et purpuream rosam vere possumus vocare illam *Indicam*; *qui est flos plane mirabilis*, si iis fides est, quæ de ea memorantur apud Achill. Tatium: quam-

quamuis eam ipse vocet *nigram*, μέλαν τὸ ῥόδον ἰνδῶν. Et vero proprie *nigra purpura* dicitur, quia *color purpuræ*, inquit Cassiodorus, *est obscuritas rubens; & nigredo sanguinea*. Paschalius in immortali Coronarum Opere, lib. 3. cap. 6. & 7. V. N. ad 8. Eclog. Virgilii, Lobelius in Hist. plantar. & Aduersar. stirp. Adam. Lonicerus in Herbar. Matthiolus Comment. in Dioscorid. & in Herbar. Maximil. Sandæus in Maria flore mystic. orat. 1.

v. 25. *Ruborem soluere.*] Vt apud Virgil. 4. Æneid. *pudoris iura soluere; & soluere pudorem*; quod est, claustra pudicitiæ effringere, disrumpere, soluere: interprete Tiraquello Connub. 9. n. 154.

v. 25. *Latebat veste.*] Galter. lib. 1. v. 539. *Pesque verecundus talari veste latebat.*

v. 26. *Mariti nodo.*] Festiua tralatio. Qua & vsus Lucretius lib. 4. v. 1146. *Validos Veneris perrumpere nodos.* Et similiter lib. 1. v. 35. *Deuinctus vulnere amoris.* Vt Virgil. 8. Æneid. *Deuinctus amore.* Iterum Lucret. pari tropo lib. 4. v. 111. *Cupide Veneris compagibus hærent.* Et v. 1199. *Quos mutua sæpe voluptas Vinxit, vt in vinclis communibus excrucientur.* Hinc *nexile connubium* apud Prudent. 3. Cathem. v. 75. Apulei. Anechom. *Compectorata adhærent Veneris glutino.* Idem lib. 2. *amoris profundi pedicis æternis alligat.*

v. 29. *Puer.*] Cupido: quem duplicem faciunt. Alter *Cæles*, alter *Vulgarius*, vt dicam cum Apuleio. Quintil. declamat. 15. *Amoris (si sapientiæ sequamur auctores) antiquissimum numen, & cui se natura debet æternitas: Sed ille mitis & serius honestis cupiditatibus & viribus sacra caritatis exultans, vt qui cuncta prisca noctis operta caligine diduxerit primum, deinde miscuerit. Hic vero, quod perditis visceribus adhæremus inquieti, lasciuientis adhuc ætatis instinctu, tumultuosus ac petulans, telis funereis, facibusque armatus. Præstat igitur ille mortalibus liberos hac vsitata coniugii pietate; hic incesta, libidines, adulteria, meretrices.* Himerius apud Photium in Biblioth. pag. 606. Max. Tyr. dissertat. 8. Achill. Tatius lib. 2. pag. 57. Meurs. ad Lycophron. pag. 133. & in Spicilegio Theocrit. pag. 160. Rigalt. ad Artemidor. p. 55.

v. 30. *Feriatum.*] Onomast. *Ferior*, σχολάζω. Balbus in Catholic. *Feriare, id est cessare ab operibus, vel solennizare. Feriatus, festiuus.* Mamotrectus in Bibl. 2. Machab. 5. *Iudæis feriatis, id est, cessantibus ab operibus. Dicebantur enim feriati, qui solennizabant, a ferior, quod est cessare.*

v. 30. *Vexerit.*] *Vehere* hic est, recondita habere arma. Alcimus lib. ad Fuscinam sororem v. 755. dixit, *Vehere fercula.*

v. 33. *Neu quid arcu.*] Meleager de amore: ἔστ' ὁ παῖς ἁπαλόσ, γυμνὸς φαρετροφόρος. Tela autem Cupidini affingunt poëtæ, ὅτι καὶ πόῤῥωθεν οἱ καλοὶ πτερύσκουσιν.

σκωσιν: vt apud Xenoph. ἀπομνημ. 1. docet Socrates: vel ἐπεὶ γὰρ μὲν τὰς ἀρχὰς ἐκ μιᾶς ἀκτῖνος τῶν ὄψεων ὁ ἔρως ἀποπλεῖται (ἅμα γὰρ εἶδε καὶ ἐπόθησεν) ὕστερον δὲ μετὰ τὸ ποθεῖν, συνεχεῖς ἀκτῖνας ἀποπέμπει πρὸς τὸ ποθούμενον: vt eleganter ſcribit Alexan. problem. lib. 1. cap. 87. Meurſ. ad Lycophron. pag. 176. & ſcientiſſimus Rittershuſius ad Oppian. 2. Cyneget. v. 423. Duplicem autem arcum Amori tribuebant: quorum vno triſtitiæ tela, altero lætitiæ eiacularetur. Sed & TELA duplicia, pro numero arcuum. Illa *plumbea*, quæ fugabant amorem in amata, erantque apta triſtitiæ arcui: altera *aurata*, quæ amorem incuterent amanti. Ouid. 1. Metamorph. v. 466.

Deque ſagittifera promſit duo tela pharetra
Diuerſorum operum: fugat hoc, facit illud amorem.
Quod facit, auratum eſt, & cuſpide fulget acuta,
Quod fugat, obtuſum eſt, & habet ſub arundine plumbum.
Hoc Deus im Nympha fixit Peneide: at illo
Læſit, Apollineas traiecta per oſſa medullas,
Protinus alter amat, fugit altera nomen amantis.

Quod quidem acceptum refero præceptori ætatem colendo Dn. Eliæ Reuſnero, hæc enim & alia huius notæ nos vir diligentiſſimus docebat in Mytholog. Heſiodeis cap. 32. Vbi & hoc inſuper adiecit. Origenes hoc exponens, *pharetra*, ait, *ſignificari cor, telis cogitationes, arcu os & labella, quæ habent aliquam cum arcu ſimilitudinem, adeoque ipſa verba & orationem, quibus omnibus dominatur amor.* Ita & Schencke von Landegge: Minne Schütze Cupido traff min Hertze / Sitt bin ich vnfroh. Minne pro cupidine; vt Animaduerſion. ſuis ad Winsbeckium in Parænetic. explicat Goldaſtus noſter, flos Helueticæ, atque adeo omnis litteratæ gemma nobilitatis, & cum perilluſtri illo Frehero Rerum Germanicarum vindex ſagaciſſimus. Matth. Martinius in Lexico Philologico p. 1833. *Belg.* Minne / *eſt gratia amor;* Minnen / *amare.* Iohan. Iſaac. Pontan. lib. 6. Orig. Francicar. pag. 605. in iuramento Caroli: In Godes minna / &c. *quod* in Ludouici verbis *eſt, Pro dō amur. Hinc proculdubio noſtrum eſt illud:* Emen meinen / *hoc eſt, corde amare & vere diligere. Eſt tamen vir doctus, cui* Minne Schütze *eſt paruulus ſagittarius.* Minne *enim vetuſta Germ. lingua vel Celtica, quod noſtrate* Klein / *factum è Romanorum minimus. Inuenitur que id vocabuli hoc ſenſu in rhythmica Euangelii metaphraſi, quam ſub Ludouico II. rege Germaniæ, Caroli M. nepote, circa A. C. 870. ſcripſit Otfridus, VVeiſſenburgenſis Monachus: & in Scriptoribus Rerum Alemanicarum, à Ioh. Piſtorio editis, paſſim. Sunt, qui* Minne *vetus Germanicum per Latinum, delicatus, dulcis, amabilis, exponunt: quaſi* Minne *fuerit maioribus noſtris, qui nobis nunc* Lieb / Lieblich / Zarth: *quod,*

quod, quæ parua sunt adhuc, & tenera & delicata sint: cum adoleuere, gratiam amittunt. Ergo Minne Schütze *periphrastice erit Cupido Veneris puer, siue paruulum, siue amabilem, siue amoris conciliatorē sagittarium exponens. Et* Minne *nonnunquam ipse Cupido.* Hæc ille: vbi tamen fallit vterque, dum rerum Alemannicarum Scriptores à Ioh. Pistorio dicit editos, quos Goldastus ille noster è tenebris Alpinis eruit, bonoque publico donatos Notis antiquitatum illustrauit, in quibus docet Minne maioribus nostris amorem denotare, & Minnen esse amare, denique Minne Schütze esse Amorem sagittarium, id est Cupidinem, periphrasi Poëtica. Nostris moribus prauis, quibus omnia in deterius labuntur, inter nequitiæ vocabula esse cœperunt. Qua de re fusius idem noster Goldastus Animaduers. ad Winsbeckiæ Parænes. th. 30. & seq. in Parænetic. vet. p. 454.

v. 33. *Neu quid igne.*] Cupidini fax ardens tribuitur, quod corda hominum adurat, & animos consumat. Ouid. 1. Metamorph. v. 490. Et epist. Medeæ ad Iason. v. 35. Tiraquell. Connubial. 15. n. 60. Isidor. Orig. 8. cap. XI. *Cupidinem vocatum ferunt propter amorem. Est enim Dæmon fornicationis. Qui ideo alatus pingitur; quia nihil amantibus leuius, nihil mutabilius inuenitur. Puer pingitur, quia stultus & irrationabilis amor. Sagittam & facem tenere fingitur. Sagittam: quia amor cor vulnerat. Facem: quia inflammat.* Adi Senec. Hippol. v. 275. Ænigmatice amor ita describitur à Iohan. Lauterbachio:

Ignis in humano dispergens corpore flammas:
Ardeo perpetuis non rao pressus aquis.
Me non Arctois corrumpit frigoris algor,
Nen rigor, indomitæ non graue mortis onus.
Vt Deus ipse meo lætatur nomine dici:
Æternos ignis sic ego viuo dies.

Inde Apuleius lib. 4. Metamorph. *Cupido nominatur Puer pennatus, & satis temerarius, flammis & sagittis armatus.*

v. 35. *In armis.*] Ea v. 33. nominat *arcum, sagittam, ignem.* Et Satyrus apud Achillem Tatium, ἔρωτος ἀθλητὴν οὐκ ἀπόλεμον, lib. 2. pag. 30. Cupidinis arma recenset τόξον, φαρέτραν, καὶ βέλη, πῦρ. Eaque nuncupat ἀνδρῷα πάντα καὶ πλήρης γέμοντα. Vide Notas nostras ad Ouid. 1. Amor. 1. v. 20. Porro hominem *in armis* & *sub armis*, armatum vocabant. Virgil.

——*Sedet circum castella sub armis:*

Pro, armatus circumsidet castella. Idem: *Ludunt simulacra sub armis:* pro, armati ludunt. Plura huius notæ obseruauit eruditissimus Salmasius ad Trebell. Pollionem pag. 323.

v. 35. *Nudus amor.*] Ita pingitur amor siue Cupido, quod nuditate admodum delectetur & gaudeat. Tiraquell. Connub. 4. n. 16. Et eundem nudum depingit Philostratus in Imaginibus, qua de re Alexand. Aphrodisæus Problem. lib. 1. cap. 85. Ouid. 1. Amor. 10.

Et puer est, & nudus Amor, sine sordibus annos
Et nullas vestes, vt sit apertus, habet.

Festiuum est argutissimi Iohannis Oweni epigramma, quod huc trahendum:

Quæ villis Natura feras, & gramine campos
Ornat, aues pluma, vellere vestit oues:
Denique frigidulo quodcunque sub aëre nasci
Contigit, innata veste vel arte tegit.
Vestiuit nudum cur omnia præter Amorem?
Quo nudus magis est; hoc minus alget Amor.

v. 38. *Virgo Delia.*] Diana, quia in Delo nata. Epist. Phædræ:

Iam mihi prima Dea est, arcu præsignis adunco Delia.

Inde 4. Pont. 14.

Quam grata est igitur Latonæ, Delia tellus;
Erranti tutum quæ dedit vna locum.

Quia autem viderat, quæ passa erat mater, quando obstetricata est; omnes mares auersata, impetrauit à patre Ioue, vt perpetuam virginitatem seruare posset: teste Callimacho hym. in Dianam v. 4.

Δός μοι παρθενίην αἰώνιον ἄττα φυλάσσειν.

Confirmat Homer. hymn. in Venerem:

οὐδέ ποτ' Ἄρτεμιδα χρυσηλάκατον κελαδεινὴν
δάμναται ἐν φιλότητι φιλομμειδὴς Ἀφροδίτης.
καὶ γὰρ τῇ ἅδε τόξα, καὶ οὔρεσι θῆρας ἐναίρειν,
Φόρμιγγές τε, χοροί τε, διαπρύσιοί τ' ὀλολυγαὶ,
Ἄλσεά τε σκιόεντα, δικαίων τε πόλις ἀνδρῶν.

Prudent. in Romano v. 282. *Venantis arcum pertimescunt Virginis.* Et 2. in Symmach. v. 524. appellat *puellam.* Natal. lib. 3. Mytholog. cap. 18. Martial. lib. 3. epigram. 45. ibique Rader. in Not. P. Faber. 3. Semest. 3.

v. 39. *Vt nemus sit incruentum de ferinis.*] Dianam, quæ venationibus præesse, & feras agitare, ac sagittis conficere, antiquorum opinione censetur, feriari vult; &, vt loquar cum Statio 3. Siluar.

——*Ipsa coronet*
Emeritos Diana canes, & spicula tergat,
Et tutas sinat ire feras.

Vide Albricum de Deor. imaginib. pag. 172. tit. de Diana.

v. 39. *Nemus.*] Nemora & luci Dianæ ſacri, veluti montium & nemorum cuſtodi. Horat. 3. Carm. 22. *Montium cuſtos nemorumque Virgo.* Et carm. ſæculari: *Siluarum potens Diana.* Virg. 1. Æneid.

Qualis in Eurotæ ripis, aut per iuga Cynthi
Exercet Diana choros: quam mille ſecutæ
Hinc atque hinc glomerantur Oreades.

v. 30. *Incruentum.*] ἀνῃμαγμένον. Prudent. περὶ στεφαν. 2. *incruentum prælium.*

v. 39. *Stragibus.*] *Strages* in genere ſignificat, vbi quid ſtratum eſt. Valla lib. 4. cap. 49. Strages cadauerum interfectorum vno in loco, ac proprie iacentium multitudo, ſiue humanorum, ſiue mutorum, Gloſſ. *Strages,* πολυάνδριον, σωρὸς νεκρῶν. *Strages,* ἀναίρεσις πολλὴ ὡς τὴν γῆν σώμασι κατεστρῶσθαι. Georg. 3.

——*Nec funera vulgo*
Tam multa informes vrſi, ſtragemque dedere.

Et 12. Æneid. *Abrupto ſidere nimbis dabit ruinas arboribus, ſtragemque ſatis.* Rurſus lib. 9. *Edere ferro ſtrages.* lib. 9. *Confuſæ ſtragis aceruum* dicit.

v. 40. *Ipſa.*] Domina, Venus. Pronomen *Ipſe* demonſtratiuum eſt, habetque præciſam aliquam ac veluti perſonalem demonſtrationem eius rei, cui adiicitur: Tiraquell. tom. 3. p. 401. & nos in Comment. Terent. pag. 640. & ſeqq.

v. 42. *Congreges.*] Gloſſ. ὁμόφυλος, *tribulis, congrex, gentilis.* Auſon. epiſt. ad Paulin.

——*Et congrege volgo.*
Anguſtas feruere vias.——

Et Idyll. XI.

——*Vt idem*
Congrege ter trino per ter tria diſſoluatur.

Lege Scalig. Auſon. lect. lib. 1. cap. 17. *Segrex* extat apud Prudent. 7. Cathem. v. 28. *Fragore ab omni quem remotum & ſegregem.* Et Hamartig. v. 65.

——*Quæ rectorem lucis & orbis*
Scinderet in partes gemmarum ſegrege regno.

Balbus in Catholic. *Segrex, id eſt nobilis, quaſi ſeorſum à grege aliorum.*

v. 43. *Floreas coronas.*] Tanta eſt inter flores & coronas cognatio, quanta eſt inter materiam & formam. Vtique tanta, vt non ſolum flores ſignificent coronam, ſed è conuerſo corona quoque ſumatur pro floribus; vt apud Propertium:

Non iuuat ex facili lecta corona iugo.

Et

Et dissertissimus Aristides, ὑφ᾽ ᾧ τοὺς καλλίςους σεφάνους ἀνῆκεν ἡ γῆ περὶ τὴν ὄχθην ἑκατέραν πηνειόν, *neque cui pulcerrimas coronas remisit terra circa vtramque ripam Penei.* Simili loquendi forma vsi sunt nostri cum dixerunt, *coronare floribus*; vt apud Petrum Chrysologum: *Verum*, inquit, *sicut procedente rege, & plateæ mundantur, & omnis ciuitas diuersis floribus & ornatibus coronatur.* Floreæ hæ coronæ siue serta tam grata fuerunt tamque adlubentia, vt iis non solum redimiendo capiti, sed & aliter ad lasciuiam vterentur. Claudianus.

——serta per omnes
Neptuni dispersa domos, Cadmeia ludit
Leu othoe; frenatq́; rosis delphina Palæmon
Alternas violis Nereus interserit algas.
Canitiem Glaucus ligat immortalibus herbis.

Paschal. 2. Coron. cap. 13.

v. 44. *Nec Ceres nec Bacchus.*] D. Hieron. tom. 3. li. 2. aduers. Iouinian. pag. 34. 6. *Esus carnium, & potus vini, ventrisque saturitas, seminarium libidinis est. Vnde & Comicus: Sine Cerere,* inquit, *& Libero friget Venus.* Quod Iohan. Olorin. in Ethograph. mundi reg. 13. his effert rythmis:

Von Baccho Venus ist nicht weit/
Setzet sich gerne an seine Seit/
Wenn der Bauch hat gut Fütterlein/
So will er auch ein Mütterlein/
Die Adams seuch thut jhn offt rühren/
Daß er sich lässet bald verführen.

Veneris suscitabulum vocat *vinum* M. Varro Menippæis. Et Apuleio lib. 2. *Veneris hortator & armiger Liber est.* Vide Comment. Terent. pag. 239. & 379.

v. 44. *Poëtarum Deus.*] Id est, Apollo:

Qui citharam neruis, & neruis temperat arcum.

Ouid. 10. Metam. v. 108. Callimach. hym. in Apollin. v. 43.

κεῖνος ὀϊςευτὴν ἔλαχ᾽ ἀνέρα, κεῖνος ἀοιδόν.
Φοίβῳ γὰρ καὶ τόξον ἐπιτρέπεται καὶ ἀοιδή.

Et hym. in Delium v. 5. Φοῖβον ἀοιδάων μεδέοντα nominat. Pindarus 5. Pyth. de eodem: ὁ (Ἀπόλλων) καὶ βαρειᾶν νόσων
ἀκέσματ᾽ ἄνδρεσσι καὶ
γυναιξὶ νέμει: πόρεν τε κίθαριν:
δίδωσί τε μοῖσαν, οἷς ἂν ἐθέλῃ.

v. 45. *Detument.*] Lips. tumorem & fastum Dii ponunt, effusi in iocos, & solitam Peruigilio hilaritatem. *Detumere* & *detumescere* quid dicitur,

tur, cum sedatur, & motus eius ponit. Euphormio Lusinin. parte 2. Satyr. *veluti sublatis odiis, ficta tranquillitate detumui.* Et pag. 129. *Detumescit irarum sæuities.*

v. 45. *Peruigilanda canticis.*] Ita in libro vetustissimo & optimo scriptum reperiri, testis est Salmasius præstantissimus ad Trebell. Pollionem pag. 303. *Vigla*, pro vigilia. vnde βίγλαι Græcis barbaris, inde verbum hic *peruigilare*. Vide ibidem alia huius commatis.

v. 38. *Stare floribus.*] Id est oppleri, ornari, redimiri, conspergi. Sic apud Virgil. 6. Æneid. *Stant lumina flamma:* valet, pleni flamma sunt oculi, vt & 12. Æneid. dixit: *Iam puluere cœlum stare:* quod est, oppletum esse puluere. Et Lucilius, *pectus sentibus stare*, dixerat, vt adnotatum & obseruatum ab Agellio lib. 8. c. 5. Intellexit autem, vt coniicio, pectus sentibus plenum, & vt Terent. in Eunuch. 2, 2. loquitur, sentum. Turneb. aduers. 28. cap. 32. Alcimus lib. 1. v. 229. *Stant semper collibus herbæ, Arboribusque coma.* Boëth. lib. 1. met. 3. *Nimbosisque polus stetit imbribus.* Turpilius, ex Lipsii quidem correctione lib. 5. Epistol. quæst. epist. 2. *Satin' vt meum cor voluptatibus stat?* Eleganter, *stare voluptatibus*, dixit, vt Sisenna, *Cœlum caligine stare:* Titinnius, *agrum stare sentibus.* q. d. plenum esse voluptatibus, sentibus. Eam in rem vide Iacob. Durant. Casell. lib. 2. Variar. cap. 4.

v. 49. *Iura dicet.*] Reges olim, patribus & senatoribus assidentibus, ius dicebant. Æneid. 5.

——Gaudet Troianus Acestes
Indicitque forum, & patribus dat iura vocatis.

Et feminas reginas ius dixisse subditis, testis est Virgil. Æneid. 1. *Iura dabat legesque viris.* Eum morem hic alludit. Tiraq. de Nobilit. cap. 28. n. 18.

v. 40. *Adsidebunt Gratiæ.*] Scribit Phornutus, assidentes Venerem sibi habere Gratias, & Suadelam & Mercurium; quod suadela & oratione & gratiis suos pellectet amantes; aut ob blandam & facilem consuetudinem Natal. Com. lib. 4. cap. 13. Rhodig. lib. 28. cap. 18. Fr. Barbar. de Re vxor. Tiraq. Connub. 4. n. 26. Hinc à Nonno lib. 41. v. 225. nuncupantur κοῦραι χορείπδες Ὀρχομενοῖο ἀμφίπολοι Παφίης. Et vtrobique Venus Gratiarum choro stipatur, & toto Cupidinum populo comitatur. Apulei. lib. 2. 6. & 10.

v. 50. *Hybla totos funde flores.*] *Hybla*, mons Siciliæ, thymo herbisque & floribus beneolentibus abundantissima. Confer, quæ ad Virg. eclog. 1. dixi, & adde Ian. Parrhasium Comment. in Claudian. de Rapt. Proserp. lib. 2. pag. 131. & pag. 145. Herman. Buschium in Annotation. ad eund. lib. 2.

v. 50. *Funde.*] Et de hoc ad eclog. 4.

v. 51. *Florum vestem.*] Iucunda oppido perquam tralatio: cuius exempla require in Indice Dracontii. Vsus eadem & Galterus lib. 2. Alexand. v. 320.

Fons canit à leua, quem cæspite gramen obumbrat
Purpureo, Verisque latens sub veste iocatur
Riuulus.

v. 51. *Quantus Ennæ campus.*] Campus Ennensis in floribus semper est, & nullo non tempore vernus, vt ait Solinus & Cicero, & vtroque prior Aristoteles inter naturæ miracula refert. Arnob. lib. 5. *Consimiliter in altera Fabula Ennæa nemus & flores, quid sint?* Lactant. lib. 1. de falsa relig. cap. 4. *Vt omnes historiæ loquantur, ipsam Deam fruges in Ennæ solo primum reperisse, filiamque eius virginem ex eodem loco raptam.* Lindenbrog. Notis ad Priape. pag. 311. De Ætna (vt leg. Pythœus) Claudian. lib. 1. de Raptu v. 72. *Ætna parens florum*, vbi vide sequentia: quanquam Parrhasius in Commentar. *Enna* pro *Ætna* legendum esse contendat: quem vide.

v. 52. *Ruris hic erunt puellæ.*] Nymfarũ aliæ creditæ sunt cœlestes, aliæ terrestres, aliæ fluuiales, aliæ marinæ, aliæ stagnorũ præsides: secundum Mnesimachum Phaselitem. Terrestrium aliæ siluis præerant, vt Dryades: aliæ montibus, vt Oreades aut Orestiades: aliæ singulis arboribus, vt Hamadryades: aliæ pascuis & floribus, vt Napeæ. Fluuiorum præsides, Naiades dicebantur: stagnorum, Limniades: Marinæ, Nereides. Natal. Com. lib. 5. cap. 12.

v. 53. *Vel puella montium.*] *Vel* pro &. Exempla conuasauit ἀνὴρ τῶν μυστέων πάντας ἴσασι κάλως, Salmasius in Not. ad Capitolin. pag. 90. ad Lamprid. pag. 184. & ad Capitolin. pag. 260.

v. 54. *Pueri mater alitis.*] ἀφροδίζει Venerem; cuius filius Cupido, seu Amor; qui alatus fingitur ob causam v. 33. positam. Plato πτερόεντα, Virgil. 1. Æneid. v. 668. *aligerum* indigitat. Hinc Ouid. 2. Amor. 9. ita alloquitur Cupidinem:

Tu leuis es, multoque tuis velocior alis,
Gaudiaque ambigua dasque negasque fide.

Et 3. de Arte:

Errat, & in nulla sede moratur Amor.

Longus Pœmenic. lib. 4. pag. 45. θεός ἐστιν ὁ Ἔρως πετόμενος. Διὰ τοῦτο καὶ τὰς ψυχὰς ἀναπτεροῖ. Libet hic adscribere vetustissimos Eubuli cuiusdam versus; qui extant apud Athenæum lib. 13.

Εἰς

Τίς ἦν ὁ γράψας πρῶτος ἀνθρώπων ἄρα
ἢ κηροπλαστήσας Ἔρωθ' ὑπόπτερον;
Ὡς οὐδὲν ᾔδει πλὴν χελιδόνας γράφειν.
ἀλλ' ἦν ἄπειρος τῶν τρόπων τῶν τοῦ θεοῦ.
Ἔστιν γὰρ οὔτε κοῦφος, οὔτε ῥᾴδιος
ἀπαλλαγῆναι τῷ φέροντι τὴν νόσον,
βαρὺς δὲ κομιδῇ πῶς ἂν οὖν ἔχοι πτερὰ
Τοιοῦτο πρᾶγμα; λῆρος, ἂν φήσειέ τις.

Id est: *Quis hominum primus Cupidinem pennigerum pinxit, aut cera finxit? vt nihil ille præter hirundinem pingere didicerat, sed erat planè huius Dei morum imperitus! namque neque leuis est, neque ad excutiendum facilis ei, qui hoc morbo affectus sit. Qui igitur fieri potest, vt alas habeat? mera nugæ! dixerit quispiam.*

v. 58. *Æther.*] αἰθὴρ, quoniam ἀεὶ θεῖ: Semper enim perpetua vertigine volutatur. Scalig. ad Hippoc. de insomniis pag. 91. qui omninò adeundus.

v. 58. *Copulauit nuptias.*] Gloss. *copulat*, συζευγνύει, συνάπτει γάμον. Et alt. συνάπτω, *adnecto, copulo, iungo, coniungo, coaduno, coëo*, συναπτικὸς, *copulatiuus, coniugalis*. Apulei. lib. 9. *Connubia lege sociare*. Arnob. lib. 1. pag. 8 *Ipsi homines denique quos per inhabitabiles oras terra sparsit prima incipiensque natiuitas, non matrimonium copulant nuptiarum solennibus iustis?* Et lib. 2. *Coniugalia copulatis consortia.* Et lib. 5. *matrimonia copulant fraudibus appetita furtiuis*. Rursus lib. 5. ita etiam loquitur: *Federa genitalis cum aliquo conciliare fatura*. Et: *Matrimonio coniugare*. Et lib. 3. *Matrimonium Mater Deûm tenuit Saturni*. Petron. *Facere nuptias.*

v. 59. *Pater roris.*] Pindar. Olymp. 13. ὕδατα ὄμβρια nominat παῖδας νεφέλας: *aquas pluuias, nubis filias*. Hanc in rem aliquam multa comportauit literarum illud singulare ornamentum D. Rittershusius ad Oppian. 1. Halieut. v. 735.

v. 50. *Vernis floribus.*] O quam vere Prudent. 2. in Sym. v. 955.

——Didicere priores
Perpessi plerumque famem, si tabidus aer
Siccauit tenues ardenti sidere nubes:
Nec vernas infudit aquas creberrimus imber
Fruge noua.

Et rusticum vetus fuisse canticum testatur Macrob. lib. 7. *Hyberno puluere, verno luto, magna farra Camille metes*. Hic vero de omnibus terra nascentibus intelligitur. Vide Fr. Iuret. ad Symmach. lib. 10. cap. 54.

v. 60. *In sinum maritus imber.*] Arnob. lib. 5. *Vos Iouis & Cereris coitum, imbrem dicitis, dictum telluris in gremium lapsum*. Item: *Iouis & Cereris nominibus tellus & labens pluuia nuncupatur*. Mox: *Et Deorũ criminib. imbris è cælo, & telluris*

telluris significare madorem. Hinc Iouem καταιβάτην coluit vana gentilium religio, quasi descensorem dicas, ob tonitruum, fulminum, & pluuiarum tempestates. Virgil. eclog. 7. *Iuppiter & lato descendit plurimus imbre.* vbi plura attuli. Confer Barthium lib. 56. Aduers. cap. 5. & V.N. ad Horat. Epod. 2. v. 28.

v. 60. *Alma coniugis.*] Cereris siue Terræ. καὶ γὰρ τὴν δήμητρα τῇ γῇ τὸν αὐτὸν ἔχειν λόγον, φασὶν οἱ σοφοί. ζείδωρος γὰρ ἡ γῆ καὶ φερέσβιος καλεῖται, καὶ βιόδωρος: *Cererem enim eandem cum terra ratione habere sapientes aiunt. ζείδωρος enim & φερέσβιος vocatur terra, itemque βιόδωρος, ab eo quod victum & vitam mortalibus impertiatur, vt fruges producat.* Artemidor. lib. 2. Onirocrit. cap. 44. Lucilius quoque *almam Cererem* dixit: Sicut Callimach. hym. in Cererem v. 2. πολύτροφον. Et Apuleius, Platonicorum eruditissimus, lib. XI. *almam frugum parentum originalem.* Gloss. *alma,* θρέπτειρα. Fest. *Alma, sancta, siue pulcra, vel alens: ab alendo scilicet.* Lucret. lib. 2. v. 992. *Vnde alma liquentes Humorum guttas mater cum terra recepit.* Scholiast. Nicandri in Alexipharm. *Cererem* ἐμπνιον *indigitant, sicuti nos Almam, quod affatim alat,* ἀπὸ τῆς ὄμπνης à nutrimento. Cyrillus lib. 2. aduers. Iulian. Imp. iuxta opinionem Gentilium ista profert: *Annon Iouem nominant quidam Cælum, Cererem vero terram, Apollinem autem Solem, & venatricem aurea spicula gerentem Dianam, hoc est Lunam, & Neptunum humidam substantiam?*

v. 62. *Mentem permeante spiritu.*] Manil. lib. 4. v. 881.

> *Spiritum & in toto rapidum, quicunque gubernat*
> *Dispensatque hominem.*

Docebat Empedocles *mentem sacram*, id est, Deum, per vniuersa diffusam, vegetare atque mouere omnia. Ita enim canit:

> Ἀλλὰ φρὴν ἱερὴ καὶ ἀθέσφατος ἔπλετο μοῦνον
> φροντίσι κόσμον ἅπαντα καταΐσσουσα θοῇσι.

Et Pythagoras *Deum esse animum* credidit, *per vniuersas mūdi partes, omnemque naturam commeantem atque diffusum; ex quo omnia, quæ nascuntur, animalia vitam capiant.* M. Minut. Felix Octau. pag. 42. Lactant. de ira Dei cap. 11. Saluian. lib. 1. de Gubernat. Dei, Cœl. Rhodigin. lib. 21. cap. 34. Eleganter Dionysius Cato lib. 1. de Morib. dist. 1.

> *Si Deus est animus, nobis vt carmina dicunt.*

Inde diuinus ille Maro mundi animam cecinit Deum:

> ——*Totumque infusa per artus*
> *Mens agitat molem, & magno se corpore miscet.*

Illa mens hic *Veneris* nomine insignitur, vt vult ingeniosus Barthius ad Claudian.

v. 63. *Intus:*

v. 63. *Intus occultis gubernat viribus.*] Pindar. Pyth. 9. κρυπταὶ κλαΐδες ἐντὶ σοφᾶς πειθοῦς ἱερᾶν φιλοτάτων. Ita verò & Manil. lib. 1. v. 249.

Vis animæ diuina regit, sacroque meatu
Conspirat Deus & tacita ratione gubernat.

Sed noster auctor proprie de viribus Veneris & Cupidinis intus corpora incitantibus intelligendus est: de quibus eleganter Cyprianus, siue quis alius Synchronus auctor, de Cardinal. lib. operib. Christi serm. 2. *Fomes huius mali intus in tenebrosis recessibus latitans, vt viderit animam alias occupatam, & minus ad sui circumspectionem solitam, irruptionibus vehementibus erumpit, & blanditiis venena supponens, pudicitiæ puritatem inopinatis inuadit assultibus. Ideoque pudibundus homo nuditatem suam operit, & fœditatem confusus occultat.*

v. 63. *Gubernat.*] Manil. lib. 2. v. 922. *Per quæ* (Sidera) *humana suæ propria est hac addita parti Vis, vt connubia, ac thalamos tedasque gubernet.*

v. 64. *Perque cælum perque terras.*] Senec. Hippol. v. 330. Euripid. Hippol.

φοιτᾷ δ' ἀν' αἰθέρ', ἔστι δ' ἐν θαλασσίῳ
κλύδωνι Κύπρις. πάντα δ' ἐκ ταύτης ἔφυ.
ἥδ' ἐστὶν ἡ σπείρουσα καὶ διδοῦσ' ἔρον,
οὗ πάντες ἐσμὲν οἱ κατὰ χθόν' ἔκγονοι.

Et Coint. Smyrn. lib. 13. πάντα γὰρ ἡ μαλδύνει θεὴ Κύπρις &c. Vide Max. Tyrium dissertat. 8. & seqq. Lucret. lib. 1. initio.

v. 64. *Pontum Subditum.*] Manilii versu lib. 1. v. 154.

Tertia sors vndas strauit fluctusque natantes.

Et mox v. 248. *Pelagus iacens* indigitat.

v. 65. *Peruium sui tenorem.*] Diducit hoc Lucret. lib. 1.

Denique per maria, ac montes, fluuiosque rapaces,
Frundiferasque domos auium, camposque virentes,
Omnibus incutiens blandum per pectora amorem,
Efficis, vt cupide generatim sæcla propagent.

v. 65. *Tenorem.*] Gloss. *Tenor*, ἰσχὺς, τόνος, τάσις. Et mox: *tentigo*, τόνος, τάσις. *Tentigine*, τῇ διατάσει. Dracont. v. 29.

—*Aqua seruant* (elementa) *sub lege tenorem*
Incorrupta suum.

Arnob. lib. 1. pag. 9. *Tenorem rerum perpetuum dissociata continuatione diducere.* Sidon. Apollinar. *morum tenorem* dicit; vt *tenorem sensuum ac fortunæ* Petronius: *tenorem veli* lib. 1. v. 197. *belli* lib. 3. v. 546. *legum* lib. 8. v. 450. Guntherus. *Rerum tenorem* quid appellent Stoici, erudite explanat πρείττων θείλος Barthius meus, lib. 54. Aduers. ca. 25.

v. 65. *Seminali.*] φυτάλιον. In Priapeis carm. 25. *seminale membrum*, dicitur mentula. Cyprianus de Cardinalib. operib. Christi serm. 2. *Non tamen circumcidens illud seminarium membrum.*

v. 65. *Tramite.*] Turpiculum quid hic latet: vti quoque in vocula *via*. Auson. Centone: *Itque reditque viam totiens.* Et Lucret. lib. 4. *Eicit enim rectum sulci regione viaque Vomerem.* Gloss. *Trames*, τρίβος, πάροδος, *trames, via angusta*. Arnob. lib. 3. pag. 111. *aures habere flexuosis tramitibus perforatas.* Et lib. 7. pag. 243. *Habet & extremos tramites, per quos immunda fæx eat, auersabili corpora fœditate deonerans.* Et lib. 2. pag. 57. *Quod natura iam respuit, per eosdem perfundimus tramites.* Lucret. lib. 6. v. 26. *Tramite prono contendere ad summum bonum.*

v. 66. *Imbuit.*] Sæpe hoc verbum ad rem traducitur Veneream. Silius lib. 3.

Virgineis iuuenem tedis primoque hymenæo
Imbuerat coniux, memorique tenebat amore.

Valer. Flaccus 2.

Sæuit amor, thalamos excusaque vincla quod causa
Imbuere, atque iterum tales admittere curas.

Horat. 1. Carm. v. 13.

—— Oscula, quæ Venus
Quinta parte sui nectaris imbuit.

Nemesian. Eclog. 2.

—— Venerisque imbutus vterque
Tum primum dulci carpebant gaudia furto.

Proprie capitur in illo: *Quo semel est imbuta recens seruabit odorem Testa diu.* Et Quintilian. lib. 1. cap. 11. *Vt sapor, quo noua imbuas, durat.* Hinc Gloss. *Imbuit*, ἐμβάπτει, ἐμβιβάζει, εἰς ἐπιστήμην. Exempla plura alibi noto.

v. 66. *Vias nascendi.*] Arnob. lib. 2. non absimili forma: *Hanc omnipotens Imperator esse voluit vitæ, vt ita dicam, ianuam, per hunc solum est ingressus ad lucem. Via*, est instructio, ratio, demonstratio: inquit Barthius lib. 44. Aduers. cap. 7.

v. 68. *Ipsa Troianos nepotes.*] Virgil. in Æneide.

v. 69. *Laurentem puellam.*] *Lauiniam*, Latini Regis, qui Laurenti regnabat, filiam. Bergomen. lib. 4. Chron. pag. 68. 6. Vide libellum cui titulus, Origo gentis Romanæ cap. 13. Iornand. de Regnor. success. cap. 4. Messallam Coruin. lib. de Augusti progenie cap. 8. Paul. Diaconum lib. 1. cap. 2.

v. 69. *Nato.*] Æneæ.

v. 70. *Marti*

v. 69. *Marti de sacello dat pudicam.*] Venus apud Statium lib. 1. Siluar. epithal. Stellæ:

Quis septem-gemina posuisset mœnia Romæ,
Imperii Latiale caput? nisi Dardana furto
Cepisset Martem, nec me prohibente, sacerdos?

Et mox:

——Sic victa sopore doloso
Martia fluminea posuit latus Ilia ripa.

Dionysius nominat *Iliam Vestalem*; Liuius lib. 1. dec. 1. *Rheam Siluiam*. Hinc Prudent. in Symmach. 1. v. 167. de Gradiuo siue Marte: *Ille sacerdotem violat.* Mox. v. 174.

Et si Rhea sacram lasciui Martis amore
Lusa pudicitiam fluuiali amisit in vlua.

Vide Ouid. 3. Fast. v. 11. Iustin. lib. 43. Plutarch. parallel. cap. 65. & problem. 20. Lactant. lib. 1. cap. 20. August. de ciuitat. Dei lib. 3. cap. 5. & 4. lib. 18. c. 21. Flor. lib. 1. c. 1. Libellum de Orig. gentis Romanæ c. 19. & 20. Sext. Aurel. Victor. de Viris illustribus c. 1. Messall. Coruin. ibid. cap. 12. Iornand. ibid. cap. 8.

v. 70. *Virginem de sacello.*] Vestalem, ἱστιακὴν παρθένον, vt vocat Pæanius Paraphrasi in Eutrop. lib. 1. pag. 63. *De* pro *ex*. Tertullianus de præscriptionibus: *Et ipse Christi traditor de Apostolis fuit.* Vide plura exempla apud Adamum Dürrerum de particulis Latinæ Linguæ, in *De*. Cur autem Vestales esse oportuerit virgines, Suadæ medulla Lipsius exsinuat, Syntag. de Vesta cap. 5. & multæ lectionis Philologus & I. C. Tiraquell. Connub. 15. n. 120.

v. 71. *Romuleas ipsa fecit cum Sabinis.*] Sabinas Virgines Romani propter defectum sexus muliebris in Consualibus 18. Augusti rapuerunt: Plutarch. Romulo, Liuius lib. 1. Florus lib. 1. cap. 1. Ouid. 3 Fast. Seruius ad 8. Æneid. illa verba v. 635. *Raptas sine more Sabinas*: August. de Ciuit. Dei lib. 2. cap. 17. & lib. 3. 13. Messalla Coruin. de August. progenie ca. 13. Sext. Aurel. Victor de Viris illust. cap. 2. Paul. Diacon. lib. 1. cap. 6. Iornand. de Regnor. success³. cap. 9. Alexand. ab Alex. lib. 5. cap. 26. Arnold. Clapmar. de arcan. Rerumpubl. lib. 4. cap. 7. Reusner. in Isagoge histor. A. M. 3223. V. C. 4. Dresser. millenar. 1 v. pag. 406.

v. 72. *Rhamnes.*] Rhamnes alii à Romulo appellatos: alii Rhamnes & Luceres, vocabula esse Tusca volunt, vt refert Varro lib. 4. Ouid. 3. Fastor. v. 131. in Arte v. 342.

Celsi prætereunt austera poëmata Rhamnes:

Id

Id eſt, equites vel iuuenes feroces atque elati: Lambino interprete; & Turneb. Aduerſ. 3. cap. 11. Vide Sext. Aurel. Victor. de viris illuſtribus cap. 2.

v. 72. *Quirites.*] Feſt. & Iſidor. Orig. 9. cap. 2. Gloſſ. ἀνὴρ Ῥωμαῖος, *Quiritis*. Et alt. *Quirites*, πολῖται Ῥωμαῖοι.

v. 75. *Fecundat*] Gloſſ. γονοποιῶ *fecundo*. Balbus Catholic. *A fecundus eſt fecundare, id eſt fecundum facere.* Leo Magnus Serm. 2. de Natiuit. Domini. *Sine virili ſemine editus eſt Chriſtus ex virgine, quam non humanus coitus, ſed Spiritus ſanctus fœcundauit.*

v. 75. *Rura Venerem ſentiunt.*] Claudian. de nupt Honor. & Mar. v. 55.

v. 76. *Puer Dionæ.*] *Puer* crebriter pro filio, Græcorum more. Anacreon; ὁ Διὸς ὁ παῖς ὁ Βάκχος: *Bacchus puer Tonantis*, id eſt, filius. Virgil. 4. Æneid. v. 93. de Venere:

Egregiam vero laudem & ſpolia ampla refertis
Tuque puerque tuus.

Horat. 4. Carm. 6. *Latonæ puerum canentes.* Id eſt, Apollinem, Latonæ filium. Et 3. Carm. 12. *Cytheræa puer ales*, id eſt, Cupido. Et 1. Carm. 12. *Dicam & Alcidem pueroſque Ledæ*, id eſt, filios Ledæ, Caſtorem ac Pollucem. Item 1. Carm. 19. *Thebanæ Semeles puer*, id eſt, Bacchus. Orpheus apud Clementem Alexandrin.

——παῖς δ' ἦεν Ἴακχος.

Inde etiam *Liberi patris* nomen, quod Cereris nempe filius eſſet. Nam Iacchus Cereris filius, & frater Proſerpinæ. Vnde & ipſa Proſerpina ſimpliciter *Libera* dicitur, Græcis Κόρη, quod eiuſdem Cereris filia eſſet. Nam *Liber* pro filio apud Iuſtinian. in Inſtitut. & Aur. Victorem &c. Salmaſius Not. ad Inſcription. vet. Græc. pag. 92. Vechner. Hellenolex. lib. 2. cap. 6. Alberic. Gentil. Lect. Virgil. cap. 9.

v. 76. *Rure.*] Pro *ruri*. Vide Auſon. Popmam lib. 1. de Vſu antiq. locut. cap. 9.

v. 77. *Suſcepit ſinu.*] κόλπῳ ἐδέξατο. Natos ac de matris iam bulga prodeuntes, ſinu ac gremio excipere moris eſt. Comment. Terent. pag. 69. & ſeq.

v. 78. *Florum oſculis.*] *Oſculum* quoque pulcræ feminæ, propter indolem, vt ille ait, dicitur *roſeum*. Capella de Ioue implicante ſe Danaæ lib. 9.

Sic admouetur ori
Roſeumque circum-acta

Rapit

Rapit osculum puellæ.

Paschal.lib.3.Coron.cap.6.

v.80.*Genestas.*] Virgil.2.Georg.v.424.

——Salices humilesque genistæ,
Aut illæ pecori frondem aut pastoribus vmbram
Sufficiunt.——

Ibid. v. 12.

——Molle siler, lentæque genistæ.

Clariss. Zehnerus in Nomenclat. idem ait esse, quod *Spartum & Spartium.* German. **Pfrimmen.** Adi Plin.lib.24.cap.9.& lib.21.cap.12. Iohan. Thom.Fregium ad Dialog. Viuis pag.115.

v. 80. *Explicant agni latus.*] Significantissimè hic decubitus ille ouium in latus quasi apricantium exprimitur: ait è Lipsio *Gratiarum ille alumnus Taubmanus* in Culice ad Virgilii illa v. 99. *Quem circa fessæ passim cubuere capellæ.* Longus Pœmenic.lib.1. τὰ μῆλα ait ἑρῶντα πίπτειν χαμαί. Statius 10. Thebaid. v. 97.

Nigrantia circum Armenta omne solo recubat pecus.

v.81. *Quisque catus.*] Vniuerse hoc verum. Et de hominum consortio Nazianzenus, ὁ ἐν θεολογίᾳ διαπρέψας in carminibus sacris:

——ὑμετέρας δὲ γάμος καὶ δεσμὸς ὄνειαρ
ἀμφότερον πόρθων τε φίλων καρπῶν τ' ἐρατεινῶν
ῥίζα τε καὶ βιότοιο μελίφρονος ἐσθλὸν ἔρεισμα.

Et Cl. Alexan. 2. Strom. γαμητέον πάντως, καὶ τῆς πατρίδος ἕνεκα, καὶ τῆς τῶν παίδων διαδοχῆς, καὶ τῆς τοῦ κόσμου, ὅσον ἐφ' ἡμῖν, συντελειώσεως, *causa perfectionis mundi*, vt numerus saluandorum compleatur. Munsterus in Bibliis suis Hebraicis Leuit. 15. & Paulus Fagius super verba Geneseos: *Non est bonum, vt sit Adam solus;* è Rabinis antiquioribus & sincerioribus citant in coniugii laudem (referente clarissimo Neandro in Theolog. Christ. pag. 627.) hæc verba: *Qui fructum ex se non edit, assimilatur effusori sanguinis.* Et reuera Ecclesiæ seminarium est coniugium, politiæ plantarium, Oeconomiæ fundus. Egregie Hierocles in lib. de Nuptiis: ἀρχὴ οἴκου περιβολῆς γάμος. ὥστε ὁ ἀναιρῶν ἐξ ἀνθρώπων γάμον, ἀναιρεῖ μὲν οἶκον, ἀναιρεῖ δὲ πόλιν, ἀναιρεῖ δὲ σύμπαν τὸ ἀνθρώπειον γένος. οὐ γὰρ ἂν ὁ ταμένοι, μὴ γενέσεως οὔσης. οὐδ' ἂν γένεσις εἴη, μὴ γάμου ὄντος. ἤγε δικαία καὶ νόμιμος. ὅτι οἶκος ἡ πόλις οὔτ' ἐκ γυναικῶν συνίσανται μόνον, οὔτ' ἐξ ἀνδρῶν μόνον, ἀλλ' ἐκ τῆς πρὸς ἀλλήλους κοινωνίας. Et diuinus Plato VI. de LL. δεῖ ἡμᾶς γεννῶντάς τε καὶ ἐκτρέφοντας παῖδας, καθάπερ λαμπάδα, παραδιδόναι ἄλλοις ἐξ ἄλλων. Adi Arnisæ. de Iure Connub. cap.1. sect.5. n.5.

v. 82. *Subter vmbras.*] Persius Sat. 3. v. 5.

——Siccas insana canicula messes
Iamdudum coquit, & patula pecus omne sub vlmo est.

v. 92. *Cum maritis.*] Ita & Horat. 1. Carm. 17. *Olentis vxores mariti.* Sic capellas προφέρζει. Virg. Eclog. 7. *Vir gregis ipse caper.* Ouid. Metamor. 1. v. 658. de tauro:

De grege nunc tibi vir, & de grege natus habendus.

V. 3. Georg. v. 125. de equis vsurpat:

Quum legere ducem, & pecori dixere maritum.

v. 82. *Balantem gregem.*] Lucret. lib. 2. v. 369. *Balantum pecudes:* i. oues. Virg. 1. Georg. *Balantumque gregem fluuio mersare salubri.*

v. 83. *Canoras.*] Gloss. *Canora,* εὔφωνος; quod in alt. est *vocalis.*

v. 83. *Loquaces ore rauco cygni.*] E Virgilio 11. Æneid. v. 458. *Dant sonitum rauci per stagna loquacia cygni.* Suidas de cygni cantu veteris cuiusdam refert distichon:

Λωΐτερος κύκνων μικρὸς θρόος, ἢ ἐ κολοιῶν
Κρωγμὸς ἐν εἰαριναῖς σκιδνάμενος νεφέλαις.

Quod elegantissimus noster Rittershus. ita vertit:

Est melior cygni vox vnica, quam quod in auras
Cornicum vernas garrula turba crepat.

Et Dionys. Afer. ἱερὸς ὄρνις cygnis tribuit λιγυρὴν ὄπα. Quod Bergomensis adducens, Chron. 4. pag. 55. a. ait; *In Pactoli ripis, veris tempore, cygnos aues tanta cum modulatione cantare, vt nihil iucundius possit audiri.* Inde Calimach. eos nuncupat μουσάων ὄρνιθας ἀοιδοτάτους πετεηνῶν. Et Horat. 4. Carm. *Cygni sonum,* pro dulcissimo sono dicit, Pisides in Cosmurgia v. 1170.

κύκνον δὲ ποῖος ἐξεπαίδευσε τρόπος
εἰς αὖραν ἐλθεῖν μουσικῆς εὐρυθμίας
ὃς τὴν πτερωτὴν ἐξαπλώσας πηκτίδα,
τερπνὴν ξενουργεῖ ταῖς πνοαῖς μελῳδίαν.

Musicam autem cygnus scire creditur. Pausanias in Atticis: ἔστι δὲ κύκνῳ τῷ ὄρνιθι μουσικῆς δόξα. Fr. Luisin. 3. Parerg. cap. 13. Vide Frid. Tileman. Discurs. Philolog. pag. 97. & seqq. Becman. Orig. pag. 333. & seq. & quæ notaui ad Ouid. 5. Trist. 1.

v. 83. *Rauci.*] Cur vox raucorum ad sonos efferatur acutos, Germaniæ lumen Camerarius explicat ὑπ. dec. 5. cap. 1.

v. 85. *Terei puellæ.*] Philomela & Progne: de quibus abunde Naso in Commutationibus Formarum lib. 6. ad quem vise. Hygin. fab. 45. & 246. Tangit Virgil. in Culice v. 249.

Iam Pandionias miseranda prole puellas,

Quarum

Quarum vox querula est, superas quoque Bistonius Rex
Orbus Epops maret volucres euectus in auras.

Hom. Odyss. T. v. 518.

ὡς δ' ὅτε πανδαρέου κούρη χλωρηῒς ἀηδὼν
καλὸν ἀείδησιν, ἔαρος νέον ἱσταμένοιο,
δενδρέων ἐν πετάλοισι καθεζομένη πυκινοῖσιν,
ἥτε θαμὰ τρωπῶσα χέει πολυηχέα φωνήν,
παῖδ' ὀλοφυρομένη Ἴτυλον φίλον, ὅν ποτε χαλκῷ
κτεῖνε δι' ἀφραδίας, κοῦρον Ζήθοιο ἄνακτος &c.

Sidon. Apollinaris lib. 2. epist. 2. facit, *diluculo Philomela inter frutices sibilantem, Prognen inter asseres minurrientem.*

v. 85. *Subter umbram populi.*] Populus, inter cæteras arbores præcipue commendatur. Eam φύλλοισιν ἀπειρεσίοισι κομόωσαν, *foliis innumeris comantem* vocat Apollonius lib. 3. v. 927. Et eius laudatur vmbra. Ouid. 10. Metamorph.

——Et ecce
Opportuna sua blanditur populus vmbra.

Plinius tamen lib. 17. cap. 12. *nullam* tradit esse *populo vmbram, cui sint ludentia folia.* Verum cum tria faciat populi genera, albam, nigram & Libycam: alba tantum est vmbrosa. Quippe hæc est illa, cuius vnius vmbra laudatur: Car. Paschal. lib. 4. cap. 17.

v. 86. *Motus amoris.*] Philomela dulci gemitu Sithonium refert facinus, & damnatos Terei amores cantu repetit: Iohan. Wouwerius de Vmbra. cap. 1. *Motus*, proprium militiæ Venereæ verbum. Ouid. 2. Amor. 10.

At mihi contingat Veneris languescere motu.

v. 86. *Ore Musico.*] *Labra Musica*, dixit Varro Atacinus:
Argutos inter latices & Musica labra
Pierio liquidam, perfundis nectare mentem.

Sidon. lib. 3. epist. 13. *Musicas inferias*, appellat epitaphium versibus conscriptum.

v. 87. *Queri.*] Ita ἰδίως nominant. Horat. 4. Carm. 12.
Nidum ponit, Itym flebiliter gemens infelix auis.

Sidon. in Narbone nominat *planctus*, v. 278. Seneca Agamem. v. 671.
Ramo cantat querula Edonis,
Ityn in varios modulata sonos, &c.

Et mox:
Impia diri furta mariti garrula deflet.

Et Octauia v. 904.

Quæ lacrimis nostris questûs reddet Aëdon?

Et mox:

Instar Aedonis querulo gutture mæstum fundere murmur.

Ibidemque v. 5.

——Repete assuetos
Iam tibi questus, atque æquoreas
Vince Alcionas; vince & volucres
Pandionias.——

V. N. ad Horat. Epod. 2. v. 25.

v. 87. *De marito barbaro.*] Tereo: qui & Ouid. 6. Metam. *Barbarus* indigitatur. Qui propriè *Barbari*; docet ingeniosissimus Meursius ad Lycoph. pag. 143. Ioh. Boch. ad Psal. 113. Alberic. Gentil. Lect. Virg. c. 2. Gilb. Cognat. cent. 6. adag. 550. Photius in Biblioth. pag. 716. Ioan. Sauaro Not. ad Sidon. lib. 5. epist. 5. & lib. 8. epist. 3. lib. 3. epist. 5. & epist. 7. Goldast. in Notis ad Tom. 1. Rerum Alaman. pag. 287. Becman. Orig. pag. 85.

v. 88. *Quando ver venit meum?*] Signum pro re signata. *Ver* ponit pro ipsa hilaritate, ad quam inuitant florentia tempora veris. Adi Horat. 1. carm. 4. Q. d. quando ille tandem illucescet mihi dies, vt, veterno excusso effundatur animus in lætitiam & sensibus imis voceque ac gestu eandem explicem atque expromam? Apulei. apolog. *Tu mihi da contra pro verno flore tuum ver.* h. e. vt mox inquit:

Pro implexis sertis, complexum corpore redde;
Proque rosis, oris suauia purpurei.

Ver, vt supra dictum, mortalibus gratissimum. Et hinc variæ locutiones. Horat. ad August.

Instar Veris enim, vultus vbi tuus
Affulsit populo, gratior & dies.

Clem. Alexand. pædagog. 1. παιδικὴν ἡλικίαν nominat ἔαρ παντὸς τοῦ ζῆν.

v. 89. *Fiet.*] Ita leg. pro *facit*; quod metri ratio non admittit.

v. 89. *Muta chelidon.*] Hirundines enim tempore hiberno conticescunt.

Ast vbi se pandunt florentia tempora veris,
Tum trinsat hirundo vaga.——

Vt loquitur autor Philomelæ & Columella:

Veris & aduentum nidis cantarit hirundo.

Hinc *veris prænuncia* appellatur ab Ouid. 2. Fast. v. 853. Ab Oppiano 3. Hali-

Halicutic. v.244. εἰαρινὴ Ζεφύρου πρωτάγγελος ὄρνις.
à Nonno lib. 2. Dionysiac. v.133.

——εἰαρινοῖο φίλη Ζεφύροιο μένη λάλος ὄρνις.

Vnde prouerbium; μία χελιδὼν ἔαρ οὐ ποιεῖ: *Vna hirundo non facit ver.* Erasmus in Adag. Baptista Mantuanus;

Ver non vna dies, non vna reducit hirundo.

Videatur Gesnerus lib. 4. de Animal. & Aldrouandus in Ornitholog.

v. 90. *Perdidi Musam tacendo.*] *Sicut vestes quoque diutius vinctas ruga consumit, & cartæ alligatæ mutant figuram:* vt præclarè ait Petronius.

Desidis aurigæ non audit verbera currus:
Nec manus agnoscit, quem non exercuit, arcum.

vt est apud luculentissimum & facundissimum poëtam Claudianum. Probè Sidon. Apollin. lib.9.epist.12. *Constat, omnem operam, si longa intercapedine quiescat, ægre resumi. Quisnam enim ignoret, cunctis aut artificibus aut artibus maximum decus vsu venire. Cumque studia consueta non frequentantur, brachia in corporibus, ingenia pigrescere in artibus. Vnde est & illud, quod sero correptus aut rarò, plus arcus manui, iugo bos, equus freno rebellat.* Ibid. epist.13. *Denique probabis, circa nos plurima ex parte, metrorum studia refrigescere. Non enim promtum est, vnum eundemque probe facere aliquid & raro.* Neque inconcinne Ennodius in epist. *Artium magister est instantia, nouerca eruditionis negligentia.* Et strictim Philo: μελέτη μὲν γὰρ συνεχὴς πάγιον ἐπιστήμην, ἀμελετησία δὲ λήθην ἐργάζεται. Quapropter imbibendum & in succum ac sanguinem conuertendum effatum Apuleii, subacti scriptoris, qui ad istam in Floridis faciem dissertit: *Ceterum vox cohibita silentio perpeti non magis vsui fuerit, quam nares grauedine oppletæ, aures spiritu obseratæ, oculi albugine obducti. Quid si manus manicis restringantur? quid si pedes pedicis coartentur? iam rector nostri animus aut somno soluatur, aut vino mergatur, aut morbo sepeliatur? profecto vt gladius vsu splendescit, situ rubiginat: Ita vox in vagina silentii condita, diutino torpore hebetatur. Desuetudo omnibus pigritiam, pigritia veternum parit. Tragœdis adeo, ni quotidie proclament, claritudo arteriis obsolescit. Igitur identidem boando purgant rauim.* Vide Isidor. Pelus. lib. 4. epist. 88. Ouid. 3. Trist. 14. & 5. Trist. 13. atque vtrinque Notas meas, Saresber. lib. 6. cap. 19.

v. 90. *Nec me Phœbus respicit.*] *Respicere*, propriè Deorum beniuolorum; ponitur pro iuuare, fouere, opitulari. Terent. Andr. 5.5. *Age, me in tuis secundis respice*, Et Phorm. 5. *Respicit nos Deus.* Apulei. lib. ix. *Sic herili contumelia me cruciatum tandem cœlestis respexit Prouidentia.* Iuuenal Saty 7. *Solus enim tristes hac tempestate Camenas Respexit* Ita Cicero lib. 10. Famil.

epist. XI. *Rempubl. respicere.* Ad Attic. lib. 1. *Nisi quis nos respexerit Deus.* Creberrimus est huius verbi vsus in sacris, vt docet Robert. Stephanus in Phrasib. Ling. Hebraic. Hinc Arias Montanus Antiq. Iudaic. lib. 8. *Respicere*, inquit, *habitus est curantis eam rem, vel personam, in quam respicitur.* Hinc & *Fortuna Respiciens* dicta Romanis, Fr. Modius Nouantiq. lect. epist. 124.

v. 91. *Sic Amyclas, cum tacerent.*] Erasm. adag. *Amyclas perdidit silentium*; Seruius ad X. Æneid. Ian. Parrhasius Claudian. de Rapt. Proserp. lib. 1. pag. 48. in fin. Rader. ad Martial. lib. 13. n. 110. Dalech. ad Plin. lib. 3. cap. 5. Carol. Stephan. in Dictionar. hist. Conr. Gesnerus in Onomastic.

Nunc, ne quid Scenæ huic desit, iuuat coronidis loco adscribere *Peruigilium Veneris*, quod IANVS ANYSIVS, imperante Maximiliano I. Cæsare, pontificante Iulio II. Papa, Romæ composuit; & postea Carolo V. Imperatore, Roma vi pugnando capta, Neapoli publicauit lib. II. Varior. poëmat. epigram. III. Vnice enim illustrat mentem ac sententiam huius nostri antiqui, quod tractamus, Peruigilii. Neque enim illa verni temporis Peruigilia Veneria aboleri inter Christianos adeo potuere, quin apud plerasq; gentes vigiliæ Kalendarum Maiarum etiamnum hodie inter amantes non minori religione concelebrentur, quam olim à Paganis & Ethnicis infidelibus factum fuit. Illud autem Anysianum Peruigilium habet in hunc modum:

AD VENEREM.

1. Venus Dea Gnidi,
Quam Nobilis Cyprus colit,
Quam circum volitant molliculi Ioci,
Et Lusus, & Amor, improbi Cupidines.
2. Te amat Tellus parens,
Tu germinum vita, & tu amor.
Te propter coëunt frondicomæ arbores:
Marita prunus aurea parit persica.
3. Te auent sata pinguia,
Vbi imbribus lætis madens
Effundis grauidas fœtibus è tuo
Scintillulasque gratiasque aureo sinu.
4. Viret gramine Helicon
Potenti, Olympusque arduus,
a Chiron Phyllirides vnde & opem legit,
Succisque b Circe imagines animat truces.
5. Rubentque in hortulis
Rosæ tuo ortæ ex vulnere.

a *Medicus simplicium in medicando inuentor.*
b *Saga anus.*

Halant

Halant ambrosias aurea citria,
Reddentia inclytum specie Adonin tuum.
6. *Deam te & auium, &*
Serpentium, & pecudum genus
Sentit, quodque in aquis nat liquido pede.
Tui neque expers abditur Erebi Deus.
7. *Profundæ noctis ora*
Arsit facibus olim tuis,
Ætnam quum aggreditur Tartareis equis,
Quatitque terras motu, & orbem nubilat.
8. *Liquidaque marmora,*
Aquis licet frigentibus,
Flammas sæpe tulere. Oceanus pater
Amauit vltimis sub vndis perdite.
9. *Et ipsi Cælites*
Sensere vires intimis
Tuas sæpe medullis. Quoties Iouem
Videre falsa sub figura adulterum.
10. *Puellæ attonitæ, amor*
Succensus vbi recluditur?
Quin te, quæ tacitis ignibus imperas,
Tu te ipsa sæpe vssisti iniquis torribus,
11. *Gradiui necdum amor*
Excussus alto pectore.
Sic te Bellipotens semper amet Deus,
Nec furta dulcia hauriat Sol lumine,
12. *Viri vna & fœminæ*
Precantur, arcto balteo
Componasque iugo irresolubili,
Et prole fac ditentur vsque nobili.
13. *Tibi en aræ nitent*
Et flore, myrto & plurima,
Inceditque puer thura, bona accinens
Verba, occinunt voce & puella tinnula.
14. *Ades Ericina, ades*
Pulchro refulgens sydere,
Vt spectare soles delicias tuas,
Tuos amores, Idaque vt vidit stupens.

IOHAN-

Anno Christi 1629.

IOHANNIS WEITZII
NOTÆ
IN FRAGMENTVM EX INCERTI PERVIGILIO VENERIS.



Oc est singulare fragmentum ex innominati cuiusdam Peruigilio Veneris; quod cum superiori Peruigilio continuandum esse nonnemo contendit, motus gemina germana vtriusque styli elegantia ac lepore, adeo pari ac simili, vt ouum ouo magis esse non possit. Verum ei refragatur fides omnium veterum codicum, quos Pithœus, & Salmasius laudant, in quibus hoc thematium non comparet. Multo autem minus referri ac inferri debet inter Floridi ablecta, vt in nouissima editione præstantissimi Lotichii factum est; quum Groslotius testetur in Carmine integro, vnde hoc fragmentum libauit, singula thematia incipere à versu intercalari, qui in Florido nullus est. Quare fidem Iani Dousæ Iunioris secuti hoc fragmentum rursus separandum, & seorsim exhibendum censuimus, eo interim contenti, dum integrum aliquando in dias luminis oras à ditibus illis Galliarum promis condis producatur. Quod si per pudorem ac verecundiam licet, cupimus ac desideramus: sin, obtenebrentur potius & pereant impudica hæc sacra, quam vt Christianas & pudicas aures offendant. Nam hoc excerptum plane Venerium est, atque adeo Priapeium, planeque dignum impuris illis sacris nocturnis. Rem videamus.

Pag. 94. v. 9. Vers. 1. *Tentis*] Nestori Nouariensi *tendere* proprie est *in laxitatem distendere & sine rugis facere*. In Priapeiis:

At me terribilem mentula tenta facit.
Et, quo tenta Dei vena subiret, erat.
Priape, quod sis fascino grauis tento.
Huc ades, & neruis tente Priape faue.

Qui postremus versus etiam in Petronii Satyrico legitur pag. 57. v. 32. Hinc *tentigo pro pruritu libidinis, quo virilia extenduntur, vel vulua incalescit.* vt explicat Stephanus Doletus in Obseruation. Ling. Lat. Balbus in Catho-

Catholic. *Tentigo, id eſt extenſio vel erectio virilis membri.* Iuuenal. *Rigidæ tentigine vuluæ. Vnde tentiginoſus, id eſt luxurioſus, ſæpe tentiginem patiens.* In iiſdem Priapeiis:

Turpe quidem factu, ſed ne tentigine rumpar.

Vbi Calderinus, & Schoppius in Commentar. Hegendorphin. Annotatiuncul. in Virgil. verb. *Tentigo*.

Ibid. *Mentulis*] *Mentula*, virga virilis. Martinius in Lexic. Philologic. deducit à μηνυτὴς, indicator, index, quod ſit ſexus nota. niſi à Germanico **Mann** / vir, quaſi **Mannheit** / vt opinatur Goropius. Ita & Germanis **Mannlichheit** / & Græcis ἀνδρεία, & ἀνδρεῖον μόριον. In Priap.

——Videntque magnam
Matronæ quoque mentulam libenter.
Nec mihi ſit crimen, quod mentula ſemper aperta eſt.
Promiſit fore, mentulamque mouit
Pro nutu Deus——Non eſt
Mentula ſubducti noſtra ſupercilii.
Verum mentula luculenta noſtra eſt.
——Non ſtat benè mentula craſſa.
Deus Priapo mentulatior non eſt.

Ibid. *Neruis*] *Neruus*, vena mentulæ, aut pars neruoſa, quam ſinus abſcondit, in quam venæ & nerui à toto corpore vergunt. Martinius in Lexic. Philolog. Obſcœna igitur notione; vt in illo Iuuenal. Satyr. 10.

——Menſura incognita nerui.

Penis neruum intelligit, qui Ariſtophani in Auib. νεῦρον, vt docent Conr. Geſnerus, & Robert. Conſtantinus in Lexic. Græc. Et apud Hippocratem μωρὰ νεῦρα, quæ non poſſunt ἐπαίρεσθαι. Ita Theopompus Comicus apud Pollucem ἄνευρον εἴρηκεν, *eneruem* dixit. Pollux: ἄπνυς, ἄνευρος, ἀσθενὴς, ἀνέντατος, *ſpiritu & neruis carens, imbellis & remiſſus.* Propter iſtam nerui ſignificationem κακεμφάτως & Comice loqui cenſet doctiſſimus Hieronymus, qui dicit cum Terentio Eunuch. 2, 3. *Neruos intende.* Hoc nomine dat illi pœnas Rufinus Epiſcopus Aquilegienſis. Dixerat Rufinus: *Quid tibi videtur? habesne vltra aliquid, quo neruos tuæ loquacitatis intendas?* Excipit Hieronymus: *Et indignaris, ſi putide te loqui arguam? cum comœdiarum turpitudines, & ſcortorum amatorumque ludicra eccleſiaſticus Scriptor adſumas.* Totius reprehenſionis cardo vertitur in ea notione vocis *neruus*, quam diximus. Caſaubon. Animaduerſion. in Athenæum lib. 1. cap. 5. Hinc Circe in Epiſtola ad Polyænum, apud Petron. *Recipies neruos tuos, ſi triduo ſine fratre dormieris.* Hinc & Prouerbium;

οὐδέν σ' ὀνήσει βολβὸς, αἂν μὴ νεῦρ' ἔχῃς.

Neruis carentem iuuerit bulbus nihil.

Apud Scaliger. in Stromat. metric. v. 777. Apuleius lib. 2. Metamorph. *Et oppido formido, ne neruus rigoris nimietate rumpatur.* In Priapeiis:

Libidinoso tenta Pyramis neruo.

Rursum:

——Neruis tente Priape faue.

Videatur Stephan. Doletus in Obseruation. Ling. Lat. Alias *neruis coitus nocet*, vt demonstrat Tiraquellus Connub. 15. n. 37.

v. 2. *Passeres salaces*] *Passer*, valde libidinosa est auis. Balbus Catholic. *Passer à patiendo libidinem, quia petulcum, id est libidinosum animal est.* Quemadmodum στρουθὸς dicitur Græcis ab eo, quod cum furore quodam in libidinem feratur, παρὰ τὸ μετ' οἴστρου θεῖν πρὸς τὴν ὀχείαν; Eustathius in Homer. vnde & propter salacitatem vitæ est breuiusculæ. Plinius testatur, marem solummodo vnum annum viuere, sed feminas diutius. id quod inde colligit, quia nigrities, quæ est in rostro passerum, non apparet in initio veris, sed incipit in æstate, cum tamen passeres non emigrant ad loca calida, sicut reliquæ, nec etiam regulariter capiantur ad vsum mensarum. Tiraquell. Connub. 15. n. 9. Wolff. Franzius in Histor. animal. sacra pag. 548. In Priapeiis:

Vernis passeribus salaciores.

Vbi Schopp. in Commentar. Hinc στρουθὸς, *passer*, in mimis significant obscœnam partem virilem, à passeris nimirum salacitate, vt asserunt Conr. Gesnerus & Arnold. Arlemius in Lexic. Græc. & Budæus in Comment. Græc. Linguæ. Quin & hominem salacem ac libidinosum, στρουθὸν dici, asserit Hesychius. Inde & *passerum cerebrum*, quum simile nutriat suum simile, ad salacitatem conferre, plerisque persuasum est: Ioh. Langius Epistolar. Medicinal. lib. 1. epist. 10. pag. 40. Adde Gesnerum lib. 4. Histor. animal. & Aldrouandum in Ornitholog.

Ibid. *Rauci*] Vide Notas nostras ad Eclog. 1. Virgil. v. 58.

Ibid. *Turtures*] Vide ibidem Franzium pag. 466. Cui adde Tiraquell. Connubial. 13. n. 2. & 3. Balbum siue Ioannem de Balbis Ianuens. in Catholic. & Garnerium S. Victoris Monachum in Enucleament. Bibliæ. *Turtur* etiam veteribus inter ea vocabula, quæ sine præfatione honoris vix nominata. vnde *turtures*, molles impudicique. Vide Gruterum ad Plauti Bacchid. 1, 1. v. 35. & Aldrouandum in Ornitholog.

v. 3. *Myrto*] Vide quæ supra annotauimus ad Peruigil. Vener. v. 6. & adde Matthioli Commentarios in Dioscorid. & Lobelium in Hist. plan-

plantat. Erasmum in Chiliad. adag. *Myrteam coronam ambit*. Est autem arbor Veneri sacra. Vnde fors est vt *μύρτον* Græcis dicatur pars pudendi membri muliebris, hoc est caro subsultans, quæ interiacet rimæ, vt legitur apud Iul. Pollucem in Onomastic.

v. 4. *Cum puellis dulce inire*] Refer huc illa, quæ conscripsit Tiraquellus Connubial. 9. n. 117.

Ibid. *Vesticontubernium*] Videndus Ian. Dousa Fil. Coniectaneor. in Catull. Tibul. Propert. lib. 3. in fin. & Georg. Erhardus, siue quis alius auctor, in Symbolis ad Petron. pag. 556.

IOHANNIS WEITZII,

Anno Christi 1619.

NOTVLÆ IN FLORIDVM DE QVALITATE VITÆ.

QVas tu, Nobilissime & Amplissime Domine Goldaste, xx. Kal. Decembris dederas, xvi. Kalend. Ianuarii mihi sunt redditæ litteræ. Nec enim Lipsiam versus cum suo comitatu hac transiit noster Schleichius; sed in reditu demum me compellauit Dauid Scribonius, eius minister: alias voluntati tuæ abunde statim satisfecissem. Nihilominus submitto iam in FLORIDVM Notulas tenuiculas, quas si dignas luce cum reliquis censes, agedum fiat, quod vis. Cæterum Floridus, *Poëta Romanus* indigitatur ab Amplissimo Frehero, qui ad Ausonii Mosellam adducit ex Florido nostro illa; *Malim vnum Catonem* &c. quæ verba sicco transii pede, tibi illa reliquens illustranda, cum viderim in præfatione aut dedicatione super Speculum vitæ humanæ Roderici Episcopi Zamorensis, à te mentionem Catonis fieri, quem propter iustos mores venerata sit Romana antiquitas quasi cœlis delapsum. Idem Floridus nominatur etiam à Rittershusio in Notis ad Isidori Pelusiotæ lib. 4. epist. 25. Vt deinceps nulla caussa sit, cur *Floridum* illud appellemus Carmen cum Lipsio, Wouuverio & Barthio nostro &c. Quid verò

Sixtinus? pergitne in editione noua Claudiani adornanda? Fors fuat & plausum toto ego pectore concipio, & FELICITER acclamo! Petronium à Domino Doctore Lotichio recentatum lubens videro, & in nundinis proximis in lucem proditurum confido. Vale mi optime & charissime Goldaste, & vmquamne rursus vidende? Voueo! Deus me voti huius reddat compotem; cui TE tuaque etiam atque etiam commendo. Gothæ festinanter, XXVIII. Ianuarii, ∞ IↃC XXIX.

Pag. 93. v. 25. Θ. I. v. I. *Bacche, vitium repertor*] Hæc inuentio passim Baccho adscribitur. Euripides Bacchis v. 278.

——Σεμέλης γόνος,
Βότρυος ὑγρὸν πόμ' ηὗρε κεἰσηνέγκατο
θνητοῖς.——

Vide Nonnum lib. 12. Dionysiac. v. 191. & seqq. vbi v. 201. ait,

——καὶ γλυκερὸν ποτὸν ηὗρε.

Adde eundem lib. 7. v. 85. & alibi; Polydor. Vergilium de Inuent. rer. lib. 3. cap. 3. Iohan. Matthæum Lunensem libello de Rer. inuentorib. pag. 15. Iulian. Aurelium Lessigniensem de Cognominib. Deor. lib. 3. cap. 5.

Ibid. *Plenus vitibus*] Ouidius 5. Trist. 4. *Et incluso plena sit vua racemo.* Confer Virgil. 2. Georgic. v. 4.

v. 2. *Effluas*] ἐνεργητικῶς, pro, expromas vel fundas, vt in Peruigilio Veneris; *Hibla totos funde flores.*

Ibid. *Dulcem liquorem*] Nonnus Dionysiac. li. 12. v. 168. μελίρραθάμιγγα οἶνον: & v. 203. ἡδύποτον ἐέρσην nuncupat. quippe, vt ait ibidem v. 268.

Ἀνὴρ πένθος ἔχων, ὅτι γεύσεται ἡδέος οἴνου,
συγνὸν ἀεξομένης ἀποσείεται ὄγκον ἀνίης.

Vide ibidem v. 260. & lib. 47. v. 54. Extant eo argumento versiculi Varronis lepidissimi:

Vino nihil iucundius quisquam bibit.
Hoc ægritudinem ad medendam inuenerunt:
Hoc continet coagulum conuiuia;
Hoc hilaritatis dulce seminarium.

Ibid. *Liquorem*] ἀμπέλου ῥοαῖς, Euripides Bacchis. ῥόον ἡδέος οἴνου, Nonnus lib. 49. v. 76. ἰκμάδα Βάκχου, idem lib. 15. v. 10.

Ibid. *Comparandum nectari*] Scholiastes Theocriti ad Idyll. XI. v. 48. Νέκταρ, θεῶν πόμα. Quo alludit Aristotel. lib. 2. Magnor. Moral. οἷον ἂν μὴ εἰδότες, τὸ νέκταρ οἴονται τοὺς θεοὺς οἶνον πίνειν, καὶ οὐκ εἶναι τούτου ἥδιον οὐδέν. Lucianus de Sacrificiis tom. 3. pag. 89. ἦν δὲ οἰκάσιτοι ὦσι, νέκταρ καὶ ἀμβροσία τὸ δεῖπνον. Vide Notas

nostras

nostras ad Ouid. 1. de Ponto 11. v. 11. Læl. Bisciolam tom. 1. Horat. subseciu. lib. 5. cap. 20. Hinc sæpe vinum suaue & iucundum appellatur *nectar*, aut eidem comparatur. Tzetzes Chiliad. 10. hist. 351.

Νέκταρ δὲ πόσιν τῶν θεῶν πάλιν φασὶν οἱ μῦθοι
ἡμεῖς δὲ νέκταρ πᾶν γλυκὺ φαμὲν ἐν παραχήσει.

Nonnus lib. 12. Dionysiac. v. 207.

Ἀμβροσίην καὶ νέκταρ ἐμοῦ Διὸς ἄμπελε τίκτεις.

Et lib. 14. v. 255. νέκταρ ἀμπελόεν. Ibidem circa finem v. 434.

Δεῦτε φίλοι, γεύσασθε μελισταγέος ποταμοῖο.
ἐνθάδε παπταίνω τύπον αἰθέρος. αὐτόχυτον γὰρ
κεῖνο τόπερ καλέουσι Διὸς πόμα νέκταρ ὀλύμπου,
Νηϊάδες χθονίοισιν ἀναβλύζουσι κυπέλλοις.

Lib. 12. v. 320.

——λαρὸν ἐϋρραθάμιγγος νέκταρ ὀπώρης.

Et lib. 47. v. 78. νέκταρ ὀλύμπου. Et quî omnia huc congeri loca queunt? Propter suauitatem summam etiam ad Carminum iucunditatem transfertur. Theocritus Thalysiis;

οὕνεκά οἱ γλυκὺ μοῖσα διὰ στόματος χεε νέκταρ.

Scholiastes: αἱ Μοῦσαι αὐτὸν γλυκύτατον τραγῳδὸν ἐποίησαν, δηλοῖ δὲ διὰ τοῦ νέκταρος ὑπερβολικὴν τὴν μελιχρότητα, ἢ τὴν γλυκυφωνίαν. Martianus Capella lib. 9. *Post hos honoratior fontigenarum virginum chorus, Pegasea vocis nectare diffluebat.* Sed de his alibi fusius.

v. 3. *Vetustum*] μηδὲν γὰρ ἐστὶν ὡραιότερον οἴνου γέροντος, *nihil magis lepidum, quam vinum vetustate edentulum:* Longus lib. 4. Pastoral. pag. 161. Vini enim precium veteres secundum ætatem æstimarunt. Vinum vetus, vt diuinam potionem, celebrat Homerus Odyss. 2. v. 340.

Ἐν δὲ πίθοι οἴνοιο παλαιοῦ ἡδυπότοιο
ἕστασαν, ἄκρητον θεῖον ποτὸν ἐντὸς, ἔχοντες.

Ouidius 2. de Arte v. 695.

Qui properant, noua vina bibant; mihi fundat auitum
Consulibus priscis condita vina merum.

Ibidem v. 418. *Annosum merum.* Horatius 1. Carm. 37.

Antehac nefas depromere Cæculum
Cellis auitis.

Pindarus Olymp. 9. Αἴνει δὲ παλαιὸν μὲν οἶνον, ἄνθεα δ' ὕμνων νεωτέρων. Sic Plautus prologo Casinæ;

Qui vtuntur vino vetere, sapientes puto,
Et qui libenter veteres spectant fabulas.]

Apuleius lib. 2. Metamorph. *Pueri gemmas formatas in pocula vini vetusti frequenter offerentes.* Ita apud Petronium laudatur *vinum Opimianum*, quod *diutius viuere*, quam homines, queritur Trimalcio. Læl. Bisciola tom. 1. Horar. subseciu. lib. 17. cap. 5. & tom. 2. lib. 13. cap. 12. Adde Zehnerum Similitudin. Biblic. cap. 33. vbi elegantissimum adducit locum Alexidis; quem citat Athenæus lib. 2. cap. 2.

Ibid. *Vernulis asperum duat saporem*] Ita emendauit Lipsius Elector. lib. 1. cap. 5. & intelligi ait; ne vinum acetum fiat, & potui præbeatur seruis, admixta aqua. Vide Catonem de Re rustic. cap. 104. *Duat* pro det. *Posca* autem vernularum & seruorum, ex aceto. Plautus Rudente; *Sed hic Rex cum aceto pransurus est & sale.* Iocose, vt assolet; cum rex diceretur seruus; *O bene*, inquit, *hic rex poscam bibet, & salem pro obsonio delinget.* Vide eundem Lipsium de Militia Romana lib. 5. dialog. 16.

θ. 2. v. 1. *Omnis mulier intra pectus*] Inde Euripides, τῶν ποιητῶν τραγικώτατος, vt Aristotel. in lib. de Poëtica inquit; & cuius versus singulos Cicero singula testimonia putat, lib. 16. epist. 8. ille igitur in Hippol. κίβδηλον ἀνθρώποις κακὸν γυναῖκας appellat. Codrus Vrceus festiuissime ita lusit;

Sidera non tot habet cælum, nec flumina pisces,
Quot scelerata gerit fæmina mente dolos.

In quam sententiam vide quæ consignarunt Iohan. Geiler Keyserspergens. in Speculo fatuor. Nanus Mirabellius in Polyanth. Andreas Eborensis Lusitan. Sententiar. & exemplor. tom. 1. Ioan. Manlius in Loc. communib. Ioseph. Langius & Ioan. Gruterus in Polyanth.

v. 2. *Dulce de labris loquuntur*] Ita Plautinus adolescens Truculent. 1, 2. blanditiis meretricum occinit;

In melle sunt linguæ sitæ vestræ atque orationes
Lacteque: corda in felle sunt sita atque acerbo aceto.
Linguis dulcia dicta datis; corde amare facitis
Amantes.——

Itaque recte Menander apud Stobæum Serm. 73.

τότε τὰς γυναῖκας δεδιέναι μάλιστα δεῖ,
ὅταν περιπλάττωσι τοῖς χρηστοῖς λόγοις.

Tum feminas timere maxime decet,
Cum lenibus subblandiuntur voculis.

Et:

γυνὴ λέγουσα χρηστ', ὑπερβάλλων φόβος·
Mulier loquens benigna, timenda est maxime.

Confer

Confer Tiraquell. Connubial. 9.n.47. & ſeqq. Cæterum in viros *dupli-ces* recte hoc dici poteſt,

οἵτ' εὖ μὲν βάζεις, κακῶς δ' ὄπιθεν φρονέουσι.

Odyſſ. 6. v. 168. qui verbis beneuolentiam ſimulant, cum interim hoſtile odium, & inſatiabilem nocendi cupiditatem animis occultent. Qui ſolent aliud ſentire, aliud loqui. Cicero lib. 8. epiſt. 1. *Qui aliud clauſum in pectore, aliud promptum in lingua habent.* Qui, vt eſt Ierem. 9. v. 8. *in ore ſuo pacem cum amico loquuntur, & occulte ponunt ei inſidias.* Homer. Odyſſ. ρ.

ἐσθλ' ἀγορεύοντες, κακὰ δὲ φρεσὶ βυσσοδόμευον.

Refer huc illud Moſchi Idyll. 1. v. 8.

——κακαὶ φρένες, ἁδὺ λάλημα
οὐ γὰρ ἴσον νοέει καὶ φθέγγεται.

Et cum primis carmen Solonis apud Laërtium lib. 1.

πεφυλαγμένος ἄνδρα ἕκαστον,
ὅρα, μὴ κρυπτὸν ἔγχος ἔχων
καρδίῃ, φαιδρῷ προσεννέπῃ προσώπῳ,
γλῶσσα δέ οἱ διχόμυθος
ἐκ μελαίνας φρενὸς γεγωνῇ.

Lucianus de *Non temere credendo calumniæ*, ſimilem ſententiam habet tom. 1. pag. 857. & ſeq. Rectiſſime igitur Achilles Iliad. 1. v. 312.

ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσιν,
ὅς χ' ἕτερον μὲν κεύθει ἐνὶ φρεσίν, ἄλλο δὲ βάζει.

Duplicitas enim *filia Diaboli eſt*, vt ait Antiochus Abbas Serm. 85.

θ. 3. v. 1. *Sic Apollo, deinde Liber*] Barthius noſter lib. 55. Aduerſarior. c. 5. hos quatuor verſus adducit, & Peruigilii Veneris autori adſignat. Idem facit Lipſius lib. 1. Elector. cap. 5. qui Peruigilium Veneris & hoc Carmen ab vno eodemque autore profectum cenſet. Et Pithœus ſane vtrumque in eodem vetuſto codice coniunctum reperit. Quod ſi ergo huius Carminis autor eſt Floridus, etiam Peruigilii autorem eundem eſſe Floridum oportet. Qua de re viderit callentiſſimi Salmaſii vnicum arbitrium. Bacchum autem & Apollinem iungit, tanquam paria Numina, quorum pares effectus.

v. 2. *Ambo ſunt flammis creati, proſatique ex ignibus*] Bacchum creatum è flammis, teſtatur Ouidius 3. Metamorph. v. 309. à Semele videlicet matre, fulmine percuſſa. Vnde *ignigenam* nuncupat Ouid. 4. Metamor. v. 12. & πυρογενῆ Auſonius Antholog. 1. cap. 38. appellatur Σεμεληγενέτης, & Σεμελεύς. Ibidem cap. 59. ὅτ' ἐκ πυρὸς ἥλατο κοῦρος. Vide Nonnum lib. 8. v. 392. & ſeqq. lib. 9. v. 1. & lib. 27. v. 57. Natal. Comitem Mytholog. lib. 5. cap. 13.

v. 3. *Ambo*

v. 3. *Ambo de comis calorem*] *Comas* vtrique tribuit. Vnde Antholog. 1.
Pag. 94. v. 2. cap. 38. Bacchus ἁβροκόμος, καὶ δολιχαίτης, καὶ ξανθοκάρηνος. Apollo ibidem dicitur ἀκερσεκόμης, ἁβροχαίτης, propter vim radiorum, inquit Naralis Comes Mytholog. 4. cap. 10. Radios enim esse aiunt *comas* sideris. Paschalius lib. 9. Coronar. cap. 16. Vide Notas nostras ad Ibim Ouidii, v. 73.

Ibid. *Et radios ambo serunt*] Sic enim lego & corrigo. *Serere radios* eleganter pro emittere, ἀποπέμπειν, spargere.

v. 4. *Noctis hic rumpit tenebras*] Apollo siue Sol *rumpit tenebras noctis*, quia lux est *claræ causa diei*; Draconrius in Hexaëme. v. 2. & *Diem Sol clarificat*; D. Ambrosius Hexaëm. 1. cap. 9. vel, vt Prudentius loquitur Cathem. 2. v. 5. *Caligo terræ scinditur percussa Solis spiculo*.

Ibid. *Hic tenebras pectoris*] Bacchus *tenebras pectoris rumpit*, hoc est, curas pellit, *tristitiam vitæque labores Finit*; Horat. 1. Carm. 7. *Compescit dolores*, Tibull. 1, 2.

Cura fugit multo diluiturque mero.
Tunc veniunt risus, tunc pauper cornua sumit,
Tunc dolor & curæ rugaque frontis abest.

Ouidius 1. de Arte v. 238. Hinc Græcis λύσιος & λύαιος dictus Bacchus, hoc est curas soluens, & mentem explorans, quemadmodum est apud Plurarchum in Problemarib. Apud Xenophontem Socrates in Symposio: τῷ ὄντι ὁ οἶνος ἄρδων τὰς ψυχὰς, τὰς μὲν λύπας, ὥσπερ ὁ μανδραγόρας τοὺς ἀνθρώπους κοιμίζει. τὰς δὲ φιλοφροσύνας, ὥσπερ ἔλαιον φλόγα, ἐγείρει. Vnde Antholog. 1. cap. 38. Bacchus vocatur γηθόσυνος, λαθικηδὴς, λυσιμέριμνος. Christoph. Hegendorphinus IC. in Declamat. in Laudem Ebrietatis, habita Lipsiæ ante annos quasi centum; *Poëtæ rerum omnium adumbratores, Bacchum nullo alio nomine Liberum vocant, nisi quod mentem curis, solicitudinibus, morbis animi crudelissimis liberat.* Ioan. Gigas in Epigram. de laude Bacchi;

Verum aperit Bacchus curas sepelitque fugatque.

Philip. Beroaldus in Orat. Ebriosi contra scortator. & aleatorem: *Merito Bacchus ipse Liber pater nominatus, non tam ob licentiam linguæ, neque ob libertatem Boetiis datam, quam quod liberat seruitio curarum animum, & vt morbis quibusdam, ita tristitiæ medetur.* Vide Notas nostras ad Dracont. v. 57. Gerard. Buchoidianum in Orat. pro Ebrietate, Basil. Fabrum in Thesauro erudit. Scholiast. verb. *Bacchus*.

θ. 4. v. 1. *Ponebam arbores mali*] Virgil. Eclog. 1. v. 74.

Insere nunc Melibæe pyros, pone ordine vites.

v. 2. *Cortici summa notaui nomen ardoris*] Mos amantium vetus est, in arborum corticibus amasiarum nomina perscribere. Tibull. 2, 5.

Ah quo-

Ah quoties teneras resonant mea vota sub vmbras,
Scribitur & vestris Cynthia corticibus.

Callimachus;

Ἀλλ' ἐνὶ δὴ φύλλοισι κεκομμένα τόσσα φέροιτε
γράμματα, Κυδίππην ὅσσ' ἐρέουσι καλήν.

Quæ repetiit Aristænetus lib. 1. Virgil. Eclog. 10. v. 53.

Certum est, in siluis inter spelæa ferarum
Malle pati, tenerisque meos incidere amores
Arboribus; crescent illæ, crescetis amores.

Vbi vide quæ alia notaui.

Ibid. *Cortici notaui*] Pro; in cortice. Ita in Priapeiis:

-----*Quod ociosus*
Templi parietibus tui notaui.

Ibid. *Ardoris mei*] Id est, amicæ vel amasiæ. Ita Virgil. eclog. 3. v. 66.

At mihi sese offert vltro meus ignis Amyntas.

Inde *vrendi* verbum amori datur ab eodem, Eclog. 2. v. 68.

Me tamen vrit amor.-----

Notat Robbigius lib. 5. Codicis Critic. cap. 18. Sed fusius & enucleatius tractat magni nominis Iurisconsultus, And. Tiraquellus Connub. 15. n. 58. 59. 60. Theocritus Idyll. 2. v. 133. ἔρως δ' ἄρα καὶ Λιπαραίω πολλάκις Ἁφαίστοιο σέλας φλογερώτερον αἴθει. Longus lib. 2. Pœmenic. pag. 50. ἀλγοῦσιν οἱ ἐρῶντες, καὶ ἡμεῖς, &c. καίεσθαι δοκοῦσι. καὶ παρ' ἡμῖν τὸ πῦρ. Et lib. 3. pag. 103. θερμός ἐστιν ὁ ἥλιος. εἰ γὰρ οὕτως γένοιτο Χλόη θερμὸς, ὡς τὸ καῖον πῦρ τὴν καρδίαν τὴν ἐμήν. Sic & *calor*, pro amoris igne, vsurpatur ab Apuleio lib. 5. Metamorph. pag. 164. *Per pectus nescio quo calore feruidum.* Petronius Satyric. pag. 65. *Nunquam finies hunc ignem, nisi sanguine exstinxeris.* Vide, si placet, Mouchembergium in Argenidis continuatæ part. altera, lib. 4. cap. 3. pag. 190. ex interpretatione Ludou. Gotofridi.

v. 4. *Gliscit ardor*] *Gliscere* est crescere & augeri. Festus: *Gliscere, crescere est; & gliscera mensæ, gliscentes, id est crescentes per instructionem epularum scilicet.* Sic *gliscit odium, amor, amicitia, prælium*, dum exardescunt & exaugescunt: *rabies* Plauto Captiu. 3, 4. *ira* Plinio Gloss. *Gliscit*, αὔξει. Onomastic. *Glisco*, ἐπιτείνομαι. Virgil. 12. Æneid.

------*Accenso gliscit violentia Turno.*

Seruius: *Gliscit, crescit & latenter; vnde & glires dicti, quos pingues efficit somnus.* Quæ descripsit hinc Isidorus lib. 12. ca. 3. Vide amicum nostrum, Ianum Gebhardum, illud μυσῶν ὄλισθον αἰθερίων, & verè καπυρὸν στόμα, lib. 3. Crepundior. cap. 3. Vide & Martinium in Lexic. Philologic.

§.5. v.1. *Matris ab aluo*] ἐκ κοιλίας μητρὸς, Matth.19,12. Luc.1,15. Actor.3,2. & 14,8. Galat.1,15.

v.2. *Malos faciunt malorum contubernia*] Idem tradit Epictetus in Enchirid. c.45. ἐὰν ὁ ἑταῖρος ᾖ μεμολυσμένος, καὶ τὸν συνανατριβόμενον αὐτῷ μολύνεσθαι ἀνάγκη, κἂν αὐτὸς ἐκβήσῃ καθαρός. Idem Theognis v.35.

ἐσθλῶν μὲν γὰρ ἄπ' ἐσθλὰ μαθήσεαι· ἢν δὲ κακοῖσι
συμμιχθῇς, ἀπολεῖς καὶ τὸν ἐόντα νόον.

Vbi vide Camerarii Hypomnemata, & Zehnerum Centur. 2. adag. 35. & 73. cent.3. adag.84. & 89. Tiraquellum Connub.5. n. 19. & Connub. 16. n.15. & seqq. Seneca 3. de Ira cap. 3. *Sumuntur à conuersantibus mores. Et vt quædam in contactos è corpore vitia transiliunt, ita animus mala sua proximis tradit.* Chrysostomus Homil. 16. ex variis in Matthæum locis; *Legem acceperunt, vt cum fuissent ingressi, non acciperent filias eorum in matrimonio, neq. connubia mutuo iungerent, neque conuiuia sociarent, ne per societatem mutuam auerterent illos à mandatis Domini, & deprauarent mores eorum.* Exstat hæc homilia in Homiliis SS. Patrum ab Alcuino, iussu Karoli Magni Imperatoris, collectis, interprete ne Aniano, an Clemente Scoto, incertum est. Ad rem etiam huius thematii est D. Paulus Apostolus 1. ad Corinth. 15. v. 33. vbi sacri interpretes locum hunc ethicum communiter tradunt. Adde Prouerbia; *Corrumpunt bonos mores colloquia praua;* & *Similes habent labra lactucas;* &, *Dignum patella operculum;* Mich. Neandrum in Anthologic. Græco-Latin. p.78. Richterum Axiomat. Oeconomic. ca. 207. Rittershus. ad lib. 4. Isidori Pelusiotæ epi. 25. vbi hæc verba Floridi adducit.

Ibid. *Contubernia*] *Contubernium in re militari vndecim homines deputantur;* vt ait Vegetius lib. 2. cap. vlt. & Iul. Modestus in libel. de vocabul. rei militar. ex quo Barthius lib. 7. Aduersar. cap. 4. Qui tali contubernio præest, *Decanus,* ipse scilicet vndecimus, & *caput contubernii* vocatur: Italis hodie *Caporalis*, etsi *Corporalis* alii efferant: Lipsius de Milit. Rom. lib. 5. dialog. 5. Est igitur *contubernium* vel seruorum, vel militaris cohabitatio: Barthius lib. 4. cap. 12. & lib. 25. cap. 2. Gloss. *Contubernium,* συνοικέσιον δούλων, συσκήνιον, σύσσιτον στρατιωτῶν. Hinc *Contubernio* pro contubernali, seu commilitone, qui nostris militibus *compaignon* Italica voce, & barbarius *compan* dicitur. Huguitio in Gloss. *Contubernio, id est socius, commilito, qui est in eodem contubernio, contubernalis.* Eadem habent Papias & Balbus Ianuensis. Hoc loco *contubernium* pro consortio malo sumitur.

§. 6. v. 1. *Sperne mores transmarinos*] Id est, trans mare petitos, πέραν θαλάσσης, & peregrinos siue exoticos. Potissimum autem per peregrinationes inuehuntur mores transmarini. de quo præstantissimi viri, Wolffgangi Heideri,

Heideri, libet in medium adferre verba in proœmio de Constitut. Politices p. 17. *Qui suis in peregrinationibus*, inquit, *montes & valles transcurrunt, maria & flumina traiiciunt, & omnes orbis terrarum angulos perreptant, non alio fine, quam vt saltem oculos vrbium, palatiorum, animantium & hominum spectaculis pascant, vt in sphæristeriis tractare discāt reticula, vt gula captent illecebras, vt meretricularum lethale mulsum degustent, neque, diu cum abfuerint, domum aliud quicquam referunt, quam inanes loculos; quam corpora pallida, macilenta, scabiosa, verminantia; quam conscientiam mille sceleribus onustam; quam vestes insolitas, mores histrionicos, superbam stultitiam, voculas peregrinas, vix vnam atque alteram, & denique patriæ contemptum: illi multo minoris, quam omnes* μαμμόθρεπτοι, *qui pedem extra patriæ partes nunquam extulerunt, faciendi sunt.* Confer Lipsium Cent. 1. epist. 22.

Ibid. *Offucias*] Sic legendum est, non *Offugia*. Nam *offuciæ* sunt fallaciæ, à fuco, præstigiæ: Agell. lib. 14. cap. 1. Onomastic. *Offuciæ*, παραδέξεις. Plautus Captiu. 3, 4. *Ita mihi stolido sursum vorsum os sublenere offuciis.*

v. 3. *Quippe malim vnum Catonem*] Citat hos versus Clariss. vir, Marquard. Freherus in Notis ad Ausonii Mosellam v. 386. pag. 78. vbi nuncupat vetus Floridi, poëtæ Romani, dictum.

§. 7. v. 1. *Tam malum est habere nummos*] Si videlicet abutaris. Bene Socrates apud Stobæum Sermon. 94. *Vt vinum mutatur cum vasis, ita diuitiæ pro moribus vtentium variant.* Et optime Terentius Heautont. 1, 2. *Hæc perinde sunt, vt eius animus, qui ea possidet. Qui vti scit, ei bona; qui non vtitur recte, mala. Res* itaque *non sunt in vitio, sed vsus*, ait Ioh. Saresberiens. lib. 5. Policrat. c. 17. Quæ vero incommoda gignant diuitiæ, si quis improbus sit, & iis non recte vtatur, speciatim exponit & erudite, vt solet, exsinuat Heiderus meus,* λαμπρέοπτον μυσῶν φέγγος ἀναχόμενος, Philosoph. Moral. part. 1. pag. 114. & seqq. * *Antholog. lib. 1. c. 67.*

Ibid. *Non habere quàm malum est*] Quia, vt vetus ille sonat versiculus;

Si tibi deficit as, miser es, & prandia non es.

Et; *Deficiente pecu deficit omne nia.*

Est enim *pecunia* siue *numus* ἀντάλλαγμα τῆς χρείας, vicarius necessitatis & indigentiæ. Cum enim sæpe pars egeat vna, sed non indigeat altera; vt, si pane opus sit sutori, sed pistor calceos non desideret, tum numus indigentiæ substituitur, & is, qui aliena merce non indiget, acceptis pecuniis suā egenti subministrat. Hanc ob causam ἐγγυητὴς fideiussor esse fertur: vel quia pro nobis spondet, vt ea, quorum opus, impetremus: vel quia venditori quasi fidem facit, quod merces eiusdem precii, si earum olim indigeat, pro suis recepturus sit. Heiderus ibid. part. 2. p. 850.

v. 2. *Tam malum est, audere semper*] ῥιψοκινδυνοι enim, qui se temere periculis obiiciunt, malam plerumque pestem oppetere solent, & sibi ipsis interitum accersere. Vnde Seneca Hercul. furent. v. 326.

----- Nemo se tuto diu
Periculis offerre tam crebris potest.
Quem sæpe transit casus, aliquando inuenit.

Exemplum habetur in Milone Crotoniate apud Val. Maximum lib. 9. cap. 12. & Agellium lib. 15. cap. 16. Vide Notas nostras in Ibim v. 611.

Ibid. *Quam malum est; semper pauere*] *Degeneres animos timor arguit*, inquit Virgil. 4. Æneid. De illis prouerbium inualuit; *Timidi nunquam statuerunt trophæum*. Plato in Critia. Suidas cent. 1. adag. 88. *Timidior prospiciente*, iterum Suid. cent. 5. adag. 36. Zenobius cent. 3. adag. 32.

v. 3. *Tam malum est tacere semper*] Bene igitur Ecclesiastes cap. 3. v. 7. καιρὸς τοῦ σιγᾶν, καὶ καιρὸς τοῦ λαλεῖν. Vide Heiderum part. 2. Philosoph. Moral. pag. 737. & seqq. Simonides inde cuidam in conuiuio penitus tacenti dicebat; ὦ ἄνθρωπε, εἰ μὲν ἠλίθιος εἶ σοφὸν πρᾶγμα ποιεῖς. εἰ δὲ σοφὸς, ἠλίθιον. Plutarch. Sympos. 3. cap. 1. Quod postea Theophrastus in simili casu paulo aliter recitauit, apud Laertium lib. 5. εἰ μὲν ἀμαθὴς εἶ, φρονίμως ποιεῖς. εἰ δὲ πεπαίδευσαι, ἀφρόνως.

v. 4. *Tam malum est foris amica*] Qui turpes meretrices & adulteras sectantur, vere Chrysostomi verbis Homil. 24. in cap. 13. ad Roman. τὴν πηγὴν ἀφέντες τὴν καθαρὰν, ἐπὶ τὸν βόρβορον τὸν ὀχετὸν τρέχουσι, *puro fonte relicto, ad immundi cœni cloacam currunt*. Probe Athenæus lib. 13. cap. 20. ex Rustico Antiphanis allegat hunc versiculum;

ἔστιν δ' ἑταίρα τῷ τρέφοντι συμφορά.
Fundi calamitas fit meretrix nutritio.

Legesis Plautum Asinar. 5, 2. Apud Ioan. Brassicanum in Institution. Grammatic. legitur antiquum hoc dicterium; *Nonaria & ludus scholasticis sunt detrimentosa*. Qua de re, qui iocoseriis delectatur, & dulcia cupit miscere vtilibus, is per me licet consulat Paulum Olearium Heidelbergensem in Quæstionib. quodlibetic. *de Fide concubinarum*, & Iacobum Hartlieb Landouiensem in Quæstionib. *de Fide meretricum*, quæ cum Epistolis Obscurorum virorum Iohannis Capnionis siue Reuchlini I C. & Alexandri Brassicani I C. impressæ habentur; necnon Hilar. Drudonem in Practica artis amandi, Poggium Florentin. & Henric. Bebelium in Facetiis, Ottonem Melandrum I C. in Iocoseriis sparsim, & quos primo loco nominare debebam, Bernard. Choueronium in Commentar. de Publicis concubinariis, & Henric. Cnyckium in Speculo concubinariorum.

Ibid.

Ibid. *Quam malum est vxor domi*] Menander in Gnomis Monostichis senariis:

θησαυρός ἐστι τῶν κακῶν κακὴ γυνή.
θάλασσα καὶ πῦρ, καὶ γυνὴ κακὰ τρία.

Quam sententiam disticho expressit Ioh. Secundus;

Quæ mala sint hominum rebus tria maxima, scire
Quæris? habe paucis: fœmina, flamma, fretum.

Plura huius notæ congessit Tiraquellus Connub. 9. n. 15. 16. 19. 20.

θ. 8. v. 1. *Consules fiunt quotannis*] Ex his fecit Taubmannus, διφώνων πτερόδων πρόπολος:

Consul, Proconsul, Roma fit in vrbe quotannis:
Rex solum aut Vates non quouis nascitur ano.

Extulit hæc aliter etiam Dominic. Baudius, τοῦνο τὸ Καλλιόπης γλυκερὸν στόμα, lib. 2. Moral. sapient. pag. 88.

Donare lauro Cæsar atque auro potest
De plebe quemuis. at Poeta nascitur.
Roma quotannis Consules fiunt duo;
Sed plura secla vix duos Vates ferunt,
Honore dignos tam decori nominis.

Referri huc non ineptè videtur, quod Dionysius Milesius Heliodoro, Magistro epistolarum Hadriani, fertur dixisse; ὅτι Καῖσαρ χρήματα μὲν σοι καὶ τιμὰν δοῦναι δύναται, ῥήτορα δὲ σε ποιῆσαι οὐ δύναται: *Cæsar tribuere tibi honores, & largiri pecuniam potest; Oratorem verò facere te non potest.* Dio lib. 69. pag. 789. Xiphilinus in Adriano pag. 352.

Et hæc hactenus.


sss 3 ANNI-

Anno Christi 1588.

ANNIBALIS SCOTI PLACENTINI, COMITIS ET IC. CVBICVLARII PONTIFICII INTIMI

Ex Commentariis in Taciti Annales lib. 15.

NOTATIONES POLITICÆ IN VITAM C. Petronii à Cornelio Tacito perscriptam.



DE *Caio Petronio supra pauca repetunda sunt. Nam illi dies per somnum, nox officiis & oblectamentis vitæ transigebatur. Vtque alios industria, ita hunc ignauia ad famam protulerat*] Infamis equidem est ille & fecors, cui dies per somnum, & nox officiis & oblectamentis vitæ transigitur. Et tamen viros tales sæpe ignauia ad famam in aulis profert, vt alios industria. Et quis tali in re Nemesin continere poterit?

2. *Habebaturque non ganeo & profligator, vt plerique sua haurientium, sed erudito luxu*] Verè est corrupta ciuitas, vbi in luxu eruditio, & eruditi in luxu inueniuntur, ac in pretio habentur.

3. *At dicta factaque eius quanto solutiora, & quandam sui negligentiam præferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiebantur.*] Dicta & facta alicuius, quanto solutiora, & quandam sui negligentiam præferentia, tanto gratius in speciem simplicitatis accipiuntur. Nam mirum est dictu, quantum apud omnes simplicitas sit amabilis. Innocentiæ enim & sinceræ conscientiæ est indicium: quo nihil apud homines gratius. Vnde eleganter Plutarchus in Antonio, cum multas caussas enumeret, quæ illum omnibus amabilem faciebant, *simplicitatem morum* inter præcipuas assignat. Passim etiam apud Iurisconsultos, & in sacrorum Canonum libris, insignia loca reperiuntur, in quibus *simplicitati* subueniendum esse affirmatur. Hanc tamen oportet cum modo esse. si enim esset fatuitas, damnosa & vituperabilis esset. Quod innuens Saluator noster, dixit: * *Estote prudentes sicut serpentes, & simplices sicut columbæ.*

** Matth. 10. v. 16. Luc. 10, v. 3.*

4. Pre-

4. *Proconsul tamen Bithyniæ, & mox Consul, vigentem se ac parem negotiis ostendit*] Qui in magistratu à Principe collocatur, debet se ostendere vigentem ac parem negotiis, si in potentia permanere velit. alioquin æmulis callem ad se opprimendum patefaciet.

5. *Dein reuolutus ad vitia, seu vitiorum imitationem, inter paucos familiarium Neroni assumptus est, elegantiæ arbiter, dum nihil amœnum, & molle affluentia putat, nisi quod ei Petronius approbauisset*] Multis itineribus ad gratiam Principis contendunt Aulici. Hic morum seueritate ob tractanda officia, ille insigni doctrina, alter morum grauitate, nonnulli insigni rerum experientia: & alii aliis de caussis. Verum aliqui reperiuntur, quos ob amœnitatem vitæ, & mollem affluentiam assumit Princeps inter paucos familiarium, & quasi elegantiarum arbitros facit. Hos tales, prudens & grauis Aulicus demereri studeat. facile enim hoc illius dexteritati erit, & hi postea ad illius beneficium in animo Principis validissimi erunt.

6. *Vnde inuidia Tigellini, quasi aduersus æmulum & scientia voluptatum potiorem*] Apud Principem, inter Aulicos non tantum est æmulatio virtutis, sed etiam vitiorum. Vnde sæpe inter duos, quos Princeps ob voluptates suas diligat, æmulatio orietur: si quando alter in voluptatum scientia apud Principem erit potior.

7. *Ergo crudelitatem Principis, cui cetera libidines cedebant, aggreditur*] Vt in claro & insigni Principe cœtu multarum virtutum septo & instructo, solet aliqua specifica virtus ceteras præcellere; sic in flagitioso & improbo Tyranno, plurimis vitiis & libidinibus pleno, solet aliquod vitium semper insignius conspici, cui cetera cedunt: & vt sæpe est sæuitia.

8. *Amicitiam Sceuini Petronio obiectans; corrupto ad indicium Seruo, ademptaque defensione, & maiore parte familiæ in vincla rapta*] Æmulus, qui æmulum perdere cupit apud Tyrannum, his artibus vtitur. Obiectat illi amicitiam alicuius Tyranno inuisi: deinde corrumpit ad indicium familiam, & illi adimit defensionem.

9. *Forte illis diebus Campaniam petiuerat Cæsar, & Cumas vsque progressus Petronius illic attinebatur. Nec tulit vltra timoris aut spei moras*] Delicati & timidi est, non ferre vltra timoris aut spei moras. Contra, fortis & sapiens tempus tempori addendo, se occasionibus patienter semper reseruabit. Inde illud Virgilii:

Durate, & vosmet rebus seruate secundis.

10. Neq.

10. *Neque tamen praeceps vitam expulit, sed incisas venas, vt libitum obligatas, aperire rursum, & alloqui amicos, non per seria, aut quibus constantiae gloriam peteret. Audiebatq; referentes, nihil de immortalitate animae, & sapientium placitis, sed leuia carmina, & faciles versus. Seruorum alios largitione, quosdam verberibus affecit. Iniit & vias, somno indulsit, vt quamquam coacta mors, fortuitae similis esset*] Nouum genus mortis, nouo vitae generi congruit. Et qualis fuit vitae cursus, idem solet esse metae spatium.

11. *Ne codicillis quidem, quod plerique pereuntium, Neronem aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est: sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum feminarumque & nouitate cuiusque stupri perscripsit, atque obsignata misit Neroni. fregitque anulum, ne mox vsui esset ad facienda pericula*] Et si in ceteris molliter & ignaue se gessit Petronius iste, in hoc tamen fortiter & digne egit; frangendo anulum, ne vsui Neroni esset, ad facienda aliis claris viris pericula. Nam potuisset illo Tyrannus vti, & apponere nomina illustrium Senatorum, tamquam à Petronio accusatorum: & sic eos necare.

12. *Ambigenti Neroni, quonam modo noctium suarum ingenia notescerent*] Numquam ambigere debet Princeps, quo modo noctium suarum ingenia notescant. nam nihil occultum ex eius dictis factisve esse potest: & si cetera silerent, parietes ipsi & lectuli voces haberent, & loquerentur. Nam omnium oculi & mentes in eum directae sunt: qui est vt ciuitas supra montē posita. Proinde studeat semper & Deo placere & hominibus.

13. *Offertur Silia matrimonio Senatoris haud ignota, & ipsi ad omnem libidinem adscita*] Non ad vnam, sed ad omnem libidinem adsciscit Tyrannus personas, quas in suam voluptatem sibi seponit.

14. *Ac Petronio perquam familiaris. agitur in exsilium, tamquam non siluisset quae viderat, pertuleratque proprio odio*] Sub Tyranno oportet non solum silere, quae vides ac perfers; sed etiam non meminisse, quae audiueris, vel videris.

LVDO-

LVDOVICI DORLEANS PARISIENSIS JC.

Anno Christi 1599.

ADNOTATA POLITICA IN Vitam Petronii.

Ex Nouis Cogitationibus in Taciti Annales lib. 15.



AIO PETRONIO] Qui dictus est, *Arbiter Neronianæ eloquentiæ*; interuersor naturæ, & lucernarius. Viuebat enim ad lucernas, de die dormiebat. Quod hodie multi faciunt castrenses bardocuculi. Est de eo epigramma, quod expleo, tractum ex Bibliotheca Vaticana.

Petroni Carmen diuino pondere currit,
Quo iuuenum mores arguit, atque senum;
Quare a ille præsa (lege prensa) gaudet lasciua puella,
b *At quoque delicias frigida sentit anus,*
c *Nam iter dici, scripsitque Neronis* d *amictus,*
Arbiter arbitrio dictus & ipse suo.

a *Illo prenso.* b *Vt quoque.* c *Nam pariter.* d *Amicus.*

Cæterum non idem est *Caius Petronius*, & *Titus Petronius*, de quo Plinius lib. 37. cap. 2. Nam Titus Petronius mori non est iussus; sed Caius Petronius, qui heic moriturus sub Nerone ostenditur.

2. *Supra pauca repetenda sunt*] Leg. *De Caio Petronio supra pauca repetenda sunt.* id est, scribendum est de Petronio paulo amplius, quam paucitas expetat.

3. *Illi dies per somnum, nox officiis & oblectamentis vitæ*] Sic Froissardus, Foxensem Phœbum Gastonem facit, virum sane in militia magnum, sed in pace fluentem, & malchinum. Nam illi per diem sopor & torpor, per noctem & ad candelas magnarum rerum meditamenta & opera.

4. *Proconsul tamen Bithyniæ*] Qualis fuerat ante eum Catullus Poëta, vterque vitæ mollioris. Nam de se ipso Catullus;

 —*Inci-*

——Incidere nobis
Sermones varii, quibus quid esset
Iam Bithynia, quomodo se haberet,
Et quonam mihi profuisset are;
Respondi, id quod erat, mihi, nec ipsi,
Nec Prætoribus esse, nec cohorti,
Cur quisquam caput vnctius referret.

5. *Vigentem se ac parem negotiis*] Id est sufficientem. Frequens hæc formula in Tacito, vt lib. 16. *Par negotiis neque supra erat.*

6. *Dum nihil amœnum*] Leg. *Dum nihil molle & amœnum in affluentia putat, nisi quod ei Petronius approbasset.*

7. *Incisas venas ad libitum obligatas*] Leg. *vt libitum*, id est pro animi libidine, aut obligaret, aut solueret.

8. *Proprio odio*] Leg. *propero odio*, pro præcipiti. Statim enim morti dedit, sola suspicione ductus. Hæc autem mors præceps, laudata & cupita Romanis. Itaque Plinius lib. 7. cap. 53. *Miraculo sunt mortes repentinæ, hoc est summa vitæ felicitas, quas esse naturales docebimus.*

HIERO-

HIERONYMI CARDANI MEDIOLANENSIS, PHILOSOPHI AC MEDICI CELEBERRIMI

Anno Christi 1532.

APOLOGIA

PRO NERONE CÆSARE, SVPER EIVS FLAGITIIS, A PETRONIO ET TACITO memoriæ mandatis.

Ex Encomio Neronis.



Vpereſt modo, vt de illo tam vulgato vitio diſſeram, libidine ſcilicet & luxuria, in qua ſolum eum defendi non poſſe obtrectatores credunt, tum ob immanitatem ſceleris, tum quod publice hæc flagitia admitteret.

Et primum quod inconſtans fuerit in vxoribus retinendis. Sed ſi ad hoc reſpicimus, nullus ex familia Auguſti pauciores habuit. C. Cæſar Dictator tres, Corneliam Cinnæ, Pompeiam Pompeii, Calpurniam Piſonis; ſed & Cleopatram pene loco vxoris habuit. Auguſtus ipſe quatuor, P. Seruilii filiam Claudiam, priuignam Antonii ex Fuluia, Scriboniam, & Liuiam Druſillam. Tiberius duas tantum duxit, Agrippinam & Iuliam: ſed non tam continentia, quam odio fœminei ſexus. Caligula Liuiam Horeſtillam, & Lolliam Paulinam, & Cæſoniam. Claudius ſex. Sed de Nerone agamus. Tres duxit, Octauiam Poppæam, & Statiliam Meſſalinam, Tauri bis Conſulis abneptem, cum priores morte amiſiſſet. At alii ſuperinduxerunt, repudiarunt, tam turpiter, vt viſas repente in cõuiuio, aut ex ſola commemoratione pulchritudinis, ſtatim abduxerint. Sed veniamus ad vxorum iniurias, quas Cæſar Dictator, Auguſtus & Caligula illis intulerunt. Auguſto Liuia cogebatur puellas conquirere, cum quibus concumberet; præter vxores ciuium, quas conſtuprabat. Vnde illud amarulentum iurgium Antonii ex Suetonio: *Tu ſolam Druſillam inis? ita valeas, vti tamen hanc epiſtolam cum leges, non inieris Tertullã, aut Terentillam, aut Ruſillam, aut Saluiam Citiſceniam, aut omnes.* Caius vero vxoribus ſorores ſuperinducebat in conuiuio. Itaque de re vxoria nihil eſt, quod vxori poſſit obiici, vt qui conſtanter his hæſerit: nec ſe miſcuerit propinquis, vt Caligula, qui cum omnibus ſororibus (erant autem tres) ſtuprum commiſit.

Veniamus iam sensim ad singula. Obiicitur Neroni, quod fratrem *Britannicum* constuprarit. Quæro, quo teste? Nero non dixit, qui omnia fatebatur, & cui id obiiciunt maxime, quod nihil celare sciret. Britannicus non dixit: puer enim erat, quem puduisset talia fateri. tertius testis non affuit. Nec Suetonius illius hostis acerrimus, huius meminit: nec ipse Tacitus satis constanter, cum dixit, *ferunt*: vt ex odio potius sit hoc aggestum, quam ex historia & facti veritate. Deinde si factum est, Britannicus consensit, tum maxime, quod Tacitus dicat *crebris diebus Neronem illusisse Britannici pueritiæ*. Nec tam igitur damnent Neronem, quam Britannicum; tum maxime, quod turpius existimetur, pati nefanda, quam agere. Hoc enim virile est, licet prauum, multisque claris ac generosis commune vitium: illud effœminati viri & omnino indigni, alienumque à generositate. Quod si ætas excusare potuit Britannicum, scilicet quod puer esset, quanto magis Neronem adolescentia ad omnem libidinem prona? At Dictatorem Cæsarem cum Octauio, nepote sororis, concumbentem, quis defendere poterit? Vir senex cum nepote certo concubuit: tanquam desint pueri Domino orbis terrarum, nisi in proprium sanguinem tantum dedecus reiiciat. O rem indignam C. Cæsare, & homine tot victoriis inclyto, ac Augusto! Huius tamen rei testis locuples est Cicero, qui vt rem tamen omnibus notam scribit. Compara modo senem adolescenti, patruum ei, qui quod ad sanguinem attinet (licet lege *frater* appellaretur) vix in numero esset consanguineorum.

Sed veniamus ad reliqua. Obiicitur, quod *Doryphoro* liberto nupserit. Tacitus habet, *Pythagoræ*. Nam hoc verisimilius est (ne effugiam, quod facile effugere liceret, cum de persona non constet,) quod Isidis sacra celebraret, vbi constuprari & constuprare ita licebat, vt in sacris Vestæ castimoniam agere. Itaque noctu constat hæc peracta esse, nec continuata, sed per adulatores persuasum Neroni, pro sacrificio flagitium. At Cæsar Dictator, qui pudicitiam Nicomedi prostrauit. vnde illa carmina celebrata à militibus in triumpho:

Gallias Cæsar subegit, Nicomedes Cæsarem.
Ecce Cæsar nunc triumphat, qui subegit Gallias:
Nicomedes non triumphat, qui subegit Cæsarem.

Et rursus, ne adolescentiæ lapsus iniuriose (quanquam tum Nero esset adolescens) persequi videamur, quid illud est, aut quibus sacris peracta sunt, quæ à Catullo narrantur?

Pulchre conuenit improbis cinædis,

Mamurræ

Mamurræ, Pathicoque Cæsarique:
Nec mirum, maculæ pares vtrisque.

Inde subiungit:

Morbosi pariter, gemelli vtrique;
Vno in lectulo erudituli ambo.

Et alibi:

Quis hoc potest videre? quis potest pati,
Nisi impudicus, & vorax, & aleo?
Mamurram habere, quo Comata Gallia
Habebat, & cuncta vltima Britannia.
Cinæde Romule hoc videbis, & feres?
Et impudicus, & vorax, & aleo.

Inde subiungit:

Eone nomine Imperator vnice
Fuisti in vltima Occidentis insula,
Vt ista vestra diffututa mentula
Ducenties comesset aut trecenties?
Quid est? an hæc sinistra liberalitas
Parum expatrauit?——

Et alibi rursus:

Nil nimium studeo Cæsar tibi velle placere,
Nec scire vtrum sis albus an ater homo.
Mentula mœchatur, mœchatur mentula certe:
Hoc est quod dicunt, ipsa olera olla legit.

Fuit hic Mamurra Præfectus fabrûm Cæsaris in Gallia: cuius etiam meminit Cicero in Epistolis ad Atticum, his verbis: *Et Labieni diuitiæ, & Mamurræ placent, & Balbi horti, & Tusculanum.* Ditauit enim eum Cæsar mirum in modum. Hic fuit, qui primus voluit incrustari parietes marmore. Autor Plinius. Et Suetonius: *Valerium Catullum, à quo sibi versiculis de Mamurra, perpetua stigmata imposita non dissimulauerat, satisfacientem eadem die adhibuit cœnæ.* Itaque non video, cur non magis damnandus sit Cæsar, qui in scelere perseuerauit, qui nullis sacris hoc egit, qui tantum ex hac causa donauit etiam priuatus, vt infamis redderetur, quam Nero. Et Octauium, qui se patruo supposuit. Nota est fabula de Caligula & Pisone: sed omitto illum, qui Deus non fuit. Nero his Diuis Isidis comparetur, videbis minus peccasse. Odio tamen potentiorum hic damnatur, quod sine successore mortuus est: illi metu relati in Deos, Iulius ab Octauio, Octauius à Tiberio, Claudius à Nerone.

Succedit *Sporus*, efformatus in puellæ modum. Vnus fuit Sporus Neroni, & damnatur. at quot pueri fuere Traiano? quot fuere Adriano? inter quos duo; Antinous, templis sacris astro dicatus inter Deos, quem profana ob sacra fertur occidisse: alter, cui Imperium relinquere destinauerat, Cæsaremque iam creauerat, sed præuentus morte non successit in Imperio. Sunt etiam qui credant, Adrianum ea de causa, quamuis coniunctum Traiano, adeptum Imperium. eo factum est, vt vterque horum odiosus ob hæc crimina esset vxori; quod Neroni nunquam euenit. Sed redeamus ad Diuos alios, priores omittendo. Domitianus Earinum nomine, C. Cæsar Dictator trium legionum, quas Alexandriæ relinquebat, curam & imperium, Ruscioni liberti sui filio exoleto demandauit? Quid tale Nero in Sporo effecit? Porro adulteria & stupra Reginarum, & matronarum Romanarum ac Prouincialium Cæsaris, si quis numerare velit, non historiam, sed fabulam recitare videbitur. Adeo vero insaniuit in amore Cleopatræ, vt conuiuia in primam lucem sæpe traxerit; & eadem naue Talamego Ægyptum penetrando, Æthiopia tenus vectus fuisset, nisi recusasset exercitus. Huic etiam Ægypti Regnum, quod Romani in prouinciam reducere nolebant, quod ipsis formidabile solum ob potentiam videretur, dono dedit. Vxorem Bugodis Mauritaniæ Regis sic adamauit, vt coniugi illius plurima & immensa dona tribuerit. Seruiliam M. Catonis sororem M. Bruti matrem, corrupit, donoque dedit margaritam sexagies sestertio emptam. Tertiam quoque illius filiam adulterauit, cui ex auctione amplissima prędia minimo addixit pretio. Vnde vulgati illi versus in triumpho.

Vrbani seruate vxores, mœchum caluum adducimus.
Auro in Gallia stuprum emisti, hic sumpsisti mutuum.

Quid dicam de Augusto, qui Apollinem agens cænabat inter sex catamitos totidemque puellas. Vulgata sunt ob id carmina illa:

Cum primum istorum conduxit mensa choragum,
Sexque Deos vidit Mallia, sexque Deas.
Impia dum Phœbi Cæsar mendacia ludit,
Dum noua Diuorum cœnat adulteria.
Omnia se à terris tunc Numina declinarunt,
Fugit & auratos Iuppiter ipse thronos.

Omittam nunc Tiberium inusitatæ, & horrendæ libidinis autorem: cui Nero non solum, sed mortalium nullus potest comparari. Sellariam Elephantidis libros, Spintrias puerulos natantes, Parrhasii tabulam, in qua Atalanta ore Meleagro morigeratur, Fratres tibicines, irrumatas fœminas, & morti addictam Malloniam, quod non posset hoc diutius ferre

ferre; antra & cauas rupes Panifcorum habitu, ac Nympharum pubem & impubem gregem; & triplici vinculo colligata corpora teneræ ætatis. Illud potius quæram, cur clariffimorum virorum plerique adeo turpibus flagitiis conflagarunt? Quin etiam fanctiffimi & moderati alioqui, hac in parte omnes infamia afperfi funt. Socrates, fi negemus peccaffe, ipfe tamen fatetur, quam pronus fuerit ad libidinem; in cæteris continentiffimus, vini, ciborum, iræ, laborum patiens, abftinens, & ab auaritia omni alienus. Plato cum fua fanctitate, Ariftotelesque adeo fœde vixerunt, vt homines fuiffe neges. Secundum Semiramis, Philippus Alexandri pater, & ipfe Alexander, Agefilaus, Traianus, Adrianus, Cicero etiam de crimine filiæ notatus. nam de Tyrone haud puduit fateri. Quid ergo caufæ eft, vt Neroni pro crimine adfcribamus, quod nulli alii crimini datum eft? aut fi verum eft, quod vere crimen eft, non minus venia dignus eft adolefcens Imperator, quam fenes hi in priuata vita.

At forfan ei obiicies Tiberii *ebrietatem, conuiuia triduana, exquifitas cupedias*, aut *aleam* Caii & Claudii? Quod obiicis, ita commune eft omnibus bonis, vt vitium poffit dici virtutis refulgentis, non flagitium. At dicis, *fellator* fuit, & *inguina fugebat* virorum deligatorum ad ftipitem. Non laudabo, non defendam hac in parte Neronem: non tuebor, quod Tiberius deteriora fecerit. fuere impatientes libidinis. Hæc irritamenta fuere priuati viri, & ætatis lafciuientis delicta: in quibus non malus Princeps dignofcitur, fed falax natura, & corporis vitium velut fcabies. Quæ delinquit Princeps in fæuitia, in rapinis, in iudiciis, non tuendo fines Imperii, populum premendo fame: hæc Principis funt vitia; at fi immodice fe vino dedat, aut crapulæ, aut libidini, aut aleæ, aut delicatiori vitæ; hæc non malum Principem efficiunt. Cato & Traianus optimi cenfentur; vterque vinofus fuit. Alexander Seuerus, quo nemo melior, nouax & ambitiofus: aleæ Auguftus: vitæ delicatioris fuere Gordiani, qui optimi Principes habiti funt. Vitia corporis repellere arduum eft: atq; aliud eft, illa non poffe euincere, aliud animum habere malum. Inconfulta iuuenta maiora habet mala, quam *fellare*. Adolefcentes nihil putes omittere flagitii, dum æftuant infana libidine; in aues, in canes fæuiunt, in murorum foramina. Quid enim, quod manibus toties peccant? Sed nemo tam ftolidus eft, vt hæc fciri velit, nedum vt referat ea. Quo fit, vt maligne hæc fcripta fint, & etiam in hiftoriam traducta, quæ debuerant perpetuo filentio obliterati. An hoc multum referre putem, quod Plato, cum adolefcentulus effet, fe maftrubaret? Quæ infania eft huiufmodi quærere? Et maior, quam Tiberii, percunctatio, quæ mater Hecubæ? quod Achilli nomen inter virgines?

Quo

Quo fit, vt sæpe existimauerim, longe melius esse, non scribi historias; earumque lectionem plus afferre mali, quam vtilitatis, mortalium generi. Quid enim ad bonos mores refert, seu legas leuitatem Atheniensium, perfidiam Carthaginensium, crudelitatem Tyrannorum? Quid boni ex Agathoclis vita & gestis, aut Phalaridis, vel Dionysiorum? Sed neque Marii, Syllæ, C. Cæsaris gesta vtile aliquod exemplum continent: nil nisi doli, rapinæ, insidiæ, fracta fides, sæuitia, mortes egregiorum virorum, bonorum oppressiones, depopulationes agrorum, excidia vrbium, cædes promiscuæ, miserorum graues seruitutes, calumniæ in insontes, omniaque infinita cum infelici exitu: vt neque voluptatem capias, nec vtilitatem ex eiusmodi lectione consequaris. Itaque & Taciti, & *a* Metonii, & Diodori Siculi, & Appiani Alexandrini, & Thucydidis historiæ, tum Machiauelli, philosophiæ sacræ studiis aduersantur. Sed longe deteriores his sunt Herodoti, & nostrorum temporum, quæ præter vitia communia plenæ sunt mendaciis, & adulationibus, falsisque criminationibus. Quis nescit, quanta fuerit virtus Antonii Leuæ Hispani Ducis, vt solus dici, aut cum paucis Imperator appellari nostri temporis possit: & tamen nequissimus *b* historicus, seu potius fabulator, quod pecunias non dedisset, maluit totam corrumpere historiam, tresque liberos, qui illi debebantur, intermittere, ne (vt aiebat) ingratum insereret historiæ. Cogita in cæteris qualem se exhibuerit. Cum aliquando *c* Cæsar noster legeret victoriam, quam de Gallis habuerat, dixit: *Profecto non meam, sed Gallorum Regis victoriam hic scripsit*: indicans, ex pecuniis acceptis à Rege, quanta mendacia inseruisset historiæ. Sed & plerumque vita eorum congruit sententiis. Thucydides enim exul ob furta publica; Herodotus infamis; Salustius Numidiæ Præfectus totam diripuit prouinciam, adulter, & omni scelere coinquinatus. Diodorus, dum fœda, turpia, flagitiosaque enarrat, ita omnia attingit, vt videatur voluptate potius, quam necessitate adductus ea conscribere. Hic noster historicus, admirandus profecto magis aliis, qui tametsi senex, parum abfuit, quin *d* pepererit. Sed & id detestabilius, quod cum esset etiam Anristes, gaudebat numerari procos adolescentulos. Vah, quis credat ab huiusmodi vita conducibile aliquid mortalium moribus aut vitæ emanare posse. Omitto quod, vt alias dixi, hæ historiæ omnes anima carent. Non vituperabo Xenophontis de Cyro confictam historiam: sed hæc non historia est, verum philosophica institutio. Et Philippi quidem Regis, & Alexandri gesta narrantem libenter audio: sed nulla pulchrior, quam Ælii Lampridii de Alexandro Seuero, digna certe,

a *al. Petronii.*

b *Paulus Iouius.*

c *Carolus V. Imperator.*

d *Quippe hermaphroditus.*

certe, quæ ab hominibus legatur, maxime Principibus. Sed lubet scire ea omnia, & quomodocunque acta, qualiter & parta sint Imperia. Non nego, non vero. narratio vera tota esse debet. Optime consultum esset rebus humanis, si Principes, & Magistratus, & Historici omnes, philosophiæ operam dedissent. Non cuiusuis est historiam scribere.

Tria sunt vitiorũ genera; quædã, quæ omnino inutilia sunt, etiamsi nullus Deus nobis præsit, animique mortales sint, velut stultitia, ira, segnitia, in his vagari non decet historicum, sed vbi attigerit damna, quæ subsecuta sunt, attingere cætera exempla; quæ non prosunt, relinquere. in eo genere etiam iniuria, cum nulli vsui est. Quæ vero non nisi Deum verentibus obsunt, vt dolus & auaricia, quæ vtilia vitia dicuntur; & appetitus gloriæ, & honorum ambitio, sic debent narrari, vt emolumenta non solum doceas, sed diligentiam & solertiam omnem adhibitam adiicias. Atque hac in parte, præter tres illos alias à nobis descriptos, Xenophontem, Salustium, & Philippum Argentonem, Diodorum & Plutarchum de Vita virorum illustrium adnumerabis. In tertio autem vitiorum genere, velut vltione, sæuitia & inuidia, quod quandoque vtile est, quandoque non, licet verbum attingere solum, & breuiter pertransire, nisi ingens aliquod malum aut bonum subsecutum fuerit. Tunc enim, vt in secundo, omnia minutim ac diligentissime describenda sunt. Maxime autem docenda sunt, vt alias dixi, arcana colloquiorum, epistolarum & actionum: vt non sit æqua partium descriptio, sed vt Poëta canit;

Semper ad euentum festinat, & in medias res
Non secus ac notas auditorem rapit: & quæ
Desperat tractata nitescere posse, relinquit.

Sic etiam in picturis quædam obscure solum significantur, ac breuiter; quæ pulchra sunt & notatu digna, longa serie ac multis imaginibus referuntur. Volutari autem in fœdorum vitiorum enarratione, & maxime cum vitia priuata sunt, quæ admittit Princeps, cum res nullius sit exempli, aut ad morum institutionem vtilis, eius est qui vel animi mores, aut odium, vel amorem in Principem prodere velit, Comicique aut Tragici hoc est, non grauis Historici. Nam Tacitum fuisse virum ambitiosum, & Optimatium factioni addictum, nemo est, qui addubitet.

Sed ad accusationem Neronis reuertor. Obiiciunt id, cur palam hæc fecit? Ignoscimus a t ıti; ignoscimus temporum moribus, naturæ irritamentis, licentiæ Regiæ, tot adulatoribus, occasionibus, exemplis perditorum. Quid coëgit, vt palam faceret, quæ in priuato fœda, quæ


occulta vix defendi possunt? Hoc est, in quo excusari non posse illum putant, sic & illud culpant: *Scis quid mihi opus sit? ad Magistratus.* quasi illos ad rapinas, non solum hortaretur, sed impelleret. Verum, vt idem Suetonius autor est, *impudicitiam professis cætera delicta ignouit:* non existimauit crimen esse, quod non celabatur. Fuit simplicitatis amator, dissimulatorum hostis. Si reprehendis in Nerone, cur tueris in Epicureis? Vnde illud Ciceronis; *δυσπνοίαν turpissima intemperantiæ Epicureorum testem timui.* Hi enim publice profitebantur, se id morbi genus reformidare. At communis tamen labes, vt Iuuenalis;

Inter Socraticos notissima fama cinædos.

Nero autem hos horruit; qui cum mali essent, boni videri volebant, vt idem Poëta rursus ait:

Qui Curios simulant, & Bacchanalia viuunt.

Verum integritatem non aspernatus, vt Cynici Demetrii, cuius supra meminimus: quanquam & illum Plinius Secundus, in defensione eius Philosophi, qui Soranum pecunia inductus accusauit, iure damnet. Ex quo tamen apparet, Sorani damnationem iustam fuisse. Neq; enim emptus fuisset Philosophus ad accusationem falsam, cum alii multi falsi testes inuenti essent: nec damnatur Philosophus vt falsus testis (facile enim potuisset redargui,) sed quod vnica actione & philosophiæ autoritatem, & amicitiæ iura violauerit. Existimauit ergo Nero scelera esse eo deteriora, quo magis occulta. Ludos tamen ille putauit, nec eo modo in publicum processura. Nocte enim & in lucis, vt refert post Petronium Tacitus, hæc acta sunt. Et forsan fama & inuidia plus addidit, &c.



TESTI-



TESTIMONIA DE PETRONIO ARBITRO, EIVS VITA, SCRIPTIS, &c. QVÆ IN LONDORPIANIS OMISSA sunt.

FASTI CAPITOLINI A.V.C. 812. Olymp. 210. C. N. 62.

C. Cæsonius Pætus, * C. Petronius Turpilianus.

* Tres sub Nerone Augusto Petronii vixisse memorantur, omnes Consulares, T. Petronius, C. Petronius Arbiter, & Petronius Sabinus Turpilianus. quorum postremus tantum in Fastis Consulum legitur; cæteri duo prætermissi sunt, non modo in Capitolinis ab Onuphrio Panuinio, Carolo Sigonio, Anton. Contio, &c. verum etiam Siculis Fastis à Sylburgio editis, nec non in Cassiodoro, Mariano Scoto, Temporario, cæteris Chronographis. Inde factum est, vt à plerisque Petronii isti confunderentur, & vni Turpiliano adscriberentur, quæ tribus diuersis assignanda erant. Quanquam & præter hos eodem tempore vixerit Petronius Aristocrates Magnes Philosophus, Aulo Persio, Poetæ Satyrico familiaris, vt testantur Annæus Cornutus, Eilhard. Lubinus, & cæteri Persiani Scholiastæ.

JOANNES CVSPINIANVS MEDICVS, ORATOR ET CONSILIARIVS MAXIMILIANI I. IMP. in Comment. in Cassiodori Chron. A.V.C. 813. Olymp. 210. C. N. 62. Imp. Neronis, 7.

PIVS ET TVRPILIANVS] A Tacito in XIII. appellantur Coss. *Cesonius Petus & Petronius Turpilianus*. Sub quibus Consulibus idem scribit copiose grauissimam cladem in Britannia acceptam: quæ quo pacto facta sit, illinc require. Post duo recenset insignia scelera: alterum Senatorum, alterum Serui. De hoc C. Petronio Turpiliano, qui cum indignationem Neronis incidisset, moriturus testamentum conscripsit* quo omnia flagitia Neronis continebantur, multa scribit Tacitus lib. XVI. lege diligenter.

* Confundit & iste Petronium Arbitrum cum Turpiliano. Quem errorem à Cuspiniano haus- sit Petrus Daniel I C. in Notis ad Petron.

ONVPHRIVS PANVINIVS VERONENSIS, ORDINIS EREMITARVM D. AVGVSTINI, lib. 2. Fastorum, A. V. C. DCCCXIIII. An. CH. LXIII.

CAius Cæsonius Pætus, Caius Petronius C. F. Sabinus Turpilianus.

IDEM in Commentar. lib. II. Fastor. Anno DCCCXIIII.

TAcitus lib. XIIII. Cæsonium Pætum, & Petronium Turpilianum Cos. subiicit. Liber Cuspiniani, & Cassiodorus Pætum & Turpilianum. De hoc ipso C. Petronio Turpiliano multa scripsit idem Tacitus lib. XVI. & Plinius. Extat antiquus Nummus ita inscriptus: SABINVS. TVRPILIANVS. III. VIR. C. Cæsonii Pæti Plinius & Dio meminerunt: vtrorumque vero hæc vetus Inscriptio.

SILVANO. SANCTO. ET MERCVRIO.
ET LIBERO PATRI SACRVM.
M. VAGVNTEIVS. M. F. PAL. AVGVRINVS.
SVA. PECVNIA. D. D. III. IDVS. AVGVST.
PETRONIO TVRPILIANO. ET CÆSONIO
PÆTO COS.

DESIDERIVS ERASMVS ROTERODAMVS in Annotationib. ad D. Hieronymi Epistol. ad Demetriad. de Virginit. seruanda.

AVt memoria lapsus est Hieronymus, aut versum hunc Martialis ab Arbitro Petronio mutuatus est. Exstat enim apud Martialem in Næuolum.

IOHANNES GLANDORPIVS MONASTERIENSIS in Onomastico historiæ Romanæ.

a P. PETRONIVS, Præfectus Ægypti, missus ab Augusto successor Cornelio Gallo, bellum gessit aduersus Æthiopas. De eo complura Strabo lib. 17. Dion lib. 5. Volaterranus in Anthropolog.

a Qui

a. Qui non Publius, sed Caius Petronius prænominatur à Dione lib. 54. & Xiphilino in Epitom. qui ait; Γάϊον δὲ Πετρώνιον τὸν τῆς Αἰγύπτου ἄρχοντα, &c.

b. P. PETRONIVS, missus à Caligula successor Vitellio in Syria, teste Iosepho lib. 18. cap. 15. Postea Legatus Claudii. Seneca in libello de Morte Claudii, *veterem Claudii conuictorem* vocat, & *hominem Claudiana lingua disertum.* nisi forte is Præsidis Syriæ pater fuit. Nam ante Claudium obiisse mortem, indicat Seneca. Filium arbitror fuisse, qui *moriturus, inuidia Neronis, vt exhæredaret mensam eius, trullam murrhinam CCC. sestertiis emptam fregit.* Plinius lib. 37. cap. 16. De eodem Tacitus lib. 16. Plutarchus in libel. πῶς ἄν τις διακρίνειε τὸν κόλακα τοῦ φίλου, Philo de Legatione ad Caium.

b Etiam iste non Publius, sed Caius Petronius vocatur Iornando de Regnor. & tempor. success. cap. 68.

PETRONIVS PRISCVS exactus vrbe sub Nerone. Tacitus lib. 15. Annalium.

c. T. PETRONIVS TVRPILIANVS Consul sub Nerone anno Vrbis conditæ DCCCXIII. Cæsus vt dux Neronis sub Galbæ in vrbem ingressum. Tacitus lib. 18. & aliquot superioribus libris. *c Aliis est C. Petronius Turpilianus.*

PETRONIVS SECVNDVS (ita enim vocatur *d* ab Eutropio & Pæanio) Præfectus prætorio sub Domitiano, collega Norbani, cædis illius conscius fuit, occisus postea à militibus. *d lib. 8. Xiphilinus in Domitiano, Victorinus in Epitom. Cæsar cap 12. Diaconus li. 10. Hist. miscell. cap. 1.*

PETRONIVS ARBITER Poëta, Massiliensis à plerisque existimatur. Scripsit Satyras, opus varium & eruditum, cuius tantum fragmenta quædam ad nos peruenerunt. Lactantius Placidus Statio illum posteriorem vixisse tradit, vt ex quo quædam sumpserit, vt est illud;

Primus in orbe Deos fecit timor. ——

Gyraldus. Aduocatur à Terentiano, Seruio & Macrobio, item ab Hieronymo in Epistol. ad Demetriad. de Virginitate seruanda. Emendatiorem & locupletiorem fragmentorum Petronii editionem debemus Henrico Stephano; & longe melius operæ precium factum à Iano Dousa. Ibidem è CL. Bineti & ipsius Dousæ sententia de auctoris huius ætate paulo aliter: quippe quæ Neronis Imperium astruatur, vt eundem cum P. Petronio, de quo supra, intelligas.

PETRONIVS MAMERTINVS & PETRONIVS SVRA, cæsi sub Commodo. Lamprid. in Commodo.

PETRONIVS SEPTIMIANVS Consul sub Commodo anno V. C. DCCCCXLII.

PETRONIVS IVNIOR occisus à Seuero. Spartianus in Vita Seueri.

Petronivs Didivs Severvs, pater Didii Iuliani Imperatoris, qui Pertinaci successit. Spartian.

Petronivs occisus iussu Caracallæ ante templum Diui Pii. Spartian.

Petronivs Magnvs Prætor Vrbis, citatur à Triphonino, Pandect. 23. de Pact. dotalib.

P. Petronivs P. F. Pal. Rvfvs cum Sallustia Phœbe filia, refertur in Memorabilib. Roman. p. 317.

M. Petronivs Onesimvs pater, M. Petronivs Licinianvs F. referuntur in Vetustis Inscriptionib. Vrbis Romæ p. 291.

M. Petronivs Primvlvs VI. vir Augustalis cum Petronia coniuge, in Memorabil. Italiæ p. 346.

M. Petronivs Herasmidicvs cum Petronia Primitiua, pag. 49.

Petronivs Antigenides, ibid. pag. 148.

C. Petronivs Fabivs Fronto cum Quintia Restituta. pag. 65.

Petronivs Thallvs fideiussor cum aliis pro Aurelio Romulo; Pand. 46. L. 68. ex Paulo.

Petronivs Probianvs Præfectus Vrbis sub Constantino, successit in Proconsulatu Africæ Æliano, cui apud D. Augustinum in Epistolis à Constantino & Licinio Augg. rescribitur.

Petronivs socer Valentis Imperatoris apud Ammianũ lib. 26.

Petronivs Perpenna Magnvs Qvadratianvs V. C. & Inlustris, Præfectus Vrbis, Cõstantinianas thermas refecit, vt indicat inscriptio, quæ extat apud Volaterranum, & similiter apud Marlianum lib. 5.

Petronivs Præfectus prætorio Theodosii Iunioris, vir doctus.

Petronivs eius filius, Præsul Bononiensis, studiis & sanctitate clarus. Huius ferebatur olim opus *de Vita Monachorum*, & aliud *de Ordinatione Episcopi*, sed eruditius, quam vt ipsius esse videretur. Proinde patri eius asscripserunt, maxime cum in eo opere testetur se Præfectum prætorio fuisse. Certe Episcopo filio nobilitatem tribuit Eucherius Lugdunensis Episcopus in Epist. ad Valerianum. Vide Gennadium.

Petronivs Maximvs V. C. Præfecturam Vrbis curauit. Hæc inscriptio extat Romæ, Inscription. antiq. pag. 223. Huius ex filia nepos Maximvs Valentinianum III. Imp. occidit anno V. C. M CC VIII. vicissim cæsus à Genserícho Rege. Nicephor. Callistus 29.

Petronivs Diodotvs & Petronivs Niger quærantur in

in * Chronologia Medicorum. Diodotus ἀντιλεγόμενα scripsit. Citatur à C. Plinio lib. 20. cap. 8. & Dioscoride.

* Mich. Neander in Biblioth. vniuersali, Paschalis Gallus Picto in Biblioth. Medica, Israel Spachius in Nomenclat. Scriptor. Medicor. Ioan Georg. Schenckius in Bibliis Iatric.

PETRONIO patre Consule natus est Honorius Pontifex.

C. PETRONIVS THREICION. Inscription. antiq. p. 56.

RICHARDVS MONTACVTIVS ANGLVS in Analectis Exercitation. ecclesiastic. exercit. 8. sect. 2.

SVccessit (Vitellio Syriæ Præsidi) * Petronius: an idem, de quo multa Tacitus Annal. 16. sane dubito. Missus est cum exercitu cõtra Iudæos, anno Caii secundo: vt gentem illam stirpitus deleret, quod imagines non admitterent Imperatorias. Multiplex huius mentio apud Philonem in Legatione, & apud Iosephum in Historiis. Vbi venit in Prouinciam, & Cæsaris adimplere mandata cogitabat, Iudæi se lamentis & luctui dedidere, agrorum cultura intermissa, neglectis rebus omnibus, iugula postremo offerebant ferienda. Quibus visis, Petronium Iosephus ait in hæc verba prorupisse; *Vel Deo adiuuante, persuaso Cæsare, vobis & mihi vitam procurabo & salutem: vel si noluerit placari, libenter equidem vitam ipse meam, pro tot millibus oppignorabo.* Sed cum dilatum hoc negotium imaginarium ferret ægerrime Caius, scripsit ad Petronium, *Mortem illi minitans,* Caius, *quod ipsius mandata executioni tradere tardasset. Sed contigit vt qui literas istas portabant, treis integros menses violentia tempestatum detinerentur; alii interim, Caii interitum nuntiantes prosperrima nauigatione vsi, illos præuenirent.* Hæc Iosephus: qui Petronio Marsum successorem dat, Antiquitatum Iudaic. lib. XIX. cap. VI.

* De hoc Petronio plura narrat Georg. Fabricius lib. 10. Virorum illustr. cap. 126. Torniellus in Annalib. ecclesiastic.

IANVS ANTONIVS SARACENVS LVGDVNÆVS, MEDICVS GENEVENSIS, in Scholiis in Dioscoridem lib. 1. de Materia Medica, ad præfat.

DIoscorides Petronium & Diodotum, tanquam * diuersos rei herbariæ scriptores commemorat. At Plinius tum lib. 20. cap. 8. tum etiam lib. 25. cap. 9. virum & eundem Petronii Diodoti nomine designare videtur.

*Verba

* Verba Dioscoridis sunt: *Πετρώνιος, Νίγερτε καὶ Διόδοτος*, *Petronius Nigerq; & Diodotus*: id est, vterque tam Niger, quam Diodotus. Non ergo duos diuersos auctores Dioscorides facit Petronium & Diodotum, sed duos diuersos Petronios scilicet Petronium Nigrum, & Petronium Diodotum. Nec minus, quam Saracenus, etiam Hermolaus Barbarus in hoc loco falsus fuit. Et forte ad alterutrum horum duorum Petroniorum spectant carmina illa *de Medicina*, quæ se vidisse Volaterranus testatur. Nam Petronii Arbitri esse nemo mihi vnquam persuaserit.

HENRICVS ORÆVS ASSENHEIMENSIS VVEDDERAVVS in Nomenclatore scriptorum Ecclesiasticor.

PEtronius Episcopus Bononiensis, anno 427. al. 386. al. 370. Petronius Abbas in Monte Cassino, anno 713. al. Petronaii.

JOHANNES GVALTHERIVS BELGA in Chronico Chronicor. lib. 2. in Bibliotheca Philosophor. anno Domini 490. Zenone Imperatore, pag. 911.

TErentianus Maurus contemporaneus Alphio Auito, Septimio, Petronio Arbitro, & Aurelio Apollinari.

JDEM in Bibliotheca Patrum, anno 370. pag. 697.

PEtronius Bononiensis, Italicæ Ecclesiæ Episcopus, scripsisse putatur Vitas Patrum Ægypti Monachorum. Gennadius. Et Trithemius scribit, Historiam eius adhuc se legisse. Obiit anno Domini 385.

JANVS LAVREMBERGIVS in Antiquario verb. Duo.

EX tumulo, quod posuit Petronio Antigenidi Hiarus.

JOHANNES MEVRSIVS PROFESSOR LVGDVNENSIS Animaduersionum miscellar. lib. 3. cap. 18.

PEtronii & ante temporibus iam inuentæ erant aliæ literarum formæ, teste Quintiliano lib. 1. cap. 7. inter quem & Petronium non adeo multum æui interfuit, vt non earundem literarum formis vti potuerint.

JANVS

IANVS GRVTERVS IC. in Asini Cumani Fraterculo è Plauti Electis electo per Eustath. Suartium Palat. n. 101.

VIx offam istam canibus tuis obiecisti, cum in continenti subnectis ex Petronio, lupanar Ascylti. O cœlum! ô terra! Sed amitto verba. Erubescit enim ad ista nefanda, ipsa charta, ipsum atramentum, ipse calamus.

ANONYMVS in Orat. de Vulpe Scholastica, apud CASPARVM DORNAVIVM PHILOSOPH. AC MEDICVM, in Theatro Sapientiæ Socraticæ, pag. 556.

VEnio ad vltimam Scholasticorum nationem in Oratorum & Rhetorum disciplinis, quos *iuuentutis cymbalum* satis ignominiose compellauit Appion Grammaticus, quod certo furiarum genere inquietati in scholis suis adolescentes stultissimos fecerint, nihiloque sapientiores, quam ii bene olent, qui in culina habitant. Quorum tyrones cum in scholasticis exercitiis, & fictitiis declamationum causis in forum producti essent, clamorem, silentium, risum, cœlum ipsum pati non potuerunt. Horum igitur Collegia, vt ludus impudentiæ, L. Crasso & Domitio Censoribus, explosa & claudi iussa sunt: Gellius lib. 15. cap. 11. Ipsi vero homines habiti sunt abiectissimi & vilissimi mortalium: Turneb. lib. 2. Aduersarior. cap. 5. Et fastidita est eorum disciplinæ ratio, cum diuersa esset à forensibus causis, omninoque pro nugarum lerna eliminata est: Fabius lib. 2. cap. 10. lib. 5. cap. 2. Seneca lib. 9. Controuersiar. procem. Antoninus Imp. in Vita sua. Et hæc in nostris hominibus vix aliter geri obseruarunt, Caselius in Prodidascal. [a] Melch. Goldastus in Notis ad Hieroclem, Georg. Erhardus in [b] Symbol. ad Petron.

a. Idem tamen auctor in eadem Orat. pag. 555. col. 2. *Notas in Hieroclis Facetias* non Goldasto, sed Alberto Moluari adscribit.

b. Harum *Symbolarum* verus auctor est Michael Caspar Lundorpius, qui quod esset Præceptor Classicus in Schola huius Vrbis, inuidiam Scholarcharum Collegarumque suorum veritus, maluit more multorum nomen fingere, studiorum suorum honestati conueniens, quam famæ simul & functionis Scholasticæ periculum subire; quod eum Scriptorem illustrandum, licet summorum virorum consilio atq; auctoritate, suscepisset, qui à discipulis suis & Scholasticis adolescentibus, propter fœdas ac impuras narrationes, piarumque aurium (vt Theologorum verbis vtar) offensiuas, legi per Scholasticas leges non permitteretur. Id quod ipsemet in iterata editione, quam triplo iam au-

ctiorem redditam adornabat, publice testaturus erat, ni eum pestis sæua in ipso conatu & operis ἀκμῇ subito nuper sustulisset.

MELCHIOR GOLDASTVS HAIMINSFELDIVS in Dissert. de Scriptis Petronii Arbitri, cap. 2. pag. 27.

COncilii Tridentini Decretum nihil aliud vult, quam id genus scripta pueris esse interdicenda. Idem & nos volumus, quin iubemus ac decernimus. Quid enim pueris cum Petronio? cuius illi scopum non magis attendent, quam plebeius idiota Aristotelis Metaphysica. Et ad vitia hæc ætas, quam virtutes pronior, non ducenda est ad hos scopulos, ne temere & infrunite illisa à Sirenibus suffocetur. Equidem scelestissimus sit oportet, qui Petronium pueris sumat interpretandum: nequissimus, qui proponat legendum: pharmacus, cuius magisterio pudor illorum periclitetur. &c.

JANVS DOVSA NORDOVIX, NOBILIS BELGA, ORDINVM HOLLANDIÆ IN CVRIA HAGANA ASSESSOR, Præcidaneor. in Petron. lib. 3. cap. 2.

HÆc Hieronymi citatio, doctissimi Pithœi coniecturam de ætate Arbitri nostri validissime confirmat; ipsum nempe Martialis tempora antecessisse; imo plane eundem esse, quem inter paucos familiarium Neroni assumptum, tanquam elegantiæ Arbitrum, testis est Tacitus. Nam nisi ita esset, Martialem, non Petronium, pentametri istius auctorem laudasset Hieronymus.

THEODOSIVS BERENICVS NORICVS, siue MATTHIAS BERNEGGERVS HISTORICVS ET PROFESSOR ARGENTINENSIS, in Tuba pacis pag. 360. in fin.

PLures (hoc elegantiarum Arbitri est) quæ perperam in iuuentute didicere, in senectute confiteri &c.

CASPAR

CASPAR BARTHIVS HALLENSIS SAXO in Notis ad T. Calpurnii Siculi Bucolica eclog. 2. vers. 32.

OPtimus & singularis iudicii Poëta Petronius.

JDEM Aduersarior. lib. VI. cap. I.

ARbiter noctium voluptatumque Neronis.

JDEM lib. XI. cap. XX.

SPurcus & obscœnus, sed ad pios etiam castosque illustrandos vtilis auctor.

TOBIAS MAGIRVS ANGERMVNDANVS MARCHICVS, PROFESSOR FRANCOFORDIÆ AD ODERAM, in Polymnemone, seu Florilegio loc. commun. in Onomatologo Critico.

T. PETRONIVS ARBITER Eques Romanus, inter paucos familiariũ Neroni assumtus est, ELEGANTIARVM ARBITER, dum nihil amœnum & molle affluentia putat, nisi quod ei Petronius approbauisset. Tacitus XVI. Annal. cap. 18.

FRANCISCVS TORREBLANCA VILLALPANDVS CORDVBENSIS IC. IN GRANATENSI CVRIA REGIVS ADVOCATVS lib. II. de Magia cap. XIII. n. 18.

VT non male apud Petronium magus gloriatur: &c. Perite quidem, & ex arte. Et lib. I. cap. XXV. n. 14. Vnde recte in hunc modum Petronius Arbiter.

IOSEPHVS ANTONIVS GONSALIVS DE SALAS, in Præludio II. ad Petronium, in fin.

CÆterum nonnullæ parum pudicæ (fatendum est) narratiunculæ offenduntur dispersæ, & quæ forsassis castas aures haut immerito

 offen-

offendant. At me Hercules ſui æui flagitiis, in quæ inuehitur, illud potius, quam impudentiæ ſuæ erit imputandum; etiamque ingenii ſcriptoris præſtantiæ, & incomparabili eloquentiæ. Ab eo enim minime res narrari, ſed agi videntur; muniaque oculi ſua, non aures obire. Ideo & non ſemel audiit *Diſertus* ab antiquis, & aliis quamplurimis elogiis paſſim decoratur.

JDEM in Præludio II. pag. 16.

FVlcitur haut leuiter hæc veritas diuina illa D. Paulli Epiſtola ad Romanos, vbi, compar quum ille fuerit ætate Neroni, & Petronio, pariter adeo eademmet vitia exagitat ac recenſet, vt capita I. & XIII. eiuſdem Epiſtolæ, ex ſententia quorundam eruditorum Theologorum, fere ſine Petronii Satira non poſſint intelligi.

Hæc Illuſtris Dominus Gonſalius tranſcripſit ex Goldaſti Diſſertat. de Scriptis Petronii Arbitri, cap. 4. in quo, prolatis D. Pauli Apoſtoli verbis, Goldaſtus ſubiicit: *Quibus verbis qui volet planum & perſpicuum habere interpretem, ei ego vnicum hunc Petronium dedero. Nec omnino vanum eſt magni cuiuſdam Theologi dictum, caput primum ad Romanos ſine Petronii Satyra intelligi non poſſe. Addo etiam caput XIII. in quo à commemoratis vitiis Romanos dehortatur.*

JDEM in Præludio I. in fin. de Petronio ſcribit.

MOrtem obiit anno poſt Romam conditam DCCCXIIX. C. Suetonio Paullino, L. Pontio Teleſino Coss. poſt Chriſtum natum anno LXIIIX. biennio antequam Petrus & Paullus Apoſtolorum coryphæi, Romæ paterentur.

Quæ & ipſa verba ex dicti Goldaſti Inſcriptione mutuatus eſt, quam ad priſcorum imitationem, memoriæ T. Petronii Arbitri compoſuit, & Georg. Erhardus ſiue Mich. Caſp. Lundorpius in limine ſuæ editionis poſuit. quam inde Lotichius quoq; & Theodorus de Iuges mutuatam ſuis editionibus inſeruerunt.

DANIEL OTTO IC. CONSILIARIVS BARONIS AC DOMINI GEROLTZECKII, in Diſcurſ. politic. de Maieſt. Imperii & Imperant. cap. 1. num. 16.

QVod vel maxime de Imperatore dicendum videtur, vtpote qui Dominus orbis dicitur, ſicut Petronius canit: *Orbem iam totum &c.*

THEO-

THEODORVS de IVGES IC. GENEVENSIS in Præfat. ad Petronii Satyricon in capita ab se dissectum.

ECqua enim Respublica, quod Regnum, quod Imperium fœlicitatem tantam, quantam Imperium Romanum sub Neronis quinquennio tantopere celebrato iugiter obtinuit. At enim tantum beneficium cum primis Senecæ Philosopho imputandum, quamdiu is Neronis præceptorem egit; & Burrho eiusdem Neronis Præfecto Prætorio: vice versa, vt hoc sublato, ita Senecæ potentia infracta, & bene gubernandi ratio simul infracta ad Tigellinum aliosque Tyberianæ & Caianæ Aulæ reliquias, peruenit, Nerone ad eos conuerso & transfuga. Qua re videre est, quantum intersit Principum fidos & virtutum amantes habere consiliorum participes, qui extrema potius pati non abnuant, quam à virtute desciscant. Quo sane in censu fuit Seneca noster, fuit & Papinianus: addere ausim & Petronium nostrum; qui licet Neronis deliciarum Arbiter assumptus, tamen bene administratæ Prouinciæ gloriam reportauit, paremque se negotiis ostendit.

Hunc Petronium C. Plinius, Naturalis historiæ scriptor, *Titum*; Tacitus lib. 16. Annal. cap. 19. *Caium* nuncupat: vt isti potius subscribam, validissimo hoc inter cætera argumento innitor; quod scilicet ex professo Tacitus Petronii vitam & obitum accurate descripserit, vt verosimile nō fiat, Tacitum errasse in eius prænomine, cuius vitam, mores & obitum tam accurate referre instituit. Sic enim loco supra citato: *De C. Petronio pauca repetenda. Forte illis diebus Cæsar Campaniam petiuerat, & Cumas vsque progressus, Petronius illic attinebatur: nec tulit vltra timoris aut spei moras, &c.* Quin imo hoc ipsum Petronii Satyricum his verbis indicauit: *Ne Codicillis, (quod plerique pereuntium) Neronem, aut Tigellinum, aut quem alium potentium adulatus est, sed flagitia Principis sub nominibus exoletorum fœminarumque, & nouitate cuiusque stupri præscripsit, atque obsignata misit Neroni, fregitque annulum, ne mox vsui esset ad facienda pericula.* His, inquam, verbis indubie Tacitus Satyricon hoc Petronii indicare voluit. Quod quidem ad se missum per codicillos, promptum fuerat Neroni flammis abolere: nihilominus tamen ad nos illi Codicilli peruenere, vel potius eorum fragmenta, quibus vitia Aulæ Neronianæ perstringit Petronius. Neque enim, vt artifex voluptatum illos scripsit Codicillos, vel vt mangnarius vel mango voluptatum, vel leno impurissimus, Ga-

ditanas aut Memphitides puellas, aut quales media prostabant Suburra oculis libidinantium subiiceret ad excitandas & inflammandas libidines: sed Venusina lucerna Satyrice tractare instituit exoletos & spinthrias Neronianos: sicut & Seneca noster lib. 1. Natural. quæstion. c. 16. proponit spurcissimum infandæ libidinis hominem Hostium nomine, non imitandum, sed detestandum. Ideoque dixit Seneca: *Occidendus & ad speculum immolandus.* Sic enim locus ille restituendus est. Itaque cum Petronius Aulam Neronianam infamem & spurcissimam describat, detestandam, non imitandam proponit: Sybaritarum ferme more, qui seruos ex industria vino obruebant, liberisq; ostendebant, vt ita ebrietatem detestari discerent. Ingens interim est hæc Petronii, & laudanda libertas, qui Principis ipsius flagitia præscribere in animum induxerit; haud absimilis Agesilao, qui priuatorum errata modeste tulit, Principum maxima omnia existimauit: quia vt Principes melius virtutem in populos proprio exemplo sanciunt, quàm vinculis, pedicis, manicis, ergastulis, legum sanctionibus & pœnis: ita contra propriis flagitiis populum quam breuissime corrumpunt. Et ad summam non Petronius vnus tantum, sed & alii quoque vitia Satyrice tetigerunt. Horatius, Seneca, Iuuenalis, Persius, Martialis, hoc vnum agere voluerunt, vt per hoc vitia & impurissimæ impuritatis homines, tanquam periculosissimos scopulos, fugeremus. Neque audiendi Catones quidam, & Sabinæ frontis homines, qui dicant; *Quærere aliud debebas, quod ageres; crimen addiscitur, dum videtur.* His enim ex epist. 14. lib. 4. Epistolar. Plinii Secundi, respondere promptum est: *Erit eruditionis vestræ cogitare, grauissimos & summos viros non modo lasciuia rerum, sed ne verbis quidem abstinuisse.* Verum malo, vt ipse Petronius pro se respondeat: *Si vir fueris, non abibis ad spinthriam.* Sic enim legendum, non (vt vulgo legitur) *ad spurcam.* Si bene natus, bonis artibus imbutus, & veræ philosophiæ placitis instructus fueris, tanquam murex purissimæ castitatis piscis, non patieris corruptelam. Et vt Socrates ingressu suo carcerem purgauit, ita si quid à virtute alienum, & vitio adfine, purgabit tua fœlix & bona indoles, Candide lector.

FINIS.



INDEX VOCABVLORVM, SIVE DICTIONVM PHRASIVM, RERVM ET MATERIARVM OMNIVM quæ in NOTIS ad T. PETRONII ARBITRI SATYRICON continentur.

A.

Abderita. 94.103.
Abrotonium. 279.
Absentiuus. 102.
Abstinere cum accusandi casu. 51.
Absentia. 207.208.
Acacia. 92.
Academicorum inutilia studia. 345.
Accersere. 110.bis.
Accius Poeta. 51.
Accubitoria vestis. 125.
Acdestis. 248.
Acetum pro posca. 318.
Actæonis exemplum. 184.
Actor pro auctore. 6.
Acus. 186.
crinalis. 185.
comatoria. 184.
Arx. 146.
Addictus. 118.
Adedere. 135.
Adegit. 135.
Adhamare. 117.
Adiuuare de aliqua re. 121.
Adolescentum effrenis libido. 335.
Adonidis historia. 288.
Adonis lugetur. 245.
Adstricta frons. 146.
Aduocati nocturni. 91.111.
Aduocatorum peruersitas. 79.
Aduentoria. 131.
Aduenticia. 131.201.
in Aduersis maiestas Imperii magis conspicitur. 258.259.
Adulator. 94.
Adulatores Principum pestis. 332.
Adulteria Imperatorum Romanorum. 331.334.
Ad quam rem. 49.69.93.
Aedon. 73.112.308.
Afer. 52.
Affectus. 136.
Afflare. 47.
Afflatus sidere. 176.
Afranius. 6.
Afra volucres. 105.
Africana. 125.
Afrodita. 279.
Afrodonium. 279.
Agdistes. 248.
Agdistis, vbi Atys sepultus. 238.
Agere causam. 141.
Agni explicant latus super terram. 305.
Alea cadat. 58.

INDEX VOCABVLORVM, SIVE DICTIONVM PHRASIVM, RERVM ET MATERIARVM OMNIVM quæ in NOTIS ad T. PETRONII ARBITRI SATYRICON continentur.

A.

Abderita. 94.103.
Abrotonium. 279.
Absentiuus. 102.
Abstinere cum accusandi casu. 51.
Absentia. 207.208.
Acacia. 92.
Academicorum inutilia studia. 345.
Accersere. 110.bis.
Accius Poeta. 51.
Accubitoria vestis. 125.
Acdestis. 248.
Acetum pro posca. 318.
Actæonis exemplum. 184.
Actor pro auctore. 6.
Acus. 186.
crinalis. 185.
comatoria. 184.
Acx. 146.
Addictus. 118.
Adedere. 135.
Adegit. 135.
Adhamare. 117.
Adiuuare de aliqua re. 121.
Adolescentum effrenis libido. 335.
Adonidis historia. 288.
Adonis lugetur. 245.
Adstricta frons. 146.
Aduocati nocturni. 91.111.
Aduocatorum peruersitas. 79.
Aduentoria. 131.
Aduenticia. 131.201.
in Aduersis maiestas Imperii magis conspicitur. 258.259.
Adulator. 94.
Adulatores Principum pestis. 332.
Adulteria Imperatorum Romanorum. 331.334.
Ad quam rem. 49.69.93.
Aedon. 73.112.308.
Afer. 52.
Affectus. 136.
Afflare. 47.
Afflatus sidere. 176.
Afranius. 6.
Afræ volucres. 105.
Africanæ. 125.
Afrodita. 279.
Afrodonium. 279.
Agdistes. 248.
Agdistis, vbi Atys sepultus. 238.
Agere causam. 141.
Agni explicant latus super terram. 305.
Alea cadat. 58.

Index Dictionum

Alea iacta est. 72.
Alea iuuenum ludus non est. 92.
Alecto bellorum incentrix. 57.
Ædiles quinquennales. 12.
Aedon. 73.112.308.
Ægyptii choraulæ. 149.
Ægyptus Cleopatræ concessa. 334.
Ægyptus horreum Romanorum. 139.
Ækatharina. 99.
Æmulorum in aulis mos. 327.
Æneæ pietas. 59.
Æque lapsus. 75.
Æquitas animi. 64.
Æra concrepare. 122.
Æra lugentia. 244.
Æs Ephyreum. 109.
in Æstu dictorum. 187.
Æstus dictorum. 189.
in Æstu voluptatis vltima. 187.
Æstu stridente. 50.
Ætas nostra desidiosior est. 130.
Ætellus. 99.
Æther, vnde dicatur. 299.
Æthiopes nigri. 224.
Æthiopum varicati pedes. 134.
Æthiopum proprietates. 233.
Ætnæ campus. 298.
Ales pro Cupidine. 263.269.
Ales puer. 298.304.
Alexander Seuerus Principum speculum. 337.
in Alienis curiosum esse non decet. 184.
Alimna. 103.
Alipta. 188.
Aliptice. 188.
Aliquid aliud. 120.
Aliud verbis simulantes, aliud animo. 319.
Aliquando. 133.
Allene. 89.
Alligare complexibus. 180.
Alma. 300.
Alma Ceres. 300.
Alpes. 214.
Alpes aeriæ. 214.
Alpis, in singulari. 214.
Alpina. 94.
Altilia. 232.
Altè cincti. 183.
Altius cincti. 141.
Alter, pro alio. 99.
Altissimus Attis. 250.
Aluta. 105.
ab Aluo, i.e. vtero. 265.
ab Aluo matris. 312.
Amantes nihil non ferunt & patiuntur ab amicis. 145.149.
Amantes animas communicant. 93.
Amasiarum nomina solebant corticibus plantarum inscribere. 320.321.
Ambitus mutuus. 145.
Ambitiosa puella. 145.
Amicam alere, malum est. 324.
Amicos qui lædit, parricida est. 205.
Amici tamdiu manent, quamdiu Fortuna prospera est. 195.196.
Amicitia metitur vtilitate. 129.
Amicitiæ renuntiatio. 119.
Amicitia ludo aleæ comparatur. 129.
Amictus somno. 133.
Amissarum rerum inueniendarum vel indicandarum præmia quo pacto proponi solita fuerint. 202.
Ammo. 109.
Amor nudus. 294.
Amores in vere concordant. 274.
Amor, pro Cupidine. 291.193.294.
Amor nudus. 269.
Amoris concessio. 131.
Amorum copulatrix. 276.
Amor alatus. 298.
Amplexibus alligare. 180.
Amur. 292.
Amyclarum silentium. 310.
Anas enouata. 105.
Ancilla vini. 51.
Ancilla viros nobiles concupiunt. 143.

Anhelitu

Anhelitu prodere. 133.
Anicius. 50.
Animas transfundere amantium est. 194.
Animae errantes. 93.
Animaequitas. 64.
Animarum mixtura. 93.
Animus, de Deo. 300.
Animum succingere bonis. 178.
Animaduertere, i. e. punire. 88.
Animaduersi, i. e. puniti. 88.
Animalia viuipara an in vtero foetus perficiant. 235.
Animalia in vere coeunt. 274.
Annibalis victoria apud Cannas. 192.
Annonaria classes. 139.
Annus renascens. 273.
Anni clauis numerabantur. 148.
Annulus grandis. 189.
Annulus signatorius defuncti frangi debet. 328.
Annulus pro ansa ostii. 50.
Ansa. 50.70.78.
Ansa ostialis. 50.
Anser Priapo sacer. 66.
Anser Isidi & Sarapidi immolabatur. 249.
Anser matronis gratus. 148.
Anseris lingua libidinem excitat. 148.
Antecoena. 122.
Antescholanus. 103.196.
Antinous. 336.
Antiptosis accusatiui pro ablatiuo. 182.
Antiquitatis accusatores. 87.
Antistita. 193.
Antonius Leua Hispanorum Dux. 336.
Antrum. 87.
Antrum Cyclopis. 203.
Anus delitias facit. 5.
Anuum tremula voces. 234.
Aphrodite. 279.280.
Apio lustrari. 234.
Apis. 226.
Apes sine coitu nascuntur & propagantur. 226.
Apes pungunt. 94.
Apibus assimilatur Respublica socors & torpescens. 259.
Apes, in nominatiuo singulari. 226.
Apollo Troianis fauebat. 94.
Apollo & Bacchus. 319.
Apollo Cybeles amasius. 245.
Apollo ex igne genitus. 319.320.
Apollo Romanus. 260.
Apollo pro Sole. 320.
Apollo noctem dispellit. 320.
Apollo poetarum praeses. 296.
Apparitores discoloria veste amicti. 88.
Applicare lateri. 216.
Aprilis pluuiosus est frugifer, &c. 299.
Aprinus cruor. 269.288.
Apud se non est. 62.
Apyrotus. 128.
Aqua, in nuptiis adhibita. 276.
Aqua pro vrina. 132.
in Aqua perire ignominiosum. 95.
Aquam sumere. 132.
Aquam petere. 132.202.
Aquam praeterfluentem potare antiqui solebant. 226.227.
Aquae cum susurro labentis descriptio. 220.
Aquae potor. 227.
Aquila fulminifera in signis militaribus. 239.
Aquila Deum fert sublimem. 198.
Aquila fulminifera. 248.
Arabes perforatis auribus. 95.
Arare pro nauigare. 88.
Aranea textus. 194.
Araneolorum septa. 225.
Arbiter cur dictus Petronius. 319.
Arborum modulatio. 55.
excantatio & translatio. 222.
Arbores canunt, garriunt, loquuntur. 55.
Arbor intrat. 247.
Arcana aliorum scrutari periculosum. 184.

Arcana tandem patescunt. 225.
sacrorum reuelare nefas. 243.
Principum tractare periculosum. 184.
Arta pro sacrophago. 195.89.
Arces pro ciuitatibus. 141.
Arces Carthaginis. 255.
Arcessere. 110.bis.
Archigallus. 251.
Arcosera. 80.
Arcus, Cupidinis. 291.292.
Ardere, de rosis. 289.
Ardet, pro cupit. 69.
Ardor pro amasia. 321.
Ardor pro amore. 265.
Area de Caluitie. 50.
